MACROBII
AMBROSII THEODOSII

V. CL. ET INL.

COMMENTARII

IN

CICERONIS SOMNIUM SCIPIONIS

ET

EXCERPTA E LIBRO

DE DIFFERENTIIS ET SOCIETATIBUS

GRAECI LATINIQUE VERBI.

EXCUSSIS EXEMPLARIBUS TAM MANU EXARATIS QUAM TYPIS DESCRIPTIS EMENDAVIT: APPARATUM CRITICUM, ADNOTATIONES, CUM ALIORUM SELECTAS TUM SUAS, ADIECIT

LUDOVICUS IANUS.

PRAEMITTUNTUR PROLEGOMENA ET CICERONIS SOMNIUM SCIPIONIS: SUBIICITUR INCERTI FRAGMENTUM DE VERBO.

QUEDLINBURGI ET LIPSIAE

TYPIS ET SUMPTIBUS GODOFREDI BASSII.

MDCCCXLVIII.

MACROBII
AMBROSII THEODOSII

V. C. ET INL.

OPERA

QUAE SUPERSUNT.

EXCUSSIS EXEMPLARIBUS TAM MANU EXARATIS QUAM TYPIS DESCRIPTIS EMENDAVIT: PROLEGOMENA, APPARATUM CRITICUM, ADNOTATIONES, CUM ALIORUM SELECTAS TUM SUAS, INDICESQUE ADIECIT

LUDOVICUS IANUS.

VOLUMEN I.

PROLEGOMENA: CICERONIS SOMNIUM SCIPIONIS CUM COMMENTARIIS MACROBII: EXCERPTA E LIBRO DE DIFFERENTIIS ET SOCIETATIBUS GRAECI LATINIQUE VERBI.

QUEDLINBURGI ET LIPSIAE

TYPIS ET SUMPTIBUS GODOFREDI BASSII.

MDCCCXLVIII.

PRAEFATIO.

Per duo amplius secula adversa fortuna usus est Macrobius. Multi ex eius fonte hauserunt, sed exstitit nemo qui limo hunc fontem purgaret, curaretque quo liquidiore flueret aqua. Attigerunt quidem rem complures, sed valetudine alius impeditus est, quominus eam, ut vellet, perficeret, alius ad tantum non perfectam levissimo modo accessit sero, alii satis habuerunt moliri et parare instrumenta, ne aggredientes quidem ad opus laboris taediique multum, mercedem voluptatemque fere nullam allaturum, negotiis sive maioribus sive gratioribus distenti [1]). At nova cura opus esse nemo negavit. Quid ergo mirum, quod anno MDCCCXL. Senecae edendi consilio deiectus obtemperavi Iulio SillIgio, quocum e studiorum Plinianorum coniunctione omnes mihi sunt amicitiae necessitudines, suadenti, ut me converterem ad hunc scriptorem diu neglectum? Scilicet codices eius aliquot manu scriptos ab I. G. Krabingero mihi subministratos ante decennium, illo quidem tempore ad Ciceronis potius Somnium Scipionis quam ad Macrobii spectans Commentarios, in manibus habueram in bibliotheca regia Monacensi: duos alios satis vetustos, alterum illos Commentarios alterum tres Saturnaliorum libros continentem, videram in bibliotheca Bambergensi. Huius praefectum, H. I. Iaeckium, cuius mortem non dubito quin mecum doleat quisquis his annis quadraginta usus fere intactis antea illis thesauris sensit, quanta fuerit eius comitas atque liberalitas, primum adii precibus, ut illorum codicum mihi faceret copiam, nec frustra id feci: deinde codicum Monacensium usum

[1]) Cf. prolegomena, p. LV. sqq.

mihi expedivit F. Thierschius, qui de benignitate, qua adolescentuli studia rexerat atque erat moderatus, nihil detrahendum esse putavit ei, cuius animum corpore ab oculis suis remoto merito confideret non esse a se abalienatum. Ex his alii ad me missi sunt, alios Monachii a me rogatus inspexit C. Machtius, dilectissimus quondam meus discipulus, nunc scholae Spirensis magister. Editiones alias vicinae mihi suppeditaverunt bibliothecae, alias ipse coemi.

His subsidiis instructus consilium captum me posse exsequi sperabam, idque palam esse volui, ne iterum mihi, id quod in Seneca mihi usu venerat, accideret, ut sero cognoscerem ab alio dudum praerepto me operam navare negotio. Hoc institui [2]), simulque rogavi, ut, si quis quid haberet quo mea opera iuvaretur, id mecum communicaret. Nec fuit hoc irritum. Nam Kilia Ed. Osenbrueggenius, nunc professor Dorpatensis Russorumque Imperatori a consiliis aulicis, ad me misit editionis Gryphianae anni MDL. exemplum, quod in Fabricii Bibliotheca Latina (vol. III. p. 185.) I. A. Ernestius se habuisse refert, adscripta varietate lectionis e Msto monasterii S. Galli: Dorpato M. L. Mercklinus adnotationes quas in margine editionis Londinensis invenit inscriptas: alia mihi obtulerunt Hamona L. Trossius, Norimberga Ioach. Meyerus.

Quibus excussis alia, Saturnaliorum praecipue, requisivi exemplaria, et a C. P. C. Schoenemanno, cui id potissimum curae est, ut bibliothecae Guelpherbytanae, cui praeest, copiae ad literarum fructum quam maxime redundent, facile impetravi, ut petita dataque venia, qua ad codices foras mittendos ei opus est, mihi mitteret codicem tres Saturnaliorum libros continentem: et Franciscus de Furia, qui ne tribus quidem lustris peractis abiecerat memoriam eius temporis quo in bibliothecis Florentinis inquisiveram in codices Plinianos, perhumaniter quibuscunque locis volui inspiciendos curavit tres codices Mediceos. Iam occasione data solennibus secularibus academiae Friderico-Alexandrinae quoddam studiorum meorum Macrobianorum edidi specimen [3]). Paulo post C. B. Hasio et

---

[2]) Conf. Zeitschrift f. d. Alterth. Wissensch. 1841. N. 113.

[3]) Cf. commentationem quae inscribitur: *Academiae Regiae Friderico-Alexandrinae solennia secularia diebus XXIII. XXIV XXV M. Augusti celebranda piis votis nuncupatis gratulantur gymnasii Regii Ludoviciani rector et professores. Insunt Ludovici Iani Symbolae ad Macrobii libros Saturnaliorum emendandos. Suevofurti, MDCCCXLIII.*

F. Duebnero benigne intercedentibus Parisiis optimum Macrobii codicem mea causa totum quidem, sed in Graecis diligentissime, excussit Th. Presselius, aliosque complures perlustravit. Eodem fere tempore alia ad Commentarios in Somnium Scipionis inprimis pertinentia mihi suppeditaverunt e bibliotheca Bernensi Alb. Iahnius, e Rehdigerana Frid. Haasius, ad mea studia tantopere iuvanda adductus a Rud. Fickerto, tunc scholae Portensis magistro, nunc gymnasii Elisabetani Vratislaviae rectore, a quo licet occupata fuerit Senecae edendi provincia, quam ego eram suscepturus, tamen tantum abest, ut cum eo mihi ortum sit aliquod discidium, ut eadem studiorum ratio arcto nos coniunxerit vinculo: e Berolinensi Io. Franzio se interponente Holzapfelius, superiorum ordinum in Gymnasio Coloniensi magister: e Leidensi Iac. Geelius, cuius benignitatem eximiam experti multi meritis laudibus extulerunt. In unum etiamtum cupiebam inquirere codicem, Cantabrigiensem dico illum e quo Saturnalia compluribus locis se supplevisse eorumque ordinem mutavisse praedicavit Pontanus. Frustra, ut quidem videbatur, initis quaecunque mihi patebant viis putavi meo iudicio esse conficiendum quod e codice diiudicare non liceret. Re accuratius examinata ita mihi persuasi, commenticia esse et ficta quae in codice se invenisse simulasset Pontanus. Hanc sententiam exposui in commentatione quam misi F. Thierschio in academiae Monacensis consessu recitandam. Quae dum typis describitur [4]), tandem mihi contigit, ut non modo de illo codice aliquid audirem, sed ipse eum viderem. Nam F. Romillyus, ad quem perlatae sunt literae a me datae ad bibliothecae Cantabrigiensis praefectum, cuius ille vices tunc gerebat, non dubitavit tanta cum liberalitate pro me intercedere, ut syngrapha L. librarum de codice salvo cavens hunc mihi mitteret: quo perlustrato omnino vidi comprobatam meam sententiam [5]). Plura de hac re vide in prolegomenis p. XXXIII sqq.

Quum eorum qui in antiquitatis studiis versantur in multis difficultatibus quasi portus et refugium sit Macrobius, et gratam his fore meam operam existimabam, et facile me inventurum esse redemptorem. Sed spes me fefellit. Bibliopolae complures temporum excusare iniquitatem: duo, summorum virorum, alter G. Bernhardyi, alter C. F. Naegelsbachii, auctoritate commoti, suscipere negotium,

---

[4]) Cf. Bulletin der königl. bayer. Akademie d. W. 1844. N. 37. Gelehrte Anzeigen, 1844. N. 172. p. 339 sqq. „Ueber die ursprüngliche Gestalt der Saturnalien des Macrobius."

[5]) Cf. Gelehrte Anzeigen, 1845. N. 218.

postea tergiversari. Postremo F. Gu. Schneidewinus magna quae in opus meum qualecunque contulit beneficia magno cumulo auxit commendando mihi eum qui ceteris constantior staret promisso. Hic consilio meo cognito atque comprobato id unum pactus est, ut operis traderem non emendatum tantum, ut volueram, sed etiam explanatum Macrobium: id quod ei concedendum esse putavi, quamquam minime me fugit, quam difficile hoc esset, libris praesertim vel maxime necessariis destituto. Quos potui comparavi: quae antea ad Macrobium fuerant adnotata examinavi, idonea recepi: pauca, quae ad quemque locum probe intelligendum viderentur esse necessaria, ipse adieci. Anno MDCCCXLVI. mense Iunio Commentarii in Somnium Scipionis hoc modo usque ad finem pertractati prelo sunt subiecti. Versus anni finem, quum septem plagulae essent absolutae, res in sex fere menses est dilata operis alio quodam negotio quod procrastinari non posset occupatis. Eodem tempore F. Osannus codicem suum Commentariorum in Somnium Scipionis et quae excerpserat e duobus aliis mihi misit, haud gravatus, quod Macrobii Commentariorum una cum Ciceronis de re publica fragmentis edendorum consilium a me sibi esset ereptum. Ex his scripto meo ob id ipsum arcessito addidi quidquid inseri licebat, ut non omnia mutarentur, dataque occasione auxi adnotationes e libris quibusdam interea ad me allatis. Versionis Planudeae tum mihi licuit uti parte quadem typis descripta, cuius copia mihi facta est a G. Hermanno et Gersdorfio: nam intermissum excudendi opus redintegratum est prius quam codicis Augustani, de quo vid. prolegg. pag. XLVIII. sq., factus sum compos. Libelli denique de differentiis et societatibus Graeci Latinique verbi excerpta Parisina meo rogatu excussit Th. Presselius, Vindobonensia et fragmentum illud de verbo, quod ut ex hoc libro magna quidem ex parte sumptum addendum esse mihi videbatur, accepta refero Analectis grammaticis quae ediderunt Iosephus ab Eichenfeld et Stephanus Endlicher: e quibus quod huius tantum nomen fere posui, id brevitatis studio feci praeeuntibus aliis, nec vereor, ne aegre hoc ferat doctissimus operis eius socius. Conferas prolegomena p. XIII. sq. In quibus, quamquam quae hic enarravi suis locis fere sunt commemorata, putavi tamen hanc mihi dari veniam, ut ea hic complecterer quasi uno in conspectu videnda, quo magis appareret et permultos viros non minus humanitate atque liberalitate quam doctrina excellentes, quibus meritam gratiam memori mente persolvo, operam meam egregie adiuvisse, et me, ex quo hoc negotium suscepissem, nunquam quievisse, neque labori neque sumptibus parcentem, ut conquirerem apparatum idoneum,

quo funditus emendarentur Macrobii opera ne mediocriter quidem adhuc vanno critica ventilata.

Hoc apparatu non tantum quidem quantum vellem conficitur, nam nulla e tot et tantis lacunis quibus quasi hiant Saturnalia expletur, neque splendidae elucent emendationes: at is capitur fructus, qui quidem in eo scriptore quo multi in antiquitate investiganda utantur auctore satis est magnus, ut certe scias, quid quoque loco scripserit Macrobius, quid intruserint alii, neque sis dubius (id quod iis praesertim qui utebantur editione Bipontina, latissime quidem vagata, sed adnotatione omnino carente, accidit saepissime), num fides habenda sit verbis quae legantur in iis partibus quae vetustatem tulerunt.

Quod ut, quantum in me esset, praestarem, apparatum criticum qui mihi suppetebat recepi integrum, nisi quod omisi aperta quaedam librariorum menda et discrepantem orthographiam, de qua in prolegomenis cap. III. ita egi, ut nihil fere mihi adiiciendum esse videatur, nisi in primis plagulis me haud consulto nonnullorum vocabulorum aliam secutum esse scripturam atque in sequentibus, in Graecis vero, quum in codicibus saepe scripta sint literis Latinis, et in editionibus excerptorum de differentiis et societatibus Graeci Latinique verbi vel utriusque linguae elementa in eodem vocabulo mixta sint, ubicunque forma esset Graeca, me literis quoque Graecis esse usum. Sic autem rem institui, ut codices manu scriptos signarem literis maioribus, editiones minoribus, et ubi plures iisdem literis signandae numerisque tantum distinguendae (ut v123 vel p12) inter se consentirent, unam tantum ponerem literam (v vel p). Significant autem v123, id est v1. v2. v3., tres editiones Venetas quae mihi ad manum erant: e quibus quum v2, ut reliquae eius aetatis editiones, paene omnino congruat cum v1, non raro ponuntur tantum signa v1 et v3, ubi signum v1 comprehendit etiam alteram editionem, v2. Signa annorum serie ordinavi: ubi complura sese excipientia erant coniungenda, primum tantum et ultimum posui interiecto signo (-) [*]. Quo facilius intelligeretur, quid tale compendium vellet, in quavis pagina dextra supra apparatum criticum posui omnium editionum signa praeposito *Edd.*, quod compen-

---

[*]) Sic v-g (= vicahg) significat omnes editiones a Veneta I. usque ad Gryphianas IV., i. e. omnes editiones quae ante Stephanianam prodierunt: s-b autem (= spdsb) post Stephanianam omnes: v-gb (= vicahgb) omnes editiones quae prodierunt ante Stephanianam cum Bipontina.

dium complectitur omnes editiones a me excussas, id est quaecunque artem criticam exercenti alicuius sunt momenti. Eodem modo in sinistra quavis pagina, ut ne dubium esset, quorum codicum auctoritate niteretur scriptura a me recepta, omnium codicum accurate collatorum posui signa praeposito *Mss.*, quod compendium significat in ipso apparatu critico omnes supra notatos codices, nisi additur signum („ “), quod, ubicunque non additur nomen eius qui suos codices manu scriptos illo compendio notaverit, significat codices Anglicos a Gronovio collatos, de quibus vid. prolegom. p. LXXII. In codicibus enumerandis ubique eundem servavi ordinem quo signa eorum posita sunt supra apparatum, atque posui quidem a me excussos ante excussos ab aliis: sed ante editiones nonnisi codices accurate collatos eos quorum lectio diserte esset enotata, eos contra e quibus nihil esset enotatum cum minus accurate collatis vel singulis tantummodo locis inspectis subieci editionibus, ut signum codicis accurate collati post editiones positum non nisi tacitum eius consensum cum editione quacum sit collatus significet [7]). Omnia autem signa referuntur ad ea quae antecedunt, nulla ad ea quae sequuntur. Quidquid addendum erat quod ad singulos codices pertineret, cum horum signis uncis inclusi. Verba ea quae in orationis contextum recepi non in apparatu critico posui (inde a libri I. capite 21. certe, nam in antecedentibus capitibus omnibus paene locis id feci, ubi a lectione vulgata mihi videretur esse recedendum), nisi aut codices nominandi essent singulis tantum locis inspecti, aut addenda esset adnotatio quaedam. Nam priorum editorum et Modii Barthiique adnotationes quae de emendatione loci alicuius agerent, etiamsi eas improbarem, apparatui critico inserendas esse putavi, sed paucioribus saepe verbis, ut spatio consulerem: quapropter etiam signis nulla interposui puncta, nisi ubi e pluribus singula consisterent literis. Signorum explicationem prolegomenis subieci. In Ciceronis Somnio Scipionis acquievi in iis quae enotaveram e meis codicibus atque ex editionibus Macrobii: nam hic quid quoque loco

---

[7]) Sic p. 80. FSR2v-gbGBER.BEN.LTR.*H2*. significat verba *patrem qua intuetur* enotata esse e codicibus FSR2, i. e. e Frisingensi et Salisburgensi et Rehdigerano secundo, sed nihil enotatum esse e codicibus GBER., i. e. e codice monasterii S. Galli et e Berolinensi, ut consentire videantur cum editionibus quibuscum collati sunt, G cum g, BER. cum b, i. e. codex S. Galli cum editione Gryphiana, codex Berolinensis cum editione Bipontina. Accedunt autem BEN.LTR., quia idem a Gronovio enotatum est e codicibus Anglicis, collegii Benedicti et Lincolniano et collegii S. Trinitatis, et *H2*, quia legitur etiam ab altera manu adscriptum margini editionis Hervagianae exempli quod est in bibliotheca Bernensi.

legisset, non quid scripsisset Cicero, quaeri mihi videbatur: qua ex causa etiam ea fere derivanda sunt, in quibus a F. Osanno mea ratio dissentit. In excerptis e libro de differentiis et societatibus Graeci Latinique verbi Vindobonensia (vid. prolegom. p. XIII. sq.) signavi supra posito in altera pagina *Ms. V.*, in altera *Ed. s*, iisque inserui uncis inclusos capitum numeros Analectorum grammaticorum, unde ea sumpta sunt. In Commentariis et in Saturnalibus etiam singulorum capitum summaria ab Arnoldo Vesaliensi conscripta in hoc apparatu critico suum locum habere censui. Quod eidem inserui notationes locorum et ad quos aut antecedentes aut sequentes in suo opere respicit Macrobius, et quos affert cum aliorum tum Ciceronis in Commentariis ad eius Somnium Scipionis, id primo feci, quod nihil praeterea huic editioni eram additurus, deinde nolui quidquam mutare, quia sic hae notationes minimum occupant spatii, et quia non raro valent ad fidem scripturae alicui aut faciendam aut detrahendam.

Quos potissimum codices secutus sim in emendandis Macrobii operibus demonstravi in prolegomenis, cap. V.: reliquum est, ut de ratione dicendum esse videatur, qua in constituendo, quem dicunt, verborum contextu usus sim. Vix est quod moneam in eiusmodi praesertim scriptore auctoritatem codicum plurimum valere. Ubicunque igitur probabile quid codices exhibebant, id recepi, e deterioribus dumtaxat, ubi id quod in melioribus inveniebam omnino non videbatur posse admitti: ubicunque vero codicum ope eram destitutus, id quod coniectura me posse assequi putabam malui in adnotatione ponere quam eiicere scripturam, quamvis falsam, codicum vel editionum plurimarum auctoritate firmatam, nisi forte prorsus nulla moveri posse videbatur dubitatio: qua in re et mori dicendi scriptoris et nexui sententiarum plurimum tribui momenti. Liberius coniectura usus sum in excerptis grammaticis: ut quorum unus tantum exstaret codex manu scriptus. Quam in Ciceronis Somnio Scipionis (cap. II, § 3.) recepi coniecturam a F. Osanno improbatam, eam aliqua ea parte in Addendis defendere conatus sum: alia proferam alio loco. Interpungendi eam secutus sum rationem, ut commatum constringerem abundantiam qua distraherentur sententiae inprimis in editione Bipontina. Sustuli ergo commata supervacua et inter enumerata singula vocabula et post participia et ea quibus includerentur sententiae relativae, quae quidem attributa quaedam continerent: sed reliqui ea, ubi quid quasi per χαρένθεσιν additum esse videretur, vel ubi sublata interpunctione implicita esset sententia. Semicolon raro usurpavi, ubi quidem fla-

gitaretur interpunctio inter colon et inter comma media. In hac mea interpungendi ratione id forsitan aliquis reprehendat, quod non satis ea sibi constet: at cum optio esset, utrum constantiae prospicerem an sententiarum perspicuitati, illam huic posthabendam esse censui, quae in tali quidem scriptore pro summa lege habenda est.

Idem spectavi in brevi adnotatione quam addidi operibus Macrobii, nam (Ciceronis Somnium Scipionis fragmentorum de re publica editoribus interpretandum relinquere me posse putavi): et, cum multo plures singulis illa locis soleant inspicere quam lectione continua peragrare, id egi potissimum, ut per se quaeque possent intelligi. Receptis ergo iis quae ad singulos locos interpretandos contulerunt superiores editores, adieci quae opus esse viderentur et ad tollendas difficultates tam in rebus quam in verbis sitas et ad confirmanda vel defendenda ea quae in verborum contextum a me essent ascita. Ad leges grammaticas quod attinet, satis habui citare eos locos in quibus aliquid singulare legeretur: de scriptoris usu dicendi egi praeterea in prolegomenis, cap. III. Largiorem adnotationem addere nolui, ne nimis extenderetur volumen, neve nimis augeretur pretium huius editionis quam hominum antiquitatis studia exercentium manibus vellem usque versari: nec, si voluissem, potuissem. Nam commentarium, quem dicunt, perpetuum in Macrobium componere is tantum potest, cui et varia eruditio atque doctrina et magna librorum suppetat copia. Utrumque me deficere non est quod affirmem, quamquam vicinarum bibliothecarum praefectis maximae mihi agendae sunt gratiae, quod quidquid librorum a me requisitorum habebant, summa cum liberalitate mihi suppeditaverunt. Saturnaliorum vero libri aliquot paulo uberiorem flagitant adnotationem. In Commentariis ad Somnium Scipionis inde a libri I. capite 21. me adnotationi primo conscriptae nonnulla addidisse supra commemoravi. Quae antecedentibus erant addenda cum aliis nonnullis huic volumini subieci. Excursum ad Commentariorum libri I. caput 20. huic operi subdidi adiectis excerptis illis mathematicis quae Iac. Gronovius inseruit praefationi, I. C. Zeunius adnotationi ad libri II. caput 5.

In prolegomenis primum (cap. I.) persecutus sum quidquid habui exploratum de Macrobio ipso: deinde (cap. II.) disserui de eius operibus atque de eorum compositione, ut et refellerem opinionem eorum qui varias atque diversas res putarent nullo consilio in ea esse congestas, et gratificarer iis qui quid in iis inesset scire, neque tamen perlegere vellent tota: tum (cap. III.) egi de sermone et

de orthographia: tum (cap. IV.) de eorum fatis et de diversis quas docti homines de iis protulerunt sententiis: denique enumeravi (cap. V.) codices manu scriptos quibus usus sum, et (cap. VI.) editiones quotquot aut ego vidi aut in aliqua bibliotheca inveniri ex aliis audivi.

In summa quavis pagina non tantum librum notavi, sed etiam (id quod hucusque in sola editione Gronoviana factum est) capita: singula capita divisi in paragraphos: excerpta e libro de differentiis et societatibus Graeci Latinique verbi et incerti auctoris fragmentum de verbo in capita et in paragraphos: huic addidi Analectorum grammaticorum et paragraphos et paginas, operibus Macrobianis editionis Bipontinae paginas. Alteri volumini, quod hoc ipso anno me absoluturum esse spero, addentur indices, unus scriptorum, in quo enumerabo omnes locos a Macrobio citatos et disseram de minus cognitis scriptoribus, alter rerum et verborum prioribus locupletior.

Ad formam et speciem huius libri quod attinet, redemptor ex eadem quam supra memoravi causa quam maxime spatio pepercit, non omnino tamen neglecta elegantia: quo factum est, ut, quantacumque addita sunt, haec editio paulo superet paginarum numero Bipontinam. Menda haud ita gravia quidem, sed plura quam vellem, irrepserunt: cuius rei culpa ipse illo non minus premor, nam singulae plagulae ante quam prelo subiicerentur ad me mittebantur, sed cum nonnulla etiam in iis quae antea scripseram solerem corrigere, et plus semel tanto locorum intervallo plagulae mitti non possent, facile fieri poterat, ut ex ipsa correctura nova orirentur errata. Quae repperi, in Corrigendis emendavi: sed, si qua forte remanserint in apparatu critico, ne quis postea unquam ad Macrobium pertractandum vel emendandum aggressus haereat ambiguus, quaecumque habeo e codicibus manuscriptis excerpta cum omnibus quas coemi editionibus in gymnasii Ludoviciani, quod est Suevofurti, bibliotheca deponam cuicumque petituro mittenda.

Ut autem nonnulla deliquisse, ita multa reliquisse me non ignoro. Qui vero de hoc meo opere qualicumque sunt iudicaturi, eos velim rogatos, ut non ad illa tantum respiciant, sed etiam quid egerim agnoscant: atque accurate omnia perscrutati hoc mihi concedent, quaecumque in prioribus omnibus editionibus legantur pertinentia ad Macrobium (nam quae alii adnotationibus suis inseruerunt aliena, ea consulto omisi) et alia praeterea haud inutilia

hanc editionem complecti, ut hanc qui habeat illis facile possit carere.

Scribebam Suevofurti Idibus Martiis anni MDCCCXLVIII.

PROLEGOMENA.

CAPUT PRIMUM.

DE MACROBII NOMINIBUS HONORIBUS AETATE RELIGIONIBUS PATRIA.

1. Macrobius qui hos libros composuit quis fuerit, non satis constat: ne nomina quidem eius satis certa. Namque in nonnullis quidem codicibus manu scriptis [1]) nomina quae hic ei tribuuntur, *Macrobius Ambrosius Theodosius*, leguntur hoc ipso ordine: in aliis variato ordine, modo [2]) *Macrobius Theodosius Ambrosius*, modo [3]) *Ambrosius Macrobius Theodosius*, modo [4]) *Ambrosius Theodosius Macrobius*: in aliis unum nomen omittitur, atque in compluribus Commentariorum in Somnium Scipionis codicibus [5]) legitur *Macrobius Ambrosius*, in compluribus Saturnaliorum codicibus [6]) *Macrobius Theodosius*: in aliis vel in iisdem alibi [7]) legitur tantum *Macrobius*. At in editionibus omnibus additur nomen *Aurelius* [8]), quod a me in nullo codice

---

[1]) BR2P16 Ms. Barth. 2. Fragment. Gronov. Cod. Maximin. Al. Wilthemii in fronte Commentar. in Somn. Scip.; BP46 Thuan. in calce lib. I.; P3 in fronte Saturnal.; M3 in fine libri I.

[2]) P6 et cod. Vindob. 165, φ. 143., (ap. Endlicher. XXVIII.) in fine Commentar.

[3]) P1 ibid.; Cod. Bamb. H. I. IV, 22. et Cod. Vindob. 51, U. 38. (ap. Endlich. CCCLXIX.) in fronte excerptorum e Commentar.; Cod. Paris. 7186 in fine excerpti e lib. de diff. et societ. Graeci Latinique verbi.

[4]) P1 in principio Saturnal. — Hunc ordinem commendat Gothofredus ad cod. Theodos. lib. VI, tit. 8. his verbis: „Proprium scilicet cuiusque nomen per haec tempora id erat quod postremum collocabatur: quale est *Macrobii* nomen. Nam quod Avianus in epistola quam fabulis suis praefixit et Boetius *Theodosium* vocant, pro arbitrio suo id fecere.“ Quae tamen nihil valent contra librorum mss. auctoritatem: ac non minore iure alii contenderunt *Theodosii* nomine notum fuisse suis aequalibus Macrobium. Mahul l. c. p. 1. affert Colomesium (Opp. edita ab I. Alb. Fabricio. Hamb. 1709 in 4°. *Κειμήλια* litterar. c. 36, p. 312).

[5]) SR12 Ms. Barth. 2. Cod. Maximin. alio loco et Planudes in versione Graeca cod. Paris. 1868 et Augustan. 495 in fronte, S etiam in principio lib. II.; C in inscriptione lib. I. capiti 20. inserta corrupte: *Androsius Macrobius*. In cod. Paris. 7400 B., qui sec. X scriptus continet excerptum e commentariis ad Somnium Scipionis, legitur *Ambrosius Macrobius*.

[6]) ABGSM123 in fronte; P6 in calce lib. I.; A in principio lib. II.; ABGM13P2 in eiusdem fine; M13P6 in fine lib. III.; M2P6 in fine libri VI.; AHM123V in fine libri VII.

[7]) FV2 in Commentar. principio; R1 in eorum fine; APS in Saturnal. principio; M1 in libri I. fine.

[8]) In v-g legitur *Macrobius Aurelius Theodosius* (in hg **Aurelius* et in marg. *Ambrosius*), in e-b *Aurelius Macrobius Ambrosius Theodosius*.

est inventum, ab aliis non nisi ex uno eoque recentissimo codice Leidensi et ex uno Anglico [9]) enotatur.

Forsitan quis putaverit Macrobium Ambrosium qui conscripserit Commentarios in Somnium Scipionis alium fuisse ac Macrobium Theodosium qui composuerit Saturnalia: at cum operum ipsorum similitudo ab eodem auctore ea profecta esse testatur, tum utrumque inscribitur *Eustachio* [10]) filio auctoris: et auctor quoque libelli de differentiis et societatibus Graeci Latinique verbi in codicibus modo [11]) *Macrobius Ambrosius* vocatur, modo [12]) *Macrobius Theodosius*.

2. Sed mira insuper adduntur vel addi dicuntur in singulis quibusdam codicibus mss. cognomina.

a) Casp. Barthius in Adversar. lib. XXXVII, cap. 17.: „In altera, inquit, codicis vetusti pagina haec verba reperiuntur: *Titulus talis est: Macrobii Ambrosii Orinieocensis in Somnium Scipionis Commentarium incipit.* De patria alii viderint, nam Latinum ipse se negat aliquoties: et videtur ad onirocriticam spectâre exscriptor.“ Quae verba paululum mutata in editionem suam alteram (ad pag. 1.) recepit Isaac. Pontanus, iisque I. Gronovius addidit haecce: „Scholiastes quoque unius nostrorum codd. testatur triplex auctori nomen fuisse: *Macrobius Ambrosius Ornieensis*. Id monstrum quid sibi velit aut quomodo procurandum sit, non liquet. Post explicationem priorum duum nominum idem scholiastes reddit *Onocrisius*, quod antea ediderat *Ornicsis*. Sic enim pergit: *Onocrisius dictus est quod somniorum iudex: ideo quia ostendit et diiudicat, quae somnia sint vera et quae aliquid designent, et quae non*. Quali e scholio C. Barthii coniecturam natam suspicere. Si nihil aliud latet, frustra laboramus, neque felicius hoc Macrobio quam *Coci* Martiali, Plauto *Asinii* vocabula attributa.“ In cod. Emmeranensi, nunc Monacensi (E3), in quo eadem atque in illo codice inesse videntur scholia, legitur: *Titulus vero talis est: Macrobii Ambrosii Orinoeresis in Somnium Scipionis commentum incipit*, et infra: *Orinccresis sive Oricresis dictus est quasi somniorum iudex, ideo scilicet, quia ostendit et diiudicavit quae somnia vera sunt et quae aliquid designant et quae non*. Similia inveniuntur in codice Bernensi, olim Bongarsii (H2): *Macrobius olimcretes, hoc est somniorum iudex vel interpres*, et in codice Frisingensi, nunc Monacensi (C): *Macrobius ho ... tes, id est somniorum interpres*. Unde apparet esse veram C. Barthii coniecturam et haec cognomina corrupta e Graeco ὀνειροκρίτης. Eodem pertinere videtur in quod legitur in cod. Rehdiger. 1., *Menicresis*.

b) Alex. Wilthemius in appendice ad Diptychon Leodiense (Leodii 1658 fol.) p. 4.: „Macrobii, inquit, liber Maximinianus (quem supra dixerat coenobii Sti Maximini) ita duobus locis varie Macrobii nomen affert, uno loco: MACROBII AMBROSII THEODOSII SICETINI DE SOMNIO SCIPIONIS LIBER I. Alio loco: MACROBII AMBROSII V. C. ET INL. COMMENTA EX CICERONE IN SOMNIUM SCIPIONIS.“ Istuc SICETINI A. Mahul [13]) putavit significare Macrobii patriam [14]), sed ea quae ex

---

[9]) L1 sec. XV. compluribus locis et Barocc. in principio Saturnal.

[10]) Sic hoc nomen scribendum est ex omnium fere codicum auctoritate, non, ut vulgo legitur, *Eustathius*, quam quidem nominis formam recepit Planudes.

[11]) In cod. Paris. 7186 in excerpti inscriptione.

[12]) Ibidem in iis quae subiecit excerptor, et in cod. Vindob. 16, R. 85. (ap. Endlich. p. CCCXXII.), in quo legitur fol. 111 v. *Theodosius Macrobius*.

[13]) Cf. Dissertation historique, littéraire et bibliographique sur la vie

eodem illo codice addidit Wilthemius luce clarius ostendunt SICETINI nihil aliud esse nisi corruptelam compendii scripturae V. C. ET INL. [15]).

3. Atque de hoc scripturae compendio, quod invenitur in omnibus fere Commentariorum in Somnium Scipionis et Saturnaliorum codicibus, recte iudicant ii qui interpretantur *viri consularis et inlustris*. Casp. Barthius l. c. ex altero suo codice affert *Macrobii Theodosii viri consularis et illustris*, ex altero: *Macrobii Ambrosii Theodosii viri clari et illustris*. E meis codicibus inveni in P6 in subscriptione Commentar. libri II.: *viri illustris et clarissimi*, et in P1 in inscriptione Saturn. libri I.: *viri clarissimi et illustris:* et honoris causa illa aetate senatores appellatos esse *viros clarissimos* cum ex aliis locis elucet, tum ex iis quae leguntur apud Ael. Lampridium Alex. Sever. c. 21.: *praefectis praetorio suis senatoriam addidit dignitatem, ut viri clarissimi et essent et dicerentur* [16]). Sed *clarissimi* tertii et *illustres* primi ordinis dicebantur senatores [17]), ut unus idemque non posset dici *vir clarissimus et inlustris*, posset autem *vir consularis et inlustris*. Neque vero, quo minus Macrobium statuamus appellatum esse *virum consularem*, id obstat, quod e fastis consularibus scimus consulem eum non fuisse: namque tantum aberat illa aetate, ut ii soli qui consules fuissent dicerentur consulares, ut feminas honoris causa sic appellatas esse referret Lampridius Elagabal. c. 4.

4. Hic honoris titulus satis demonstrat ad summum fere fastigium ascendisse Macrobium [18]): sed quo munere functus esset, ut probaret, Isaac. Pontanus a Ios. Scaligero monitus ex edicto *de praepositis sacri cubiculi*, quod legitur in Cod. Theodosian. lib. VI, tit. 8. protulit [19]) haec: *Sed, ut nos ad hanc promulgationem Macrobii viri inlustris merita provocarunt, ita observationem quoque legis ab eius volumus sumere provectione auspicium, ut qui ante ipsum fuerunt sub hac conditione praestituto honore laetentur, ut non suae promotionis tempora ad legis usurpationem revolvant, nec praeferri postulent iis qui praetorianam vel urbanam praefecturam vel militare magisterium post eorum provectionem sortiti sunt: sed perinde habeantur, ac si nunc coeperint, et in eodem ordine permanentes, in quo nunc eos liberalitas nostra constituit, provectionis viri inlustris Macrobii tempora metiant, ut ex huius administrationis exordio, prout quisque provectus est vel fuerit provehendus, suae locum vindicet dignitatis.* Adiecit I. Gronovius:

---

et les ouvrages de Macrobe (Annales Encyclopéd. rédig. p. A. L. Millin à Paris. 1817. Sept. p. 21. et Classical Journal voll. XIX, XXI et XXII). Quae dissertatio eodem illo anno separatim edita est Parisiis ap. Normaud et permultis mendis inquinata legitur in Nisardi editione Macrobii quae in lucem prodiit Paris. 1845.

[14]) Vid. infra § 8.

[15]) Vid. subscript. Commentar. lib. I. et Münchn. Gel. Anzeig. 1845. Nr. 218.

[16]) Cf. Lactant. Instit. V, 14, 18.

[17]) Cf. Isidori Orig. IX, 4, 12., Sidon. ep. VII, 9., Notitia dignitatum, Real-Encyclop. d. klass. Alt.-Wiss. s. v. *illustris*.

[18]) Cf. quae adnotavit Zeunius ad praefationem Saturn. lib. I.: „His temporibus *consulares* dictos esse provinciarum praesides ostendit Gronovius in Observatt. eccles. c. 21. Atque κατ' ἐξοχὴν sic esse appellatum qui Syriam Coelen regeret contendit Ernestius in Indice dignitt. ad Amm. Marcellinum. Nomen vero *illustris* hac aetate senatoribus primi ordinis esse tributum multi demonstrarunt, quos laudat Gesner. in thesauro."

[19]) In Saturnaliorum principio, ubi legitur: *ab eius ... provectionis auspicium*, quod Zeunius mutavit in *ad eius*, et infra *coeperint*.

„Nescio an eiusdem viri, idem certe nomen honoratum sub Arcadio et Honorio monstrare possumus ex cod. Iustin. lib. I, tit. 9 [immo 11] *de paganis* lege 3. quae missa dicitur *Macrobio praefecto praetorio Hispaniarum.*" A. Mahul l. c. p. 2. Nis. commemorat aliam etiamnum legem (Cod. Theod. VI, 28, 11.) *de indulgentiis debitorum* missam a. CCCCX Macrobio Africae proconsuli; et rescriptum a. CCCC Mediolano missum Macrobio cuidam *vicario* qui reprehenderetur de potentia arrogata. Sed incertum esse, num haec omnia aut singula quaedam ad hunc Macrobium referenda sint, (etsi me non habent consentientem docti isti homines quos Mahul l. c. p. 2 sq. refert dubitare, an praefectus sacri cubiculi possit esse idem Macrobius qui opera sua Eustachio filio dicaverit, quod illud munus plerumque committeretur eunuchis) non nego, quum complures illis temporibus memorentur Macrobii.

5. Codicis Theodosiani lib. IX. tit. 10. legem 2. a. CCCXXVI datam esse ad *Maximianum* quendam *Macrobium* refert Mahul l. c. Apud Ammianum Marcellinum lib. XXV, c. 19 (p. 319 Lindenbr.) et apud Zosimum lib. III. invenitur *Macrobius legionum tribunus*, qui ceciderit Ioviani tempore in proelio cum Persis commisso, et apud Paulum Diaconum Histor. miscell. lib. XVII, c. 60. *Macrobius* quidam *Scribo*, quem Phocas ut conscium insidiarum sibi factarum occiderit. Accedit, nisi forte corrupta est subscriptio Commentariorum libri I. in quibusdam codicibus, *Macrobius Plotinus Eudoxius*. Apud Caveum de Script. eccles. ad ann. Chr. CCCXLIV inveniri *Macrobium Presbyterum* ait Funccius l. c. (vid. not. 22 et cf. Fabric. Bibl. Lat. ed. Ern. vol. III, p. 181.). Denique *Macrobium ecclesiae Carthaginiensis diaconum* ex appendice ad tractatum Sti Ildefonsi de Script. eccles. cap. 2. commemorat Mahul l. c. p. 8.

6. Hos postremo loco nominatos non esse confundendos cum Macrobio quem quaerimus inde elucet, quod huius scripta doctrinae Christianae eum fuisse expertem satis demonstrant. Huic enim si fuisset addictus, profecto neque in Saturnalibus loquentes induxisset Symmachos et Praetextatos quos antiquarum religionum cultores [20]) Christianae doctrinae constat fuisse infestissimos: et Eustachium filium, cui Commentarios in Somnium Scipionis et Saturnalia eum inscripsisse supra diximus, alia docuisset atque ista Platonicorum recentiorum placita [21]) aut ad veterem mythologiam spectantia. Nam quae afferunt ii qui Macrobium in Christianorum numero censent esse referendum ea eiusmodi sunt, ut nihil omnino probent [22]). Neque est quod cum C. Barthio (vid. not. 22) statuamus

---

20) Cf. Sat. I, 17, 1., Symmachi opp. I, 47. et X, 54. et inscriptiones infra cap. II, III, 1 et 2.

21) Cf. I. Bruckeri hist. crit. philos. Lips. 1742. 4°. tom. II, p. 355 sqq.

22) Voces, qualis est Sat. V, 2, 1. et VII, 14, 23. *deus opifex* (pro quo ponitur *Natura* Comm. I, 6, 81.), non minus decere Platonicum quam Christianum recte monuit Mahul l. c. p. 3., idque demonstrat Macrobius ipse Comm. II, 10, 9. his verbis: *Sed mundum quidem fuisse semper philosophia auctor est, conditore quidem deo, sed non ex tempore, siquidem tempus ante mundum esse non potuit.* Adde Ciceron. de nat. Deor. I, 8, 19. Collins Anglus Christianum esse contendit Macrobium, ut probaret neminem paganum commemorasse caedem infantium Bethlehemiticam (cf. Sat. II, 4, 11.): quem refutavit I. Masson libello qui inscriptus est: The slaughter of the children in Bethlehem as an historical fact vindicated and the suspected christianity of Macrobius disproved. Lond. 1728. 8. (cf. Mahul. l. c. p. 3.). Aliorum de hac re iudicia profert Funccius de vegeta Lat. linguae senectute, Marburg. 1744. 4°. § 27.: „Christianae religionis in omnibus Macro-

Christianum fuisse Macrobium, id vero ita dissimulasse, ut aegre in eius scriptis vel aliquod doctrinae Christianae appareat vestigium.

7. Aetatis inquirendae ansam quandam praebent Praetextatus et Symmachus, quos Macrobium induxisse loquentes supra memoravimus, cum eorum aetas satis sit certa [23]). At eorum aequalem fuisse Macrobium non constat. Certe inter multas quas reliquit Symmachus epistolas ad hunc dedit nullam. Inscripsit quidem, si credimus codici Vindobonensi, e quo nuper Iosephus ab Eichenfeld et Stephanus Endlicher ediderunt illius libri quasdam reliquias, Symmacho librum de differentiis et societatibus Graeci Latinique verbi. Sed quum complures illis temporibus fuerint Symmachi [24]), quis hic fuerit, non constat: fortasse oratoris fuit filius, cuius studiis, cum Graecis literis initiaretur, velut aequalem se adiunxisse refert pater lib. IV, ep. 20. [25]). Itaque ad illos viros si spectamus, aetatem tantummodo cognoscimus qua maior Macrobius esse non potuerit, non eam qua fuerit ipsam. Sed iis non multo inferiorem aetate eum putaverim propterea quod a doctrina Christi alienus ad satis altum in re publica evectus est fastigium, id quod posteriore tempore fieri vix potuit. Nihil ergo obstat, quominus ad hunc Macrobium referamus illud edictum *de praepositis sacri cubiculi*, et verum esse dicamus id quod de eius aetate statuit Suringar (Hist. crit. scholiast. Lat. p. I, t. 163 seq.): „Vixit autem Macrobius iis temporibus quibus lingua Latina iamiam senescere coeperat: aetas quidem ipsa non certe definiri potest: incidit vero fortasse in finem seculi IV non valde extremum. Nam quemadmodum e cod. Theodos. lib. VI, tit. 8. apparet, Macrobius fuit sacri cubiculi praepositus sub Honorio et Theodosio Iuniore. Regnavit quidem Theodosius in Oriente usque ad ann. CCCCL, sed cum Macrobius hoc munere functus esse dicatur sub Honorio et Theodosio, intelligendum esse videtur illud tempus quo ambo, hic in Oriente ille in Occidente, regnaverunt. Honorii autem regnum cessavit a. CCCCXXIII. Sed et antea, i. e. sub Arcadio et Honorio, Macrobius iam fuerat Praefectus praetorio, ut apparet ex inscrip-

---

bii scriptis ne vestigium quidem apparet ... Sunt tamen qui eum Christianorum adscribant ordini, quos inter Barthium (Adversar. p. 2258.) nominare sufficit. Spanhemius (Dub. evang. tom. I, p. 533.) contra eum hominem vocat ethnicum. Cui et Fabricius assentitur (Bibl. Lat. I, p. 620.; ed. Ernest. III, p. 180.). Stollius quoque (Introd. in hist. lit. p. II, c. 3, § 8.). Sed Grotius (Comment. in Matth. c. 2, v. 16.) et Huetius (Demonstr. evangel. propos. 9, c. 15, p. 789.) haerent ambigui.“ Recentiores in paganorum numero eum referunt, quod sciam, omnes. Cf. Ch. A. Heumann. Conspect. Reip. liter. c. IV, § 24., Heynium Opusc. Acad. vol. IV, p. 1., licet Baehrius Roem. Lit.-Gesch. vol. II, p. 600., Real-Encycl. s. v. *Macrobius*, et Suringar Hist. crit. scholiastarum Lat., Lugd. Bat. 1834. p. I, p. 164. rem dubiam relinquant.

[23]) Vid. infra cap. II, III not. 2.

[24]) Cf. Fabric. Bibl. Gr. lib. III, c. 16., vol. III, p. 205. ed. Ernest. — Ch. A. Heumannus adnot. (α) ad Conspect. Reip. lit. c. IV, § 24.: „Sex, inquit, fuerunt hac aetate illustres Symmachi, quos cum multi confundant, suos singulos notis distinxit Sirmondus ad Ennodii lib. VII, ep. 25. Quem totum Sirmondi locum descripsit suaeque ad Honor. lib. III. de script. eccles. c. 22. adnotationi inseruit Miraeus.“

[25]) Aurelius Memmius ille Symmachus, qui in subscriptione Comment. libri I., quae legitur in quibusdam codd. mss., dicitur emendasse hoc opus Macrobii, non est confundendus cum oratore, id quod commisit L. Lersch Roem. Diorthosen (Museum d. Rhein. Westphäl. Schulmänn. Vereins vol. II, fasc. 3.). De hoc vid. quae disputavimus infra cap. IV, I.

tione legis cuiusdam in cod. Iustin. L. I, tit. 11., quae lex data est Ravennae a. CCCXCIX. Quodsi igitur hoc anno dignitatem obtinuit praefecti praetorio, ipsius natalis incidere debuit in finem secuii IV non valde extremi. Et hanc ob rem Macrobii aetas a Saxio [26]) relata est ad a. CCCCX." Quod si ita est, Symmachi fuit aequalis Macrobius, sed aetate minor. Alterum illud rescriptum datum Ravennae a. CCCXCIX, quo Arcadius et Honorius Macrobio praefecto praetorio Hispaniarum scribunt, etiamsi prohibita essent sacrificia templorum, tamen se velle publicorum operum ornamenta servari, forsitan quis putaverit non potuisse mitti Macrobio pagano: sed poterat sane fieri, ut qui ipse esset paganus in paganorum commodum rogatu suo ab imperatoribus impetraret eiusmodi rescriptum.

8. De Macrobii patria nihil scimus nisi Romanum eum non fuisse, immo in longinqua quadam terra natum, id quod dicit ipse Saturn. lib. I, praef. § 11.: *nisi sicubi nos sub alio ortos caelo Latinae linguae vena non adiuvet.* Recte ergo Gronovius ad Comm. lib. I, c. 1.: „De patria, inquit, non deest quod coniiciam, deest cui fidam." Quod Fabricius (Bibl. Lat. ed. I, p. 620. et ed. Ern. vol. III, p. 180., cf. Funcc. l. c.) ait in Ciceroniano Erasmum videri Macrobium habuisse pro Graeco (id quod nuperrime repetivit Baehrius), id minime inest in Erasmi verbis, qui (p. 141.): „Aesopicam, inquit, corniculam mihi nominas; ex aliorum pannis suos contexuit centones. Itaque sua lingua non loquitur, et si quando loquitur, Graeculum Latine balbutire credas. Quod genus est illud ex commentario in somnium Scipionis secundo [c. 10, § 11.]: *Et hoc esse volunt quod Homerus divinarum omnium inventionum fons et origo sub poeticae nube figmenti verum sapientibus intelligi dedit.*" Erat cum putarem non *Graeculum* sed *graculum* scripsisse Erasmum, qui Adag. I, 7, 22.: „Graculus inter Musas, inquit, indoctus inter doctissimos, infantissimus inter eloquentissimos. Recte dicetur et in homines ostentatione falsae doctrinae se iactantes et viris eruditis impudenter obstrepentes. Est enim graculus avis minime canora sed tamen odiose garrula atque obstrepera" [27]). At etiam in edit. Frobenii anni MDXXIX legitur *Graeculus*, id ergo nunc retinendum esse arbitror, neque tamen concedo Erasmum habuisse Macrobium pro Graeco. Nam verba: *Graeculum Latine balbutire credas*, non tam originem Graecam quam perversam Graeculi doctrinam [28]) significant, id quod confir-

---

[26]) Onomast. vol. I, p. 478. Schoell (Table synoptique des écrivains Romains) ei assignat annum CCCCIX. Baehrius (Roem. Lit.-Gesch. vol. II, p. 600.) refert alios (coll. Mahul l. c. et Graev. thes. antiqu. Rom. vol. V, p. 293.) statuere Macrobium floruisse inter annum CCCXCV et annum CCCCXXXVI, E. Teuberum vero (de Serv. vit. et comm.) eum iam natum fuisse anno CCCLX. Alii aliam Macrobio assignaverunt aetatem. Sic Fabricius (Bibl. Lat. ed. I. suppl. p. 263., ed. Ern. vol. III, p. 181.; cf. Funcc. l. c.) Ricciolum ait in Almagesto reprehendere Genebrardum, Sansovinum et Thevetum, qui eum ad seculum secundum a Christo nato retulerint, et confectores indicis bibliothecae Vaticanae, qui ad decimum.

[27]) Cf. Ch. A. Heumanni conspectum Reip. liter. cap. VII, § 38.: „Hi (qui e plurium libris congerunt quidquid scribunt, descriptores verius quam scriptores) graculo illi Aesopio similes quam nudi et ridiculi evasuri sunt, si pavo suas quisque pennas repetierit."

[28]) Idem ille Heumannus ibid. § 45. „Certe, inquit, quotiescumque has legi epistolas (Ignatii), deprehendi omnia in illis esse frigida, ieiuna, inepti tumoris affectataeque grandiloquentiae plena et nimis vivide spirantia vanum et planum Graeculum."

matur etiam iis quae sequuntur. Praeterea homo in Graecia natus Romae vix potuit dicere se *sub alio caelo esse ortum*, quibus verbis magis etiam redarguuntur ii qui in Gallia cisalpina Macrobium putaverunt natum [29]. Mahul Graecum eum fuisse censet propter eius nomina et propterea quod illa aetate duae solae, Graeca et Latina, viguerint linguae, quodque Macrobius admiserit multos Graecismos et citaverit multos Graecos scriptores. Quae argumenta quam futilia sint nemo non videt. Haec enim omnia non minus cadunt in eum qui natus quidem non fuerit in Graecia, sed in Graeca quadam, ut in Alexandrina, schola eruditus venerit Romam. Eundem virum doctum statuisse in corrupto isto SICETINI latere Macrobii patriae nomen iam supra (§ 3, b) memoravimus. Cogitat autem modo de Sicino insula, una e Sporadibus, modo de Sicca, oppido Numidiae. At elementa ipsa si spectamus, speciosa est illa coniectura, cum SICETINI natum esse possit e SICINITE i. e. Sicinitae: sed veram eam non esse ex iis quae supra disputavimus satis elucet. Altera coniectura, si ad illud SICETINI spectamus, minus est verisimilis, sed fortasse propius accedit ad verum. Certe in Africa, e qua illis temporibus tam multi viri eruditissimi prodierunt, natum fuisse Macrobium non negaverim, licet pro certo affirmare nec possim nec velim: nam in Africa natus Romae profecto dicere potuit se *sub alio caelo esse ortum*, et Africanum, quamvis Graecis literis imbutum, Latine quam Graece scribere maluisse Romae, minus videlicet mirum est quam hominem in Graecia ipsa natum, cuius sermo patrius omnibus illis Romanis, quos scripta sua lecturos esse poterat sperare, satis erat cognitus: denique Graecum ad Graecos potius scriptores quam ad Ciceronem et Virgilium se conversurum fuisse putaverim.

CAPUT SECUNDUM.

DE MACROBII OPERIBUS.

I. *Commentariorum in Ciceronis Somnium Scipionis libri II.* 1. Hoc unum opus Macrobii integrum ad nos pervenit, et cum eo nobis servatum est etiam ipsum *Somnium Scipionis excerptum ex M. Tullii Ciceronis libro VI. de re publica*, quod paene solum reliquum erat e Ciceronis praeclaro illo opere, usque dum Angelus Maius e rescripto codice Vaticano felicissime eruit reliquias priorum librorum multo ampliores. Quae in idem Somnium Scipionis exstat *disputatio Favonii Eulogii*, ab I. C. Orellio in Ciceronis operum volum. V. partem I recepta, ea et multo brevior est, nec nisi ad numeros fere spectat, neque cum ea servatum est ipsum Ciceronis Somnium Scipionis, quo servato quin Macrobii commentarii literis Romanis infinito plus contulerint, nemo est qui dubitet. Denique hoc opus non est

---

[29]) Patria Parmensem scripsisse Ricciolum in Almagesto referunt Fabricius et Funccius ll. cc. Hunc errorem refellisse Gaudentium Merulam, de Gallorum Cisalpinorum antiquitate et disciplina, Lugd. Bat. 1538. 8. lib. II, c. 2., Coelium autem Rhodiginum Lectt. antiqq. lib. XIV, c. 5. dicere Veronenses Macrobium in sua urbe natum esse contendere prodidit Mahul l. c. p. 2.

spernendum tanquam documentum rationis qua illa aetate homines docti solebant philosophari.

2. Namque Macrobius commentarios suos sic instituit, ut praemissis Ciceronis verbis promeret quidquid e placitis Platonicorum atque e praeceptis geometriae geographiae astronomiae ad ea referri posse videretur.

Atque primum (lib. I, c. 1.) de ratione disputat quae intercedat inter libros quos Plato et Cicero composuerint de re publica, cur in fine operis hic Scipionem fingat in somnio ad patrem avumque in caelum elatum, ille mortuum in vitam revertentem faciat, ut proferat ea quae viderit mortuus. Defendit deinde (c. 2.), ut Epicureorum diluat cavillationes, philosophis uti licere fabulis, et (c. 3.) quinque dicit esse genera somniorum, atque Scipionis somnium ad prima tria genera posse referri, quae sola valeant ad divinationem, in Scipionem autem convenire tale somnium, inseritque interpretationem Homerici figmenti de duabus Somnii portis. Tum (c. 4.) Ciceronis propositum tentat aperire, quod dicit esse, ut appareat animas bene de republica meritorum post mortem caelo reddi et illic perpetua frui beatitudine, additque Scipionem sibi esse videri per quietem in lacteo circulo.

Iam transit ad ipsius Somnii verba, et primum quidem ad eam partem quae est de numeris, et verba (Somn. II, 2.): *Nam cum aetas tua septenos octies solis amfractus reditusque converterit* cet., ita interpretatur, ut Platonicorum proferat commenta (c. 5.) de octonario et (c. 6.) de septenario numero, neque de his solis, sed etiam de iis numeris ex quibus hi componuntur, ratione inprimis habita Timaei Platonis. Propter verba quae ibidem leguntur, *si effugeris*, (c. 7.) demonstrat „eam habere legem omnia vel signa vel somnia, ut de adversis oblique aut denuntient aut minentur aut moneant.“ Verba (Somn. III, 1.): *Omnibus qui patriam conservarint adiuverint auxerint certum esse in caelo definitum locum ubi beati aevo sempiterno fruantur*, provocant (c. 8.) disputationem „de beatitate quae debeatur conservatoribus patriae“ et de quattuor virtutum generibus, qua in re Plotino utitur auctore. Propter verba (ib.): *hinc profecti huc revertuntur*, docet (c. 9.) „animarum originem manare de caelo“, et propter verba (Somn. III, 2.): *quaesivi tamen, viveretne ipse ... quos nos exstinctos esse arbitraremur*, et *vestra vero quae dicitur vita mors est*, (c. 10.) „animarum inferos nihil aliud esse quam ipsa corpora“, quam rem (c. 11.) amplius persequitur e Platonicorum sententia qui statuant „duas esse mortes, unam animae, animalis alteram“ et „lunam esse vitae mortisque confinium“, et (c. 12.) de ratione disserit „qua animae de caelo in huius vitae inferna delabantur“, quae tamen „sua morte non exstinguantur, sed ad tempus obruantur, et rursus e corpore ad perennis vitae lucem restitutae in integrum revertantur.“ Deinde Ciceronis verba (Somn. III, 5.): *Quare ... retinendus animus est in custodia corporis, nec iniussu eius, a quo ille est vobis datus, ex hominum vita migrandum est*, cum sententia Platonis, qui doceat „ipsam philosophiam meditationem esse moriendi“, sic (c. 13.) conciliat, ut dicat „Platonem duas nosse mortes hominis, quarum unam natura, virtutes alteram praestent, cum anima corpus relinquat solutum lege naturae, et cum anima adhuc in corpore constituta corporis illecebras philosophia docente contemnat et omnes exuat passiones: hanc sapientibus esse expetendam, illam vero exspectandam.“ Tum redit ad Ciceronis (Somn. III, 4.) verba: *qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo medium vides, quae terra dicitur: hisque animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quae sidera et stellas vocatis*, atque demonstrat (c. 14.) qua ratione dicatur „mundus dei templum

qui sola mente concipiatur", docetque animum h. l. „proprie esse mentem" (νοῦν), sed in verbis *retinendus animus est in custodia corporis* „ipsam animam", quae quo modo inter se differant ostendit, atque explicat (§ 16 sqq.), cur a Cicerone (ibid.) stellae dicantur *divinis animatae mentibus*, sublicitque (§ 19.) „sententias omnium qui de anima videantur pronuatiasse." Deinde (§ 21.) exponit, quid interait inter *sidera* et *stellas*, et quae apud Ciceronem sequuntur: *quae globosae et rotundae ... circos suos orbesque conficiunt celeritate mirabili*, singula persequitur, et verbis (Somn. III, 6.): *circus elucens, quem vos ... orbem lacteum nuncupatis*, provocatus (c. 15.) de circulo lacteo varias prodit veterum sententias, et deinde de decem aliis circulis agit caelum ambientibus, docetque (c. 16.) quae sint *stellae quas nunquam ex hoc loco vidimus* (Somn. III, 7.), et quomodo dici possit: *stellarum autem globi terrae magnitudinem facile vincebant*. Iam sese applicat ad (Somn. IV, 2.) verba: *Cui subiecti sunt septem qui versantur retro, contrario motu atque caelum* cet., et (c. 17, § 7.) praemissa quadam dispositione quaerit, (inde a § 8.) „si versatur caelum", (c. 18.) „si illi septem circi et versantur et contrario motu moventur", (c. 19.) „si hunc esse sphaerarum ordinem, quem Cicero refert, Platonica consentit auctoritas" (quibus addit (c. 20.) explicationem verborum: *sol ... dux et princeps et moderator luminum reliquorum, mens mundi et temperatio, tanta magnitudine, ut cuncta lustret et compleat*, mensuramque et solis et terrae), (c. 21.) „quo pacto stellae earum omnium zodiacum lustrare dicantur, cum zodiacus unus et in summo caelo sit: quaeve ratio in uno zodiaco aliarum cursus breviores, aliarum faciat longiores", et qua ratione zodiacus in duodecim partes divisus sit, cur aries primus habeatur et quae signa in quorum numinum ditione sint, quibus subdit (inde a § 34.) interpretationem verborum (Somn. IV, 3.): *nihil est nisi mortale* (infra lunam) *praeter animos munere deorum hominum generi datos*, denique (c. 22.) „qua ratione in terram ferantur omnia nutu suo pondera", explicans (Somn. IV, 3.) verba: *Nam ea quae est media et nona, tellus, neque movetur et infima est, et in eam feruntur omnia nutu suo pondera.*

Libri II. capite primo interpretatur (Somn. V, 1.) verba: *Hic ... quis est qui complet aures meas tantus et tam dulcis sonus*, cet., et exponit, „qualem sonum tantarum molium impulsus efficiat", et (§ 8 sqq.) quomodo hoc deprehenderit Pythagoras; et (§ 14 sqq.) „qui numeri sibi ad efficiendam musicam convenirent." Capite 2. explanaturus Ciceronis verba: *qui intervallis disiunctus inparibus, sed tamen pro rata parte ratione distinctis inpulsu et motu ipsorum orbium efficitur*, praemittit quaedam de corporibus mathematicis et (inde a § 14.) exponit rationem qua Plato in Timaeo deum animam mundi ex numeris fabricatam esse docuerit. Cap. 3. agit de Sirenibus vel Musis quas Plato aliique singulis sphaeris tribuant, additque disputationem de vi quam musici soni in hominum animos exerceant, et docet quid statuerint Archimedes et Platonici de intervallis quae sint inter singulas sphaeras. Deinde verba (Somn. V, 1.): *Et natura fert, ut extrema ex altera parte graviter, ex altera autem acute sonent*, provocant (c. 4.) quaestionem de sonis gravibus et acutis, et, postquam (§ 8.) docuit quid vellent verba: *in quibus eadem vis est duorum*, allatis (Somn. V, 2.) verbis: *illi autem octo cursus ... septem efficiunt distinctos intervallis sonos, qui numerus rerum omnium fere nodus est*, lectorem delegat ad ea quae disseruit supra (I, 6, 33 seq.), et ad tria melodiae musicae genera transgressus ostendit diatonum genus mundanae adscribi musicae, sed sonum mundanum

maiorem esse quam quem capiat hominum auditus, audiri tamen ab eo qui caelestibus intersit secretis, quae verba nitantur (Somn. V, 3.) verbis: *Hoc sonitu oppletae aures hominum obsurduerunt* cet.

Capp. 5–9. de terra agit, quo adducunt Ciceronis (Somn. VI, 1.) verba: *Vides habitari in terra raris et angustis locis* cet, atque primum (c. 5.) de quinque cingulis vel zonis et de separatis atque interruptis hominum habitationibus, quam rem amplius explicat addita figura (cc. 6 et 7.), et occasione oblata (c. 8.) exponit quo modo Virgilius (Georg. I, 238.) dicere possit solis *viam sectam* esse *per ambas zonas temperatas*, denique (c. 9.) addita figura tentat evincere verba Ciceronis (Somn. VI, 3.): *omnis terra quae colitur a vobis parva quaedam est insula*, non posse intelligi, nisi habeamus compertum „gemino oceani ambitu“ terrae corpus omne circumflui, quum alter „per zonam terrae calidam meet“, alter „sinibus ab illo originali refusis“ ad septentrionem atque ad austrum flectatur.

Iam (c. 10.) se convertens ad (Somn. VI, 4.) verba: *Ex his ipsis cultis notisque terris num aut tuum aut cuiusquam nostrum nomen vel Caucasum ... transcendere potuit, vel illum Gangem tranatare*, et (ibid. VII, 1.) *non modo non aeternam sed ne diuturnam quidem gloriam adsequi possumus*, demonstrat hominum gloriam et spatio et tempore coerceri, nam mundum quidem aeternum esse, sed „res humanas ex parte maxima saepe occidere manente mundo, et rursus oriri vel eluvione vicissim vel exustione redeunte“, cuius vicissitudinis exponit et causam et necessitatem. Propter verba (Somn. VII, 2 sq.): *praesertim cum ... nemo unius anni memoriam consequi possit, ... tum ille vere vertens annus appellari potest, ... cuius quidem anni nondum vicesimam partem scito esse conversam*, (c. 11.) ostenditur qui sit ille annus magnus vel vere vertens, et propter verba (Somn. VIII, 2.): *Tu vero ... sic habeto, non esse te mortalem, sed corpus hoc ... Deum te igitur scito esse*, (c. 12.) demonstratur animam non solum immortalem sed deum esse, et quod Cicero dicit (ibid.) *mundum quadam parte mortalem*, Macrobius (§ 12 sqq.) ait eum ad communem opinionem respicere, quum e vera ratione constet nihil intra mundum perire. Denique verba (Somn. VIII, 3.): *Nam quod semper movetur, aeternum est* cet., dicit (c. 13.) de Phaedro Platonis esse translata, eaque explicat, et affert argumenta (c. 14.) quibus Aristoteles probet „animam non solum ex se non moveri, sed ne moveri quidem penitus“, et (c. 15.) quibus Platonici evincant animam ex se moveri, et (c. 16.) quibus iidem ostendant necesse esse animam moveri. Denique propter verba (Somn. IX, 2.): *Hanc tu exerce optumis in rebus* cet., exempla affert (c. 17.) hominum clarorum qui exercuerint quattuor quae constituerat lib. I, cap. 8. genera virtutum, et ostendit ad quas virtutes Scipionem excitet avus, et in ipso fine demonstrat universam philosophiam hoc somnio Scipionis contineri [1]).

Ita commentariorum argumento cum Ciceronis verbis composito cui-

---

[1]) Verba quae antecedunt (§ 15.): *Quia, cum sint totius philosophiae tres partes ... nullam de tribus Tullius in hoc somnio praetermisit*, luce clarius ostendunt verba: *Vere igitur pronuntiandum est: nihil hoc opere perfectius, quo universa philosophiae continetur integritas*, referenda esse ad Ciceronis Somnium Scipionis, ut ridicula sint quae scripsit Funccius l. c. § 28.: „Exstant 1) eius Commentariorum in Somn. Scip. libri duo quibus profecto magnum eruditionis apparatum ostendit. Et ipse commentatione extrema vere pronuntiandum putat, nihil hoc opere perfectius“ etc., ut Macrobius arrogantissime de suo opere iudicasse videatur.

vis licet perspicere, quamvis varium illud sit, nihil tamen hoc opere contineri quod non ad Ciceronis verba pertineat quae explicanda sibi proposuerit Macrobius.

3. Platonicorum recentiorum sectam eum secutum esse facile patet [1]): nominatim autem ex iis paucos allegat, Plotinum saepius, Porphyrium I, 3, 17., II, 3, 15., Numenium I, 2, 19., Apuleium I, 2, 8.: e veteribus Platonicis Heraclidem Ponticum et Xenocratem I, 14, 19.; aliquoties (ut I, 11, 4 et 9., II, 1, 23., II, 3, 14 et 15., II, 14, 14.) Platonicos in universum nominat, Platonis ipsius dialogos de re publica (I, 1, 1.), Timaeum (I, 6, 2., II, 2, 1.), Phaedonem (I, 13, 5.), Phaedrum (II, 13, 6.). Haud raro (ut I, 3, 21., I, 11, 1., I, 14, 19., II, 1, 8 et 13., II, 17, 8.) affert Pythagoram, cum hoc semel (I, 14, 19.) Philolaum, saepius (ut I, 2, 9., I, 5, 17., I, 6, 41., II, 1, 23.) Pythagoreos vel Pythagoricos citat in universum, nominatim Dioclem (I, 6, 65.), Hipparchum (I, 14, 20.). Inter Pythagoram et Parmenidem (I, 2, 21.) commemorat Empedoclem, ex Eclecticis praeterea (I, 14, 19 et 20.) Xenophanem, Zenonem et atomicum Democritum. Physicos saepe (I, 6, 64 et 76., I, 16, 10., I, 20, 6 et 9.) in universum citat et ex iis nominatim I, 14, 19. Heraclitum, et (ib. 20.) Anaximenem; praeterea ex antiquioribus philosophis commemorantur theologi (II, 3, 1.). Aristotelis sententiam de anima refutandi causa affert (II, 14.): ex eius sectatoribus commemorat Theophrastum (I, 15, 4.), Stratonem (I, 6, 65.), Diodorum (I, 15, 5.), Boethum (I, 14, 20.); Epicurum denique (I, 14, 20.) et Epicureos, nominatim Colotem, ut ab eius calumniis defenderet Platonem (I, 2, 3.), et Stoicum Posidonium (I, 14, 19., I, 15, 7., I, 20, 9.), Critiam Socraticum (I, 14, 20.): rerum mathematicarum atque geographicarum auctores citat Archimedem (I, 19, 2., II, 3, 14.), Eratosthenem (I, 20, 9.), Posidonium (ibid.), Aegyptios (I, 19, 2 et 5., I, 20, 11., I, 21, 9.) et Chaldaeos (I, 19, 2.), rerum ad medicinam spectantium Hippocratem (I, 6, 17 et 64.) et inter philosophos cum Asclepiade (I, 14, 19.). Poetas Graecos commemorat Orpheum et Hesiodum (I, 2, 9.), hunc solum (I, 9, 6.), Homerum (I, 3, 15 et 17., I, 12, 3.), Aratum (I, 17, 14.); Latinos Virgilium (I, 3, 6 et 19., I, 6, 44., I, 9, 8., I, 14, 14., I, 15, 12., I, 17, 5., I, 18, 15., II, 5, 7., II, 8, 1 et 4., II, 11, 6., II, 12, 13.), Lucanum (II, 7, 16.): e prosae orationis scriptoribus, si Apuleium, quem supra in Platonicorum numero retulimus, excipias, praeter Ciceronem solum Petronium Arbitrum (I, 2, 8.). Horum tamen scriptorum libros non omnes ante oculos habuisse videtur Macrobius. Certe quae Platoni tribuuntur (I, 2, 15., II, 1, 23., II, 15, 6.), illis quidem verbis non leguntur apud Platonem, et quam dicit (II, 14.) esse Aristotelis de anima sententiam, eam non ex ipsis Aristotelis operibus sed ex aliis quibusdam libris qui ex iis excerpta vel sententias aliis verbis redditas continuerint cognovisse videtur, quamquam (I, 8, 5., I, 13, 9., I, 17, 11., I, 19, 27., II, 12, 8 et 14.) etiam Plotini sententias non verba expressit. Sed in hoc opere aliorum sapientiam eum compilasse sic ut in Saturnalibus nemo contenderit suo iure: nam si excipias unum locum Virgilii (II, 8, 6.), quem poetam hic quoque inprimis eum ante oculos habuisse apparet, nihil in hoc

---

[1]) Vid. I. Bruckerum in Histor. crit. philos., Lips. MDCCXLII, 4°., tom. II, p. 355 sqq. F. Ch. Schlosser Universalhistor. Uebersicht der Gesch. d. alt. Welt und ihr. Cultur. tom. III, sect. 4. p. 4 sqq.

[2]) Utriusque operis rationem non satis distinxisse videntur Funccius l. c. § 30. et Schlosser, Universalhist. Uebersicht III, 4, p. 6 sqq.

opus est receptum quod non cum iis sententiis quas Macrobius quidem in Ciceronis Somnio se invenire putaverit cohaereat quodammodo.

4. *Eustachio* filio hoc opus dicasse auctorem ex utriusque libri patet principio, quamquam etiam aliis locis Macrobium eum alloqui monstravit I. Gronovius ad Comm. I, 12, 17.: integrum esse et ex lib. II. cap. ult. paragrapho 15. apparet, ubi: *Sed iam finem*, inquit, *somnio cohibita disputatione faciamus hoc adiecto quod ad conclusionem decebit*, et ex totius operis argumento, quod nusquam lacunae moveat suspicionem. Neque vero de titulo puto esse ambigendum. Etiamsi enim in codice Monacensi, olim Emmeranensi (E3), quem supra commemoravi, legitur, ut in nonnullis aliis codicibus, *in Somnium Scipionis commentum*, idque vocabulum quid velit e Prisciani libro de exhortationibus puerorum demonstratur, plus tamen valet ipsius Macrobii auctoritas, qui in libri I. fine: *Sed ... ad secundi*, inquit, *commentarii volumen disputationem sequentium reservemus*, et in libri II. principio: *Superiore commentario*.

5. Restat ut Casp. Barthii coarguamus errorem, qui hos Commentarios Saturnaliorum partem esse censuit, quam quidem opinionem iam alio loco [4]) refellere tentavimus.

Is enim (Adversar. XXXVII, c. 17.) de duobus, quibus usus sit, huius operis codicibus manu scriptis loquens: „In altero, inquit, titulus est: *Macrobii Theodosii viri consularis et illustris Commentariorum tertiae diei Saturnaliorum liber primus incipit* [5]). Ut videri possit Saturnaliorum pars fuisse ii libri, cui opinioni tamen forma dialogorum contradicit, qua illi concepti sunt, licet non adeo stricte, quin conciliari res possit.“ Idem hos Commentarios partem esse Saturnaliorum perperam ab illis divulsam notat ad Claudianum p. 918., remque accuratius persequitur ibid. p. 691. [6]). Id

---

[4]) Cf. Münchn. Gelehrte Anzeig. 1844. Nro. 175. Barthio tamen consentit Schlosser l. c. p. 10.; sed contradicit Suringar l. c. p. 166.

[5]) Hunc titulum non praefixum fuisse Saturnalibus, ut statuit I. Gronovius ad Comm. I, 1., apparet ex iis quae apud Barthium sequuntur: „In altera codicis vetusti pagina haec verba reperiuntur: *Titulus talis est. Macrobii Oriniocensis in Somn. Scip. Commentarium incipit.*“ Nam quomodo illum titulum excipere poterant Saturnalia, si haec legebantur in altera pagina? E scholio potius haec desumpta esse demonstravimus supra cap. I, 2, a. Videtur autem illud *tertiae diei Saturnaliorum* inde natum esse, quod codex ille descriptus erat ab alio quodam, in quo, cum praemissa essent Saturnalia, fuerat scriptum: *Macrobii Theodosii V. C. et Inl. Conviviorum tertii diei Saturnaliorum explicit: Commentariorum in Somnium Scipionis liber I. incipit.*

[6]) Ipsa Barthii verba leguntur in Fabricii Bibl. Lat. ed. Ern. vol. III, p. 181.: „Somnii commentationem partem esse Saturnaliorum suspicari faciunt manu exaratae membranae, in quarum antiquissimis reperi: *Macrobii Theodosii Viri Consularis et Illustris Commentariorum tertiae diei Saturnaliorum liber primus incipit*: ut non in libros opus illud suum, sed in dies distribuisse videatur Macrobius; singulorum autem dierum operas aliquot libris distinxisse, quorum tertium occuparint hi de somnio Scipionis Commentarii. Quae res et reliquorum tenori congruit, qui non aliter interiores Maronis sensus et doctrinam inquirunt, quam iste Marci Tullii. Potest autem, ut ante exordium tertii huius Saturnaliorum libri exciderit minutum quoddam epistolium, quod hos Commentarios ordini operis instituti conciliaverit; tertius vero quartusque, ut hodie positi sunt, vix unum librum faciunt, ubi cum praecedentibus et sequentibus comparaveris. Nec tertius omnino secundum, talis quidem, sequi debet: cum finis secundi dicat alterius diei operas apud Symmachum disceptandas esse, principium autem tertii de Vettii domo, ubi conventum fuerit, sermonem habeat. Omnino aliis

vero omnino verum esse non posse, Barthiumque deceptum esse figmentis Pontani, cuius editio prior in lucem iam prodierat quum haec scripsit ille, exposita Saturnaliorum forma atque dispositione facile intelligetur. Sed etiam ex iis quae modo protulimus patet hos Commentariorum libros esse opus plenum atque absolutum: atque utriusque operis formam huic opinioni obesse ipse vidit Barthius. Sed magis etiam urgendum est in Saturnalibus praeter primi libri praefationem nusquam, ut in his libris, suo nomine loqui Macrobium, neque in ullius libri principio sic, ut in Commentariis modo ostendimus, alloqui Eustachium filium. Minime vero hanc disputationem de Ciceronis Somnio Scipionis in Saturnalibus fuisse positam ante ea quae ibi disseruntur de Marone [7]) patet ex iis quae legimus Sat. I, 24, 25.: *De Cicerone, Evangele, qui conviciis inpenetrabilis est, post videbimus: nunc, quia de Marone nobis negotium est, respondeas volo, utrum poetae huius opera instituendis tantum pueris idonea iudices, an alia illis altiora inesse fatearis*, quae forsitan quis adhibuerit ad demonstrandum in Saturnalibus de Cicerone fuisse sermonem. At etiam atque etiam contendo, nisus inprimis iis quae Macrobius de sermonibus a singulis convivis habendis praemisit ibid. § 16 sqq., tales commentarios in Saturnaliorum consilium non intrare, et, si quid eiusmodi ex illis verbis concludendum sit, id esse, ut statuamus Macrobium similem de Cicerone componere dialogum in animo habuisse, postea vero hos maluisse conscribere commentarios; quod si verum est, post Saturnalia scripti esse putandi sunt hi commentarii.

II. *De differentiis et societatibus Graeci Latinique verbi liber.* 1. Huius libri exstant tantummodo excerpta quaedam.

a) Excerpta quae in omnibus exemplaribus inde a Pontano (MDXCVII) editis leguntur ab Opsopoeo primum a. MDLXXXVIII edita sunt in lucem e codice Parisino, qui erat Petri Pitthoei.

b) Alia excerpta e codice Bobiensi, nunc Vindobonensi (XVI), nuper ediderunt Iosephus ab Eichenfeld et Stephanus Endlicher in Analectis grammaticis, Vindobon. MDCCCXXXVII in 4°. p. 185–193., tantummodo ad duodecim prima et ad ultimum eorum capitum quae in excerptis Parisinis distinguuntur pertinentia, in quibus tamen nonnulla continent quae in illo sunt omissa, ideo praesertim quod qui haec excerpta confecit, magis ad Latinam linguam, qui Parisina, ad Graecam magis respexit [8]).

c) Aliud excerptum, sed exiguum, ad caput tantum IV. pertinens, editum est ex eodem illo codice in iisdem Analectis p. 194.

d) Alia etiamnum adhuc inedita excerpta ex hoc libro, in quibus excerptor Latina prolixe et ferme unice persequatur, dicuntur asservari in bibliotheca Borbonica Neapoli (vid. Iannelli Catal. bibl. Borbonicae

---

libris inventis opus erit, ut is auctor concilietur ordini suo, quos inquirere adhortor quibus talium copia est: utilis enim est scriptor, quamlibet aliorum excerptor: cum sic etiam non pauca nos doceat nullibi antiquitatis alibi exstantia."

[7]) Id statuendum est, si, ut vult Barthius ad Claudian. l. c., inter secundum et tertium Saturnaliorum librum hos Commentarios suum locum habuisse ponimus: quamquam Barthius ipse sibi non constat et modo loquitur de tertio libro, modo de tertio die, quae ratio posterior etiam permitterat, ut Saturnaliorum fini adnecterentur hi Commentarii.

[8]) Haec excerpta Parisinis meliora esse statuit Baehrius Roem. Lit.-Gesch. vol. III, p. 602., et Real-Encycl. d. class. Alt. Wiss. s. v. *Macrobius*.

Neap. MDCCCXXVII in 4°. p. 13 seq.), sed in praefatione p. xv Analectorum editores recte statuere videntur haec excerpta eadem esse ac Vindobonensia, quum complura opuscula grammatica in eodem illo codicé leguntur, a Parrhasio descripta e codice Vindobonensi, olim Bobiensi, qui antea in bibliotheca Carbonaria fuerit asservatus et Neapoli migraverit Vindobonam.

e) Praeterea memorandum est *Fragmentum de verbo ad Severum*, quod legitur in iisdem illis Analectis p. 145-183., de quo editores in praefatione sic iudicaverunt: „Fragmentum hoc plurimum convenit cum Macrobii de differentiis et societatibus Graeci Latinique verbi libello, ita tamen, ut auctor noster Latina fere unice persequatur. Memoratu etiam dignum eum aliquoties quasi oblitum esse tradere se praecepta grammaticae Latinae, nam p. 165 seq. repente Graece loquentem eum invenies."

Non indicatur nomen auctoris qui Macrobii librum non tam excerpsisse quam compilavisse videtur, quippe qui Macrobii ordinem mutaverit et aliter atque ille inscripserit opusculum suum [9]).

Nos, ne horum excerptorum ullam negligeremus, neve proferremus huius libelli formam quae nulla codicum mss. auctoritate niteretur, rem ita instituendam esse putavimus, ut poneremus excerpta Parisina, id quod factúm est etiam in editionibus prioribus, adderemusque in apparatu critico excerpta Vindobonensia et subiiceremus fragmentum illud de verbo, indicantes distinctis literis in his quae consentirent, in illis quae discreparent cum excerptis Parisinis.

2. Haec vero excerpta in eum modum sunt comparata, ut vix aegre feramus libri integri interitum, in quo Macrobius praemissa praefatione quadam, quae plenius servata est in excerptis Vindobonensibus, videtur contulisse verborum utriusque linguae figuras coniugationes tempora modos formas (vel species) genera, eodem modo de iis disserens atque illius aetatis grammatici, ut omiserit participia, cum modis coniunxerit impersonalia, modum optativum etiam in Latina lingua statuerit a coniunctivo diversum; sed novi fere protulerit nihil. Aliquando, ubi voces quaedam Graecae erant afferendae, pro Latino usurpatus est sermo Graecus, non in fragmento tantum illo de verbo, sed etiam in excerptis Parisinis (cf. c. 2, §§ 1, 6, 7, 9.; c. 3, §§ 3 et 7.; c. 5, § 9.; c. 6, § 4.; c. 10, § 3.; c. 13, §§ 2, 3, 4, 6, 8, 9.; c. 14, § 21.; c. 15, § 6.; c. 19, §§ 12, 14, 15.; c. 22, §§ 9 et 13.), id autem fit etiam in Saturnalibus, ut in lib. I. cap. 17 et sequentibus, lōcis compluribus. Neque tamen inde colligendum est Graecum fuisse Macrobium, sed tantummodo Graeca eruditione imbutum.

3. Respicit in hoc libro etiam ad dialectos Graecas, et commemorat Doricam c. 8, § 7.; c. 9, § 2.; c. 14, §§ 15 et 18.; c. 19, § 14.; Ionicam c. 8, § 12.; c. 14, § 15.; Aeolicam c. 14, § 15.; Atticam c. 5, §§ 9 et 18.; c.

---

[9]) Cf. praefat. ad Anall. gramm. p. VIII: „An vero fragmentum hoc cum praecedente [de nomine et pronomine] unum eundemque auctorem vel diversos habeat, in medio relinquimus. Inscriptio a manu Sec. XVI. quae legitur in fronte folii (vitio compactoris) primi codicis: Valerii *Probi*, neminem fallat: nata enim est sine dubio ex inscriptione antiqua: *Incipit Valerii Probi de nomine* tractatus sequentis fol. 8. v. col. a. Hieronymum Columnam quoque pro incerto habuisse auctorem tractatus nostri de verbo ad Severum e duobus eius notis ad Ennii Annales (p. 101 et p. 234.) patet." — Hertzberg ad Propertium vol. III, p. 94.: „Nam hoc quoque, inquit, excerptum esse e Macrobii libro constat."

12, § 2.; Syracusanum c. 12, § 3. E Graecis grammaticis tantummodo (c. 13, § 7.) citat Stoicos; e Romanis (c. 2, § 4.) Nigidio et Cicerone utitur auctoribus, e Graecis Aristotele (c. 19, § 16.). Locos affert e Graecis poetis Homeri (c. 2, §§ 2 et 9.) et incerti (c. 12, § 3.); e Latinis Virgilii (c. 2, § 2.; c. 6, § 14.; c. 15, § 19.; c. 10, § 7.; c. 11, § 8.), praeterea Ennii (c. 21, § 7.), Accii (c. 6, § 14.), Terentii (c. 16, § 7.; c. 19, § 21.), Lucilii (c. 16, § 7.), Propertii (c. 16, § 7.): prosae orationis scriptoris Graeci nullius; Latinorum, Ciceronis (c. 6, § 14.; c. 17, § 6.; c. 19, §§ 20, 21, 22.), et praeterea Varronis (c. 19, § 22.) et Salustii (c. 19, § 20.; c. 21, § 7.).

4. Denique si quis statuerit haec excerpta non ab eodem Macrobio a quo Commentarii in Somnium Scipionis et Saturnalia conscripta sunt, esse profecta, ei ne in sermone quidem argumenta quaerere licebit: id unum licebit afferre, in nullo codice qui haec excerpta contineat cum Macrobii nomine coniungi compendium scripturae V. C. ET INL. (cf. c. I, 2 b.). Id vero poterat omitti ab excerptoribus, quamquam licet suspicari Macrobium hunc librum scripsisse antequam ad altiorem provectus sit dignitatem.

III. *Saturnaliorum libri VII.* 1. In hoc opere, cuius partem tantum aliquam nobis esse servatam videbimus, „multas artes, multa praecepta, multarum rerum exempla" congessit Macrobius, ut ait ipse in praefatione, ad erudiendum Eustachium filium, cui etiam hoc opus inscripsit. Neque tamen, ut in Commentariis in Somnium Scipionis, suo nomine quae vult docere enarrat, sed post brevem prologum, quo totius operis exponit consilium, viros ipsius aetate vel paulo ante honoribus atque auctoritate vel doctrina florentes ita facit loquentes, ut dialogum quendam instituerit, ad Platonicorum, ut ipse quidem significavit (I, 1, 5 sq.), exemplar. At vero huius libri conscribendi consilium eiusque titulum debere videtur Gellio, e cuius Noctibus Atticis multa eum deumpsisse constat. Ille enim (XVIII, 2, 1 sqq.): *Saturnalia, inquit, Athenis agitabamus hilare prorsum ac modeste, non remittentes*[10] *animum (nam remittere, inquit Musonius, animum quasi amittere est); sed demulcentes eum paulum atque laxantes iucundis honestisque sermonum illectationibus. Conveniebamus autem ad eandem coenam complusculi, qui Romani in Graeciam veneramus, quique easdem auditiones eosdemque doctores colebamus. Tum qui et coenulam ordine suo curabat, praemium solvendae quaestionis ponebat librum veteris scriptoris vel Graecum vel Latinum et coronam e lauro plexam, totidemque res quaerebat, quot homines istic eramus: cumque eas omnis exposuerat, rem locumque dicendi sors dabat. Quaestio igitur soluta corona et praemio donabatur; non soluta autem transmittebatur ad eum qui sortito successerat, idque in orbem vice pari servabatur. Si nemo dissolvebat, quaestionis eius corona deo, cuius id festum erat, dicabatur. Quaerebantur autem res huiuscemodi: aut sententia poetae veteris lepide obscura, non anxie, aut decreti cuiuspiam ex philosophia perperam invulgati purgatio, aut captionis sophisticae solutio aut inopinati rariorisque verbi indagatio, aut tempus item in verbo perspicuo obscurissimum;* addo (ibid. 13, 1 sqq.): *Saturnalibus Athenis alea quadam festiva et honesta lusitabamus huiuscemodi. Ubi conveneramus complusculi eiusdem studii homines ad lavandi tempus, captiones, quae sophismata appellantur, mente agitabamus: easque quasi talos aut tesserulas quisque iaciebamus. Captionis solutae aut parum in-*

---

[10] Verba: *remittentes . . . illectationibus* recepit Macrobius in Sat. I, 5, 2.

tellectas praemium poenave erat nummus unus sestertius. Hoc aere collecto quasi menuario coenula curabatur omnibus qui eum lusum lusarunt. Sed graviore quadam et honestiore ratione hoc consilium sibi exsequendum esse putavit.

2. In praefatione, ut iam diximus, primum pronuntiat se in filii usum ea quae ipse legerit velle conscribere, „ipsis saepe verbis quibus ab ipsis auctoribus enarrata sint." Quae praefationis pars simillima est praefationi Gellii, quem tamen eo studet superare Macrobius, ut non, sic ut ille, utatur ordine fortuito, quo usus sit in excerpendo, sed apum instar „quicquid diversa lectione quaesiverit committat stilo, ut in ordinem eodem digerente coalescat, et quaecumque hauserit non patiatur integra esse, ne aliena sint, unumque fiat ex omnibus, sicut unus numerus fiat ex singulis, ut qui odora pigmenta conficiant ante omnia curent, ut nullius sint odoris propia, et ut, quamvis multorum vocibus chorus constet, una tamen ex omnibus reddatur", quas imagines mutuatus est a Senecae ep. 84. Additque se putare (cf. Gell. praef. § 16.) „nihil operi huic insertum aut cognitu inutile aut difficile perceptu, sed omnia quibus sit ingenium filii vegetius, memoria adminiculatior, oratio sollertior, sermo incorruptior, nisi sicubi se sub alio ortum caelo Latinae linguae vena non adiuvet", quae res ei ansam dat proferendi M. Catonis illud: *Nae tu, Aule, nimium nugator es, cum maluisti culpam deprecari quam culpa vacari.* Deinde (c. 1.) totius operis describit rationem, dicitque „Saturnalibus apud Vettium Praetextatum Romanae nobilitatis proceres doctosque alios congregatos, convivia sibi mutua comitate praebentes, duplex instituere disputationum genus, ut per omne spatium feriarum meliorem diei partem seriis disputationibus occupantes coenae tempore sermone iucundiore utantur, ut habeat voluptatis amplius, severitatis minus, qualis sit in Platonis symposio", additque, quod cum Praetextato in hoc coetu coniunxerit homines aetate multo minores, id Platonis excusari exemplo, qua in re Athenaei premit vestigia. Tum Platonis imitans Convivium (in cuius exordio familiaris ex Apollodoro sciscitatur, qui sermones de amore habiti fuerint in Agathonis convivio; ille autem ipsum quidem ait se non interfuisse convivio, sed omnia comperisse ab Aristodemo quodam) facit (c. 2.) Decium Albini filium a Postumiano quaerentem, „interfueritne convivio per complusculos dies continua comitate renovato eique sermoni quem praedicare in primis ille dicatur", cui ille non interfuisse se ait causarum quarundam cognitione prohibitum, sed hortatum esse, ut pro se Vettius invitaret Eusebium rhetorem, qui deinde et quae ipse audisset et quae pridie Saturnalia disputata ab Avieno ei relata essent sibi exposuerit omnia.

Pridie Saturnalia, inquit (§ 15.), Aurelius Symmachus et Caecina Albinus cum Servio grammatico venerunt ad Vettium Praetextatum, apud quem forte Furius Albinus et Avienus erant, cum ille colloquentes de tempore quo crastinus dies initium sumere existimandus esset. Illis ad colloquium invitatis dicit Caecina (c. 3., quod quidem paene totum e Gellio est desumptum) apud alios alio tempore incipere diem, sed apud populum Romanum docere Varronem a media nocte usque ad proximam mediam noctem diem quemvis protendi, et deinde versibus quibusdam Virgilii prolatis disputat de diei civilis divisione apud Romanos. Qui ut peroravit, Avienus (c. 4.) Furio in aurem susurrans idcircoque a Praetextato interrogatus dicit aures suas perculisse novitatem verborum *nocte futura* et *die crastini* quae protulerit Caecina, et praeterea se mirari, cur *Saturnaliorum*

potius quam *Saturnalium* dicatur: et a Symmacho rogatus disputat Servius primum de genitivi *Saturnaliorum* forma, deinde (verbis Gellii) de aliis illis dictionibus. Tum Avienus (c. 5.) Servium in eo reprehendit quod nimis studeat verbis obliteratis, ipse autem inter sermonem: *mille*, inquit, *verborum talium est*, de qua dictione (Gellianis verbis) disputat Praetextatus, qui deinde, quum hora invitos ab invito discedere cogat, omnes invitat, ut proximo die mane apud se iterum conveniant. Symmachus praeterea invitandos proponit Flavianum Postumianum Eustathiumque, qui „solus repraesentet ingenia trium philosophorum quos Athenienses quondam ad senatum legaverint." Quod cum ab omnibus fuerit probatum, discedunt.

Postero die, Saturnaliorum primo, (c. 6.) Praetextati domum omnes illi convenerunt praeter Postumianum, pro quo venisse Eusebium supra relatum est. Avieno provocante Vettius de toga praetexta et (e Gellio desumpta fabella) de Papirio puero, qui primus Praetextatus cognominatus est, disputat, atque de origine aliorum quorundam cognominum. Superveniunt (c. 7.) Evangelus cum Disario medico et Horus Aegyptius Epicuri sectae addictus, e quibus Evangelus „propter dicacitatem amarulentam et linguam protervam" omnibus minime gratus est: a Praetextato tamen atque a ceteris invitati considunt, id quod ansam dat mutuandi quaedam a Seneca Athenaeo Gellioque de vera sermonum ratione, de Menelao sponte in convivium irruente, de numeroque convivarum. Postquam Horus deinde ab Avieno de Saturni cultu quaesivit, Praetextatus ab eo provocatus de Saturnaliorum origine disserit, et disputationi eius quaedam de Compitalibus subiicit Caecina Albinus. Plura deinde Praetextatus refert de Saturno (c. 8.), a quo (c. 9.) ad Ianum transit, denique (c. 10.) de diebus agit quibus celebrentur Saturnalia, leviter tangens Larentinalia atque Opalia. Evangelus (c. 11.) deridens, quod Saturnalibus servi cum dominis coenent, quasi dii curent servos, quodque Sigillaribus utantur oscillis fictilibus quae infantes potius deceant, Praetextatum adducit, ut (verbis Senecae et Gellii et, ut nonnulli statuunt, Valerii Maximi) varia exempla afferat quibus probet deos immortales dignari servos cura et providentia sua multosque servos virtutibus praestitisse hominibus ingenuis, et (§ 47 sqq.) de Sigillaribus disputet. Ab Aurelio Symmacho rogatus (c. 12.) docet, quomodo annum ordinaverit Romulus, mensiumque explicat nomina, in quibus Maius eum ducit ad Maiam et Bonam Deam. Deinde (c. 13.) quae novaverit Numa intercalatione praesertim instituta, et (c. 14.) quomodo incertam temporum rationem ad certiorem normam redegerit C. Iulius Caesar et post eum Augustus. Tunc Horo flagitante disserit (c. 15.) de Calendis Idibus Nonis, et (c. 16.) de diebus festis profestis fastis comitialibus comperendinis statis praeliaribus. Denique (inde a § 38.) subiicit Eustathius quae ab Aegyptiis quaeque a Graecis mutuatus sit C. Iulius Caesar, qua in re cum utatur Virgilii verbis: *Vos quoque labentem caelo qui ducitis annum, Liber et alma Ceres*, Avienus (c. 17.) dicit se mirari, quod sol modo Apollinis modo Liberi modo aliis nominibus colatur, petitque a Vettio, ut sibi aperiat causam huius nominum varietatis, qui respondet solem omnium quae circa nos gerantur esse auctorem et diversas eius virtutes nomina dedisse diis, et primum varia Apollinis recenset cognomina, deinde docet (c. 18.) Liberum patrem et (c. 19.) Martem Mercuriumque, (c. 20.) Aesculapium Herculem Sarapim atque Isim, (c. 21.) Adonim Attinem Osirim Horum duodecimque zodiaci signa, (c. 22.) Nemesim Pana, quem vocent Inuum, Saturnum, (c. 23.) Iovem Assyriorumque Adad nihil

aliud esse nisi solem, quod denique confirmat theologorum, inprimis Orphei, auctoritate. Dum ceteri admirantur Vettii orationem, (c. 24.) Evangelus se putare ait Virgilium Liberum et Cererem pro sole et luna dixisse „in alterius poetae imitationem, cur diceretur ignorantem“, quum ipse Tullius, „quotiens aut de natura deorum aut de fato aut de divinatione disputet, gloriam quam oratione conflaverit, incondita rerum relatione minuat.“ Contra dicit Symmachus pollicerturque „violentissima inventa vel sensa rhetoricae in Virgiliano se opere demonstraturum“, ad Eusebium vero delegat „de oratoria apud Maronem arte tractatum“, et reliquos precatur, ut „quod quisque praecipuum sibi adnotaverit de Maronis ingenio velut ex symbola conferat.“ Promittit Vettius se probaturum esse Virgilium „doctissime ius pontificium, tamquam hoc professum, in varia operis sui arte servare“, Flavianus summam in eo inveniri iuris auguralis scientiam, Eustathius „astrologiam totamque philosophiam eum parcum et sobrium operi suo nusquam reprehendendum aspersisse“, praeterquam quod multa „de Graecis modo cautus et tamquam aliud agens modo professa imitatione transtulerit,“ Furius et Caecina Albini „vetustatis affectationem in Virgilio praedicabant, alter in versibus, Caecina in verbis“, Avienus „se non unam aliquam ait de Virgilianis virtutibus audere praedicare“, sed prolaturum esse „si quid vel nunc de iis quaecumque dicant alii, sibi visum, vel iam dudum legenti fuerit adnotatum, a Servio autem exigendum esse, ut quidquid obscurum videatur quasi literatorum omnium longe maximus palam faciat.“ Praetextatus, ut omnium ora in se vidit conversa, „philosophiam ait esse honorandam anteloquio“, Eustathioque se optare ut succedat Flavianus, ut ipse „aliquanto silentio instauret vires loquendi“: quum autem servus nuntiaverit coenam esse paratam, proponit, ut „hae disputationes differantur in posteri diei meliorem partem“, quo ut „Penates sui beari se tanti coetus hospitio glorientur“, ab omnibus petit Flavianus.

Sermonum inter pocula habitorum aliqua pars nobis servata est in libro II. Avienus (c. 1.) hoc convivium et cum epulis a Virgilio descriptis et cum convivio Agathonis comparat, regemque mensae dicit „nec in moribus Socrate minorem et in re publica philosopho efficaciorem“ esse, quam comparationem abnuit Vettius, Avieno tamen concedit dei honorem apud se nulla admixta voluptate celebrari, et Symmachus proponit, ut „iocos veterum ac nobilium virorum edecumatos e multiiugis libris relatione mutua proferant“, quorum praestantissimos auctores dicit esse Plautum atque Ciceronem et Catonem Censorium. Singuli deinde (c. 2.) unum proferunt iocum, et Symmachus versiculos Platonis, quos (e Gellio) attulit Horus, dicit se legisse aliquanto latius in Latinum versos, quos recitat. Deinde (c. 3.) refert dicta Ciceronis, tum Avienus (c. 4.) Augusti, (c. 5.) Iuliae eius filiae, (c. 6.) aliorum, (c. 7.) Laberii, Publii Syri, Pyladis histrionis. Mensis secundis admotis (c. 8.) a Flaviano excitatus Caecina Albinus refert locum Varronis qui est de bellariis (e Gellio). Evangelus deinde suadet, ut Platone auctore indulgeant vino. Obloquitur Eustathius, et de vino libidinibusque (verbis Gellii) profert sententias Platonis Aristotelis Hippocratis. Reliqua desunt.

Secundo die eosdem ac primo die apud Vettium Praetextatum convenisse Nicomachi Flaviani domum, primumque de astrologia atque philosophia Virgilii disputavisse Eustathium, et post eum de eiusdem iuris auguralis scientia Flavianum, scimus e libri I. fine. Sed interciderunt

tam hae disputationes quam initium tertiae, quam habuit Praetextatus de iuris pontificii scientia eiusdem poetae.

Quae nunc leguntur in principio libri III., ea spectant ad iuris pontificii eam legem, e qua nisi aqua fluviali purgatis non licebat diis superis sacra facere, eamque non neglexisse Virgilium ait Vettius, addens eum non ignoravisse, cum inferis litandum esset, satis actum videri, si quis aqua se aspersisset. Docet deinde (c. 2.) sacrificalibus verbis proprie poetam esse usum, inprimis diligenter eum observavisse, (c. 3.) quid esset sacrum, quid profanum, quid sanctum, quid religiosum, (c. 4.) quid esset delubrum, quid dii Penates, (c. 5.) quibus diis quae hostiae essent mactandae, eumque Mezentium dixisse *contemptorem deorum*, „quod divinos sibi exegisset honores.“ Ex Apollinis Delii et Herculis Victoris sacris (c. 6.) ostendit Virgilium tam externorum quam Romanorum sacrorum fuisse peritum, adiicitque (c. 7.) multa quae legentium vulgus praetereat apud Virgilium non carere sensu profundo, (c. 8.) ab imperitis nonnulla esse corrupta, et vocabula a Virgilio esse usurpata proprie, ubi non videantur, (c. 9.) vetustissimamque eum observavisse morem Romanorum evocandi ex urbibus oppugnandis deos, qua in re carmina profert quibus sint usi. Vettii disputatione finita Evangelus (cc. 10-12.) obiicit quaedam in quibus Virgilius inscientiam rerum sacrarum prodere sibi videatur, ad quae respondet Vettius. Ultima tamen obiectio refutatione caret, unde hic quoque excidisse quaedam apparet.

Quae sequuntur (c. 13.), ea pertinent ad sermones inter pocula habitos. Loquitur (ut apparet ex cap. 14.) Caecina Albinus, agitque de luxuria Q. Herennii, Fabii Gurgitis, Metelli Pii, Metelli Pontificis maximi, cuius coenam pontificalem exponit, et aetatis Titii atque Varronis, dicitque se respondisse Horo ipsorum aetatis obiurganti luxuriam. Subiicit (c. 14.) Furius Albinus saltationem non turpem fuisse apud veteres, ostenditque (c. 15.), quanto in pretio apud eos fuerint pisces, inprimis muraena, (c. 16.) acipenser mullus scarus lupus. Transit deinde (c. 17.) ad leges contra luxuriam latas, vel ab Antonio, cuius atque Cleopatrae notat luxuriam. Eo adhuc dicente (c. 18.) illata bellaria Symmachum adducunt ut Servium interroget de variis nucum nominibus, quae ille enumerat atque explicat, additque (c. 19.) malorum et pirorum, (c. 20.) ficorum olearum uvarumque genera. Denique Praetextatus monet ut discedant, die autem crastino Symmachi domum conveniant eumque audiant, qui videtur (in iis quae post cap. 12. interciderunt), ut Flavianus in libro I., antequam itum est ad coenam, eos in posterum diem ad se invitasse.

De primis duabus habitis die tertio disputationibus unius tantum in libro quarto nobis relicta est pars. Symmachus, quem hoc die primum locuturum esse pridie dixit Praetextatus, (I, 24, 14.) spopondit „violentissima inventa vel sensa rhetoricae in Virgiliano se opere demonstraturum“, Eusebio, quem post eum disputavisse apparet ex libri V. principio, (ibid.) dixit se „non praeripere de oratoria apud Virgilium arte tractatum.“ Sex capita quae supersunt ad affectus pertinent movendos. Quaeritur igitur, utrius sint disputationis. Equidem collatis iis quae leguntur lib. VII, cap. 5, § 4.: *Est enim rhetorica prolusio communes locos in utramvis partem inventorum alternatione tractare. Sed quia facilius Graecorum inventionibus a Graecis forte aliis relata respondent, te, Eustathi, oramus omnes, ut sensa et inventa Disarii contrariis repellendo in integrum*

restituas exauctoratum conviviorum leporem, prioris esse putaverim, ut Symmachi disputatio ex parte, Eusebii vero tota intercedisse putanda sit.

Diei tertii disputatio tertia continetur libro V. Interroganti enim Avieno, „si quis velit orandi artem consequi, utrum magis ex Virgilio an ex Cicerone proficiat,“ Eusebius respondet unum tantum genus dicendi inveniri apud Ciceronem, idque copiosum, apud Virgilium vero et hoc et breve et serium et pingue atque floridum, et duo stilos dicendi, maturum atque gravem et huic contrarium ardentem erectum infensum, ut decem oratorum Atticorum stilos permiscuisse videatur. Hoc (c. 2.) deridet Evangelus dicens Virgilio ne levem quidem Graecarum literarum notitiam esse tribuendam. Obloquitur Eustathius, quem orat Praetextatus, ut disserat, „quae a Graecis traxerit Virgilius“. Consentit ille, primumque dicit, ut praetereat quae mutuatus sit a Theocrito Hesiodo Arato Pisandro Homero in universa poematum dispositione, se velle demonstrare ab Homero desumpsisse multa minus cognita Virgilium, et affert (c. 3.) versus ad verbum paene translatos. Flagitante Avieno, ut omnia quae ab Homero mutuatus sit Virgilius peraequatur, Eustathius a Symmacho petit, ut sibi det Virgilii carminum exemplar. Quo allato primum nonnulla „quae fors obtulit“ profert, deinde rogante Avieno (cc. 4-10.) per ordinem ab initio ostendit quae ab Homero desumpta sint, et demonstrat (c. 11.) quae „Virgilius in transferendo densius excoluerit“, (c. 12.) „in quibus par pene splendor amborum sit“, (c. 13.) in quibus Virgilius „sit gracilior auctore“, (c. 14.) „in versibus vitia“ eum imitatum esse, atque diligenter expressisse epitheta Homerica, et observasse in narrationis serie quae instituisset Homerus, „ut et historicum stilum vitaret non per ordinem digerendo quae gesta sunt, nec tamen praeteritorum nobis notitiam subtraheret“, (c. 15.) in catalogo autem paululum ab Homerica gravitate recedere, (c. 16.) quid uterque intertexuerit, „ut lectoris animus recrearetur“, (c. 17.) ubi Homeri exemplo fuerit destitutus, nonnulla, ut belli initium, non bene instituisse Virgilium, sed imitatum esse etiam Apollonium Rhodium Pindarumque, nec raro usum esse epithetis Graecis, (c. 18.) alia ab aliis Graecis transtulisse, ab Aristophane Ephoro Didymo Euripide, (c. 19.) Sophocle Aeschylo Callia, (c. 20.) quorumdam plures eum habere auctores, ut cum Gargara voluerit esse fertilitatis exemplar, (c. 21.) etiam poculorum nomina eum a Graecis esse mutuatum, (c. 22.) de diis quaedam a vulgari opinione recedentia ex antiquissimis Graecorum historiis desumpsisse.

Sequitur libro VI. disputatio quarta tertii diei. Monente Praetextato Furius Albinus ostendit (c. 1.) quos versus Virgilius ab antiquioribus transtulerit „vel ex integro vel ex parte“, (c. 2.) „locos locis componit, ut unde formati sint quasi de speculo cognoscatur“, tum (c. 3.) ea profert quae ab Homero videatur desumpsisse Virgilius sed iam priores poetae Romani in carmina sua transtulissent.

Disputatio quinta est Caecinae Albini, ad verba singula ab aliis desumpta spectans. Isque docet (c. 4.) multa verba, (c. 5.) multa epitheta, apud Virgilium nova esse videri, quibus veteres iam sint usi. Deinde ab eodem provocatus Servius (c. 6.) ostendit, „quae in Virgilio notaverit ab ipso figurata, non a veteribus accepta, quibus multum Latinitati adiecerit leporis“. Tum (c. 7.) Avienus primum, ut supra, Eustathio insusurrans, a Praetextato excitatus e Servio quaerit de Virgilio nonnulla, quae ille exponit (cc. 7-9.). Ultima Avieni quaestio non solvitur, unde hunc quoque librum apparet esse mutilum.

Libro VII. continentur sermones die tertio habiti inter pocula (maxima ex parte de Plutarcho compilati). Disputant primum (c. 1.) de philosophia ad epulas admittenda Symmachus et Eustathius, quem ut sententiam suam exponat commonet Furius. Deinde ab Avieno provocatus Eustathius docet, (c. 2.) quibus interrogationibus delectentur interrogati, et (c. 3.) quo scommatum genere utendum sit inter pocula. Suadet autem (c. 4.) Praetextatus, ut convivio apta loquantur, „nec de cibatu tantum sed et de natura corporum vel alia", et ut per ordinem unus quisque proponat quaestionem Disario solvendam. Ipse [I] quaerit, „utrum simplex an multiplex cibus digestu sit facilior", atque Disarius demonstrat praeferendum esse cibum simplicem, cui (c. 5.) ab Evangelo et Symmacho provocatus obloquitur Eustathius. Qua disputatione admonitus Flavianus studet (c. 6.) probare vinum natura esse frigidum, idem [II] deinde e Disario quaerit, „cur raro inebrientur mulieres, crebro senes". Symmachus deinde (c. 7.) et Horus de eo disputant, utrum „mulierum natura sit frigidior quam virorum, an calidior", atque ille [III] Disarium interrogat, „quae ratio de musto ebrietatem aut tardam fieri faciat aut nullam", et Furius [IV] Albinus (c. 8.), quae causa difficile digestu faciat insiciam", et „quae efficiat, ut nonnulli carnes validiores facilius digerant quam tenues"; Caecina [V] Albinus, „quae faciat causa, ut sinapi et piper, si apposita cui fuerint, vulnus faciant, deverata vero nullam ventris corpori inferant laesionem", et „cur in Aegypto vinum frigida virtute nascatur", et „cur qui in aquam descenderit calidam, si agitatu suo aquam moverit, maiorem sentiat calorem", et „aestate, cum aer calidus flabro moveatur, non calorem sed frigus acquirat"; (c. 9.) Evangelus [VI], „cur qui ita se vertant, ut saepe in orbem rotentur, vertiginem patiantur, et „cur sensus omnes corporis a cerebro ministrentur, cum cerebro non insit sensus"; (c. 10.) Eusebius [VII], cur πολιοκροτάφους senes vocet Homerus, et cur „feminis vel eunuchis acuta sit vox, viris gravis"; (c. 11.) Servius [VIII], „quae faciat causa, ut rubor corpori ex animi pudore nascatur"; (c. 12.) Avienus [IX] proponit quattuordecim quaestiunculas de cibis et potionibus; (c. 13.) Horus [X] quaerit, „cur ieiuni magis sitiant quam esuriant", et „cur anulus in digito qui minimo vicinus est gestetur", et „cur magis dulcis quam salsa aqua idonea sit sordibus abluendis". Aristotelis de hac re a Disario prolatae sententiae obloquitur Eustathius [XI], qui (c. 14.) quaerit, „cur in aqua simulacra maiora veris videantur". Qua occasione oblata cum Disarius Epicuri de visu sententiam protulerit, contra dicit Eustathius. Cui cum omnes assensi sint (c. 15.), Disarius Platonem vituperat dicentem cibum per stomachum trahi, potum vero per arteriam quae τραχεῖα dicatur illabi pulmoni; Platonem defendit Eustathius. Evangelo (c. 16.) ioci causa quaerente, „utrum prius gallina ex ovo an ovum ex gallina coeperit", hanc quaestionem pro seria tractat Disarius. Denique idem Evangelus quaerit, „cur noxam, quam pecudibus occisis solis radii non dederint, lunare lumen effecerit," quam rem ab Evangelo excitatus amplius persequitur Eustathius.

Operis clausula deest. Finitur enim hac ipsa Eustathii disputatione. Sed si totam operis compositionem spectamus, etiamsi praeeunte Platone non iterum loquentes fecit Decium et Postumianum, tamen dubium non est, quin, ut supra, finito colloquio discessisse convivas narraverit Macrobius. Multa in fine intercidisse non putaverim, cum nullius Disario propositae quaestiones desiderentur, omnes autem disputationes quae secundum dispo-

sitionem, illam quae legitur lib. I, cap. 24, § 16 sqq. habendae erant, aut in his septem libris insint, aut pateat ubi exciderint, et omnia absolvenda fuerint triduo, quem legitimum dierum numerum Saturnalibus dicatum fuisse ex lib. I, cap. 10, § 26. intelligimus (ubi vid. adnotationem). Quod si verum est, ex ipsis Saturnalibus, ut supra dixi, potest probari, Commentarios in Somnium Scipionis minime, id quod voluit C. Barthius, eorum esse potuisse partem.

3. Haec consideraveris, facile videbis multa quidem futilia in hoc opere inesse, sed non minus multa quibus viri vel doctissimi in antiquitatis studiis versantes non possint carere, neque esse, id quod multi crediderunt, rudem indigestamque molem, sed propter immensas lacunas nunc magis videri inconditum hoc opus quam fuerit olim.

Si autem quaesieris, quod fuerit auctoris consilium in hoc opere componendo, invenies eum voluisse cum variam eo complecti doctrinam tum quasi novum iacere fundamentum decrepidae illa tempore et moribundae mythologiae antiquae. Iccirco studet (lib. I, c. 17 sqq.) ad unum solem referre omnes deos, et omnes illos „edecumatos sodales" in eo facit elaborantes, ut refutent eum qui irrideat veteres illas religiones, Evangelum, de quo quid statuendum esse videatur monstrabimus infra (4. m.). Commendationem autem operis videtur ducere voluisse ab imitatione dialogorum Platonis.

4. Iam vero de iis quos in hoc opere inter se colloquentes facit Macrobius quae comperta habemus proferamus.

Omnes ad coenam invitatos nobilitate vel doctrina excelluisse Macrobius ipse compluribus locis (I, 1, §§ 1 et 4; I, 5, 13; II, 1, 3.) dicit. Hi sunt: Q. Aurelius Symmachus, Nicomachus Flavianus, Caecina et Furius Albini, Avienus, Servius, Eustathius, Eusebius, cum Vettio Praetextato novem numero; quare vitium subesse videtur, si dicuntur (I, 7, 12.) *excepto rege convivii* tot esse quot Musae sunt. Superveniunt autem Disarius Horus Evangelus. Praeter hos nominandi sunt Decius et Postumianus, e quibus hic illi omnes hos sermones refert ex ore, ut ipse ait, Avieni.

a. Vettius Praetextatus dicitur I, 5, 13. *conventus rex*, I, 7, 12. (nisi subest vitium) *rex convivii*, II, 1, 3. *rex mensae*, hoc ipso loco comparatur cum Socrate, quo dicitur *in moribus non esse minor*, *in re publica efficacior*, et I, 5, 4. ei tribuitur *moralis gravitas*. Lib. I, 17, 1 dicitur fuisse *sacrorum omnium praesul*; Avienus I, 6, 3. Praetextati *nomen* ait esse *sacrum sibi ac reipublicae*; I, 24, 1. laudant *hic memoriam*, *ille doctrinam*, *cuncti religionem*, *adfirmantes hunc esse archanae deorum naturae conscium qui solus divina et adsequi animo et eloqui posset ingenio*; et Avienus I, 7, 17. eum dicit *sacrorum omnium unice conscium*, atque ipse (ib. 8.): *Saturnaliorum*, inquit *originem illam mihi in medium proferre fas est*, *non quae ad archanam divinitatis naturam refertur*, *sed quae aut fabulosis admixta disseritur aut a physicis in vulgus aperitur*. Contra Evangelus I, 11, 1. incusat eum, quod studeat *ingenii pompae et ostentationi loquendi*, et, *quia princeps religiosorum putetur*, *nonnulla et superstitionis admisceat*. Denique ex iis quae leguntur lib. I, c. 1. § 5.: *Nec mihi fraudi sit*, *si uni aut alteri ex his quos coetus coegit matura aetas posterior seculo Praetextati fuit*, natu maximum eum fuisse, coniicias.

Complura haud praetereunda de Praetextato congessit Mahul l. c., qui refert anno CCCCLXXXIV p. Ch. eum fuisse designatum praefectum urbi [11]) imperatoribus Valentiniano et Valente, et Gothofredum [12]) codicis cuiusdam manu scripti auctoritate confirmare eodem illo anno eum fuisse

praefectum praetorio. Recte idem testem citat Ammianum Marcellinum, qui lib. XXII. cap. 7.: *Aderat*, inquit, *his omnibus Praetextatus, praeclarae indolis gravitatisque priscae senator, .. quem arbitrio suo Achaiae proconsulari praefecerat* (Iulianus) *potestate*, et lib. XXVII, c. 9. *Haec inter Praetextatus praefecturam urbis sublimius curans per integritatis multiplices actus et probitatis quibus ab adolescentiae rudimentis inclaruit, adeptus est, id quod raro contingit, ut, cum timeretur, amorem non perderet civium minus firmari solitum erga iudices formidatos. Cuius auctoritate iustisque veritatis suffragiis tumultu lenito, quem Christianorum iurgia concitarunt, pulsoque Ursino alta quies parta proposito civium Romanorum aptissima: et adolescebat gloria praeclari rectoris plura et utilia disponentis*, cet., in qua ipsa re teste D. Hieronymo (ep. ad Pammach. 61.) fertur dixisse: „Faciatis me episcopum Romanum, et ego statim fiam Christianus.“ Non minus quam ab Ammiano laudatum eum esse dicit Mahul a Zosimo lib. IV., quem locum inspicere mihi non licuit; Symmachum complures ad eum dedisse epistolas (I, 44-55, et X, 30-32.), et in una (X, 25.) de eius morte conqueri [13]). Denique mortuum eum esse consulem designatum colligit ex inscriptione quam protulit Pontanus [14]). Heynius [15]) eum mortem obiisse refert in praefectura Italiae et Illyrici anno p. Ch. n.

---

[11]) E cod. Theod. lib. II. tit. *ut dignitatum ordo servetur.*

[12]) In commentario ad cod. Theodos. (ed. Ritter. Lips. 1736. fol.) „sur la loi 5. *de mod. mult.*“

[13]) In lib. I. ep. 52. meminit orationis nunc perditae in Vettium Agorium Praetextatum: cf. Fabric. Bibl. ed. Ern. vol. III, p. 206.

[14]) In auctario notarum, ed. II, p. 740. „monente charta libro Scriverii h. l. interiecta:

AGORII . VETTIO AGORIO PRAETEXTATO V. C. PONTIFICI VESTAE . PONTIFICI SOLI . QUINDECIMVIRO . AUGURI . TAUROBOLIATO CURIALI . NEOCORO . HIEROPHANTAE . PATRI SACRORUM . QUAESTORI CANDIDATO . PRAETORI URBANO . CORRECTORI TUSCIAE ET UMBRIAE . CONSULARI LUSITANIAE . PROCONSULI ACHAIAE . PRAEFECTO URBI . PRAEF. PRAET. II. ITALIAE ET ILLYRICI . CONSULI DESIGNATO. DEDICATA KAL. FEB. DN. FL. VALENTINIANO . AUG. III. ET EUTROPIO CONSS.

Romae in hortis Matthaeorum.“ (Ap. Gruter. Inscriptt. ed. Amstelod. 1707 fol. pag. MII. 2.)

Ab eodem Pontano ibid. p. 741. commemoratur alia inscriptio (ap. Grut. ed. 1601. pag. CCCCLXXXVI. 3.), in qua etiam dicitur fuisse Consul designatus:

VETTIO AGORIO PRAETEXTATO V. C. ET INL. CORRECTORI TUSCIAE ET UMBRIAE ILLYRICI ITALIAE ET AFRICAE . CONS. DESIGNATO ACHAIAE . PRAEF. URB. PRAEF. PRAETORI . CONSULARI LUSITANIAE . PROCONSULI . LEGATO AMPLISSIMI ORDINIS SEPTIES ET AD IMPETRANDUM REBUS ARDUIS SEMPER OPPOSITO . PARENTI PUBLIC. PRIVATIMQ. REVERENDO etc.

et tres aliae praeterea (ibid. pag. CCCCX, 2. 3. 4.) in quibus ipse dicitur Consul designatus, eiusque uxor Fabia Aconia variis sacris initiata. Omnium instar pono unam (3):

FABIAE ACONIAE PAULINAE C. F. FILIAE ACONIS CATULINI V. C. EX PRAEF. ET CONSULIS ORDIN. UXORI VETTI PRAETEXTATI V. C. PRAEF. ET CONSULIS DESIGNATI . SACRATAE APUD ELEUSINAM DEO BACCHO CERERI ET CORAE . SACRATAE APUD LAERNAM DEO LIBERO ET CERERI ET CORAE . SACRATAE APUD AEGINAM DEABUS . TAUROBOLITAE ISIACAE . HIEROPHANTRIAE DEAE HECATAE . SACRATAE DEAE CERERIS.

[15]) Opuscc. acadd. vol. VI, p. 7. coll. Ritter Prosopographia ad Cod. Theodos. et Tillemont in Theodosio Art. 63.

CCCLXXXIV, eodem anno quo dicitur fuisse praefectus urbi designatus: hac autem praefectura eum functum esse intelligimus ex Ammiani loco quem supra posui, neque illo quidem anno quo eam gereret mortuum esse elucet ex alio eiusdem scriptoris loco, (lib. XXVIII. c. 1.), ubi Praetextatus ex urbi praefecto deprecandi causa dicitur missus esse ad Valentinianum. Qui in inscriptione illa nominantur fuerunt consules, si credimus fastis consularibus in Orellii Onomast. Tull. Vol. III. p. cxxv, anni CCCLXXXVII, neque anno insequente inter consules memoratur Praetextatus, videtur ergo ille ipso anno obiisse diem supremum: sed vide, ne ut Consularis, illa aetate etiam Consul designatus nihil fuerit nisi titulus. Alius Praetextatus, fortasse pater, est is de quo Laurentius Lydus de mens. IV. 2: *Ὁ δὲ Πραιτέξτατος,* inquit, *ὁ ἱεροφάντης ὁ Σαπάτορι τε τῷ τελεστῇ καὶ Κωνσταντίνῳ τῷ αὐτοκράτορι συλλαβὼν ἐπὶ τῷ πολισμῷ τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως* est. Familiam eius nobilissimam fuisse Mahul dicit cum aliis ex rebus tum inde posse intelligi, quod Paulus Aringius de Roma subterranea libri III caput XVI. inscripserit Coemeterium Praetextati.

b. Q. Aurelius Symmachus, ad quem tertio die convenerunt (cf. III, 20, 8; V, 3, 17.), lib. I. c. 24. Virgilium defendit a contumeliis Evangeli, lib. II. proponit ut proferant veterum virorum iocos, ipseque persequitur iocos Ciceronis, et lib. IV. loquitur de violentissimis inventis vel sensis rhetoricae apud Virgilium, et lib. VII, c. 1. philosophiam a conviviis vult arceri. Praetextato hic multo notior est. Reliquit enim decem epistolarum libros, qui ad nos pervenerunt, multasque scripsit orationes, quarum fragmenta quaedam invenit atque in lucem edidit Angelus Maius. Sed multo minoribus quam Praetextatum eum laudibus effert Macrobius. Namque lib. I. cap. 1. § 4. quarto demum loco eum nominat, et praeterea tantum lib. V. cap. 1. § 7. Eusebium, ubi de quattuor generibus dicendi loquitur, facit dicentem: *Pingue et floridum, in quo Plinius Secundus quondam et nunc nullo veterum minor noster Symmachus luxuriatur* [16]).

De eius vita satis multa nobis tradita sunt et in ipsius epistolis et in codice Theodosiano, quae collegerunt Heynius in „Censura ingenii et morum Q. Aurelii Symmachi cum memorabilibus ex eius epistolarum libris," Opusc. acad. vol. VI. p. 1 sqq., et Angelus Maius in praefatione ad Q. Aurelii Symmachi. V. C. octo orationum ineditarum partes, quas edidit Mediolani MDCCCXV, 8°.

De eius aetate atque honoribus ponam pauca e Maii illa praefatione (p. xi sq.) excerpta: „Generosa familia Romae ortus, in qua splendidissimae dignitates saepe floruerunt, maximum tamen ipse stirpis suae decus fuit, atque innumeris honoribus saturatus est. Nam et quaestor fuit et praetor et Lucaniae Bruttiorumque corrector: tum Africam pro consule rexit, qua in provincia statuas quoque virtutis ergo promeruit. Aeternae urbis praefecturam quieto eidem et iam pridem a desideriis honorum remoto Valentinianus Iunior sponte detulit. Ordinarium quin etiam consulatum

---

16) Aliorum de eo iudicia non minus splendida affert Ang. Maius in praefatione ad eius orationum ineditarum partes p. I sqq. Sed aliter de eo iudicat Erasmus, qui in Ciceroniano (p. 141.) Bulephoro dicenti: „At Symmachum in epistolis argutum admirantur quidam," respondet: „Admirentur, quibus studio est moleste potius quam bene dicere."

anno post Ch. n. CCCXCI cum Tatiano gessit. Comes praeterea ordinis tertii in antiqua inscriptione nuncupatur: et amplissimis legationibus ex senatus decreto ad Imperatores functus est. Denique et ethnicorum deorum, erga quos superstitione incredibili semper flagravit, pontificem maiorem egit: et Romani senatus sine controversia princeps diu habitus est. Ita autem diu vixit, ut plurium imperatorum aetatibus implicitus sit, diu etiam multumque in causis versatus. Et postremis quidem Constantii imperantis annis egregiâ ad eloquentiam indoles in adolescente Symmacho iam virescebat. Lucius enim Avianius Symmachus pater Antiochiam circa id tempus legatus ad Constantium profectus multa de filii praeclara exspectatione cum Libanio est collocutus. Ab inito autem Valentiniani Senioris imperio adusque Arcadium Honoriumque Augustos cum ingenti semper laude forum curiamque frequentavit. Anno certe post Ch. n. CCCIC adhuc vivebat Symmachus, quoniam epistola libri quinti decima gratulatur Theodoro adeptum consulatum, quem hic eo anno gessit. Symmachum non excessisse Christi annum CCCCIV censebat Iacobus Gothofredus in eius vita. Sed enim hoc eodem anno concinnatum esse poema adversus Symmachum a Prudentio proximoque anno editum existimat magnus Arevalus in Prudentianis (N. 54). Quum autem adversus viventem Symmachum Prudentius scripserit, sequitur, ut Symmachi vita paulo ultra Gothofredi sententiam extendenda esse videatur. Immo quum superius diximus Symmachum plane adolescentem fuisse extremis Constantii temporibus, id est circa annum CCCLX., ipse autem Symmachus in octava decima epistola libri quarti se in senium vergere narret: „*Tantum abest, ut haec annis in senium vergentibus velim, Candidior postquam tondenti barba cadebat*,“ superest, ut non immerito suspicemur, oratorem nostrum adusque Christi annum circiter CCCCX vitam fortassis produxisse.“

Subiiciam quae de eo indicavit Heynius l. c. p. 15 sq.

„Senatorem gravissimum, magistratum sanctissimum, civem ad bonum commune natum recte diceres, vocabulo istis temporibus frequentato: cuius integritatem, probitatem, constantiam cum prudentia, multis in locis admiramur: facile enim intelligi potest, quam lubricum ac periculosum esset inter temporum, dominationis et aulae corruptelas servare rectum. Senatoriam auctoritatem et dignitatem tuitus est egregie; in hoc enim ordine quicquid supererat auxilii adversus dominationis iniuriam et libidinem, continebatur; itaque senatum appellat *partem humani generis meliorem* (Epp. I, 52. al. 46.). Quod superstitio animo eius tam alte insederat, excusandum erat in viro patriarum legum et institutorum servantissimo eodemque Pontifice maximo. Venia enim debetur ei, qui ad fidem suam et religionem refert antiqui instituti auctoritatem et sanctitatem, si videt nova, etsi forte per se bona, meliora quoque, non bonis artibus et consiliis inferri et obtrudi.“

Inscriptionem ad hunc Symmachum pertinentem e scheda Scriveriana prodidit Is. Pontanus in auctario notarum ed. II. ad Saturnal. V. 1. [17]) In

[17]) Inscriptio quam nuper adeo in monte Caelio effossam dixit Romae, haec est: EUSEBII.Q. AURELIO SYMMACHO V. C. QUAEST. PRAET. PONTIFICI MAIORI . CORRECTORI LUCANIAE ET BRUTTIORUM . COS. COMITI ORDINIS TERTII . PROCONS. AFRICAE . PRAEF. URB. ORDINARIO . ORATORI DISERTISSIMO Q. FAB. MEMM. SYMMACHUS V. C. PATRI OPTIMO.

qua inscriptione qui dicitur *Q. Fabius Memmius Symmachus*, eius filius, in Fabricii Biblioth. Lat. ed. Ern. vol. III. p. 206. dicitur *Q. Flavius*, ibid. p. 205. *Q. Flavianus*, quod nomen eo commendatur, quod Flaviano fratri omnes libri II misit epistolas (cf. ibid. p. 210.), qui cum Nicomacho Flaviano confunditur ibid. p. 182., quem errorem ascivit Mahul. Etiam in inscriptione, quae legitur in not. 21, commemoratur *Q. Fabius Symmachus*, quem non alium fuisse crediderim quam Symmachi oratoris filium, cui inscripsisse videri Macrobium librum de differentiis et societatibus Graeci Latinique verbi diximus supra cap. I, 7. L. Aurelius Avianius Symmachus, qui commemoratur in inscriptione apud Gruter. p. CCCLXX. 3., videtur fuisse Symmachi oratoris pater. De Aurelio autem Memmio illo Symmacho, qui dicitur emendasse Ravennae Commentarios in Somnium Scipionis, disputabimus infra c. IV, A, I. [18])

c. **Nicomachus Flavianus** lib. I, c. 24. extrem. reliquos invitat, ut secundo die demum suam conveniant: ibid. § 17. dicit se esse praedicaturum Virgilii scientiam iuris auguralis: sed ipsa disputatio intercidit. Post Praetextatum secundo loco nominatur I, 1, 4.; I, 6, 4. **Flavianus** et **Eustathius** dicuntur *par insigne amicitiae*. Duo eius nomina, *Nicomachus Flavianus*, apud Macrobium nusquam leguntur coniuncta [19]). Plerumque nominatur *Flavianus*: semel (I, 24, 24.), ubi post breve intervallum idem nomen erat repetendum, *Nicomachus* [20]). Totum eius nomen fuit *Virius Nicomachus Flavianus*, si modo Pontanus recte ad hunc Flavianum retulit inscriptionem quam e schedis Scriverii prodidit in adnotatione ad Sat. I, 17. in monte Caelio, ut ait, Romae effossam anno MDCXVII. [21]) Quod autem idem Pontanus monente eodem Scriverio censet ex inscriptione quae sit apud Gruterum p. CLXX. 5. liquere vixisse hunc Flavianum sub Honorio et Theodosio, id redarguitur ipsa illa inscriptione, si Flavianus in ea commemoratus hic est Nicomachus Flavianus, quia Secretarium a Flaviano antea institutum et deinde igne absumptum illorum imperatorum aetate dicitur esse restitutum [22]). Sed recte idem homo doctus (lib. VI. extrem.)

---

[18]) Cf. Fabric. Bibl. Lat. l. c. p. 205. et Tiroboschi Storia della letteratura Italiana Tom. II, p. 246.

[19]) Sic etiam Symmachus nusquam nominatur *Q. Aurelius Symmachus*: plerumque *Symmachus* tantum, raro (I, 2, 15.; I, 12, 1.; II, 7, 1.) *Aurelius Symmachus*: semel (I, 5, 17.) *Q. Aurelius*.

[20]) Carrio in ed. Steph. e cod. P, cui assentitur S, recepit *Symmachus*, qui error, fortasse natus e confusione Nicomachi Flaviani cum Flaviano vel Fabio Symmachi filio in editione demum Bipontina est emendatus, licet verum viderit iam I. Gronovius.

[21]) Inscriptio in ed. II. auctario notarum p. 741. haec est: VIRIO NICOMACHO FLAVIANO V. C. QUAEST. PRAET. PONTIFIC. MAIORI. CONSULARI SICILIAE. VICARIO AFRICAE. QUAESTORI. INTRA PALATIUM PRAEF. PRAET. ITERUM COS. ORD. HISTORICO DISERTISSIMO. Q. FABIUS MEMMIUS SYMMACHUS V. C. PROSOCERO OPTIMO. Ex hac inscriptione I. Gronovius ad Sat. I, 24, 24. concludit Flavianum fuisse Symmachi, quem Macrobius inducit loquentem, prosocerum: sed falso, nam dicitur fuisse prosocer Q. Fabii Symmachi i. e. filii illius.

[22]) Cf. Gruter. l. c.: „In hemicyclio templi S. Martinae, quod olim Secretarium [senatus] populi Romani fuit, ad forum Romanum: SALVIS DOMINIS NOSTRIS HONORIO ET THEODOSIO. VICTORIOSISSIMIS PRINCIPIBUS. SECRETARIUM AMPLISSIMI SENATUS QUOD VIR INLUSTRIS FLAVIANUS INSTITUERAT ET FATALIS IGNIS ABSUMPSIT FLAVIUS ANNIUS EUCHARIUS EPIFANIUS V. C. PRAEF. VICE SACRA IUD. REPARAVIT ET AD PRISTINAM FACIEM REDUXIT. Vidit Smetius.“

ad hunc Flavianum videtur retulisse quae leguntur apud Ioannem Saresberiensem in Policratico sive de curialium nugis lib. II. cap. 26.: *Hoc autem asserit Flavianus in libro qui de vestigiis philosophorum inscribitur*, et lib. VIII. cap. 11.: *Tu historiam aut fabulam quod his verbis refert Petronius pro libitu appellabis. Ita tamen ex facto accidisse Ephesi et Flavianus auctor est.* Adde ib. cap. 12. *cum teste Quintiliano Valerio Flaviano et aliis multis Socrates etiam in senectute didicerit musicam*, et: *Quid ergo viro cum speculo, nisi in eo casu quo illud Platonem gestasse testis est Flavianus.* Certe Macrobius (I, 5, 13.) hominem eruditissimum eum fuisse dicit his verbis: *qui quanto sit mirando viro, Venusto patre, praestantior, non minus ornatu morum gravitateque vitae quam copia profundae eruditionis adseruit*, ubi Scriverius, qui coniecit esse scribendum *Murrano Virio Venusto*, primus vidit *Venusto* non esse habendum pro adiectivo sed pro Flaviani patris nomine: qui Venustus fortasse idem est ac quem ex vicario cum Praetextato ad Valentinianum deprecandi causa missum refert Ammianus Marcellinus lib. XXVIII. c. 1.: nam qui apud Gruterum p. CCCIX. 6. memoratur Venustus cum Sabino consul in multo priorem incidit aetatem (CCXL p. Ch.).

Filium huius Nicomachi Flaviani Drakenborchius in Syllabo codicum mss. Livii T. VII. p. 321 sqq. (ed. Stuttg. T. XV. p. 617.) affirmat fuisse Nicomachum Flavianum Dextrum, praefectum urbis, quem Livium emendavisse ex subscriptionibus compluribus scimus codicum. Post Valentiniani II. mortem ab Eugenio tyranno anno CCCXCIII vel CCCXCIV. eum praefecturam urbis obtinuisse, eamque a Theodosio Magno ereptam ab Honorio eius filio recepisse anno CCCXCIX, et Decium (an Caecinam Albinum? cf. d.) ei successisse ex Symmachi epistolis (lib. IV. epp. 5 et 7; lib. V. ep. 6; lib. VII. epp. 50. 95-104.) et ex codice Theodosiano (lib. VII, tit. XIII, lege 15; lib. XI, tit. XXX, leg. 61; lib. XIII, tit. V, leg. 29) colligit. Potuit igitur etiam hunc Macrobius in Saturnalibus inducere loquentem, sed maiorem illum eum in animo habuisse putaverim ideo, quod et I, 1, 4 ante Symmachum eum nominat, et secundo die apud eum, tertio demum apud Symmachum fingit conventum esse habitum, et Flavianum maiorem hominem doctum fuisse intelligitur cum ex illa inscriptione tum ex Sidonii Apollinaris (lib. VIII. ep. 3.) verbis: *Apollonii Pythagorici vitam, non, ut Nicomachus senior, e Philostrati, sed, ut Tascius Victorianus e Nicomachi schedis exscripsit, quia iusseras, misi.* Denique, si maior minoris pater fuit, illi tantum tribui potest Venustus pater. Tiraboschius (Storia della letteratura italiana tom. II p. 352.) censet Flavianum Macrobii esse eum qui anno CCCXCIII. occiderit pugnans in exercitu Eugenii contra Theodosium [23]).

d. Caecina Albinus intrat (I, 2, 15.) cum Symmacho, quocum dicitur *eum aetate tum etiam moribus ac studiis fuisse coniunctissimus.* Primus disserit de principio et fine civilis diei (I, 3.) (ubi eum Praetextatus (I, 2, 20.) ad dicendum excitat his verbis: *quia te quicquid in libris latet investigare notius est quam ut per verecundiam negare possis*, et omnes (I, 4, 1.) *quasi vetustatis promptuarium Albini memoriam* laudare dicuntur); deinde (II, 8.) de bellariis, et (III, 13.) de luxuria veterum Romanorum, et (VI, 4 et 5) de iis quae in verbis ab Homero mutuatus sit Virgilius.

---

[23]) Heynius l. c. p. 7. de Flaviano iubet consuli Wernsdorfium ad Poet. min. vol. V, p. 651.

Pontanus in auctario notarum ad I, 17. profert „ex annotatione Scriverii“ duas inscriptiones [24]), quas ad eum pertinere censet. At ego non reperio Honorii et Theodosii aetate consulum nomina quae in literas illas quae leguntur in priore potuerint mutilari. Tiraboschius l. c. auctore Tillemontio (in Honorio Art. XVIII. et Not. XXXIX.) ait Caecinam Decium Albinum fuisse praefectum urbis annis CCCXCV et CCCCVIII. (Cf. c.). Mahul l. c. tradit anno CCCCXIV. eum fuisse praefectum urbi ex „leg. un. de Naviculariis“, eumque memoratum esse a Claudio Numatiano in Itinerario (Lib. I. v. 466.), et ab Olympiodoro citato a Photio in Bibliotheca. C. O. Muellerus (de Etrusc. vol. I. p. 418.) refert Honorii aetate in villa apud Volaterras vixisse Caecinam quendam Decium Albinum; Wernsdorfius (Poet. Lat. min. Tom. III. p. xxiv.) eiusdem nominis memorat poetam satiricum. Altius rem persequi ego non possum. Id unum videtur pro certo haberi posse, Caecinam Albinum fuisse praefectum urbi: et cum Decii, qui Sat. I, 2. colloquitur cum Postumiano, pater ib. § 3. dicatur Albinus, hic Caecina, quem etiam in inscriptionibus Decium videmus nominatum, non Furius fuisse putandus est. [25])

e. Furius Albinus cum Avieno ante quam ceteri omnes pridie Saturnalia dicitur fuisse apud Vettium Praetextatum (I, 2, 16.), atque disputat lib. III. cc. 14-17. de saltatione apud veteres, de piscium pretiis, de legibus contra luxuriam latis, et lib. VI. cc. 1-3. de iis quae Virgilius ab antiquioribus mutuatus sit in versibus, de qua re eum (VI, 4. 1.) *ut meminerem et veteris et novae auctorum copiae* disseruisse ait Caecina, qui etiam III, 14, 1. Furium dicit *ultra omnes pollere memoria vetustatis*. Sed ibidem *Furius Albinus antiquitatis non minus quam Caecina peritus* dicitur, ut (VI, 1, 1.) Praetextatus dicit: *viros inter omnes nostra aetate longe doctissimos Furium Caecinamque Albinos*. Utrumque ergo Albinum in antiquitatis studiis versatum esse apparet, sed si quaeritur, uter I, 1, 4. (ubi *Albinos*, ut *Praetextatos* al., ad unum tantum referendum esse videtur) commemoretur, Caecinam intelligendum esse putaverim. Nam de Furio, quem Mahul l. c. ne commemorat quidem, Tiraboschius nihil ait se habere compertum, nisi forte idem sit Caesonius Rufius Albinus, qui auctoribus Tillemontio l. c. Art. XLVII. et Corsinio p. 208. anno CCCLXXXVIII. p. Ch. n. praefectus urbi fuerit: id quod nolui praetermittere, cum duobus locis (I, 2, 16. et I, 4, 1.) in omnibus fere codicibus Macrobii *Rufius*, non *Furius*, diceretur Albinus, quibus tamen locis opponendi sunt alii plures numero (I, 24, 19; III, 14, 1; VI, 1, 1 et 2; VII, 8, §§ 1, 4, 7.), quibus sine ulla codicum discrepantia nominatur *Furius*.

f. Avienus, ut modo dixi, ab initio apud Praetextatum fuit cum Furio Albino. *Verecundia probi adolescentis* laudatur VI, 7, 1. (cf. VII, 3, 22.).

---

[24]) Cf. p. 741 seq.: „1) Ex basi marmorea grandi et perpulchra litera literata: SALVIS DD. NN. HONORIO ET THEODOSIO PP. FF. SEMPER AUGG. CAECINA DECIUS ACINATIUS ALBINUS V. C. PRAEF. URBIS FACTO A SE ADIECIT ORNAVIT DEDICATA PRIDIAE NONAS NOVEMBREIS RUST . . . . II . . . . LINIOCOS. Habet Gruterus a Gutensteinio, qui ad marmor Romae descripsit, pag. CCLXXXVI, 7.

2. Similiter in basi marmorea grandi legitur Romae: D φ D φ FL. ARCADIO PIO . FELICI VICTORI AC TRIUMFATORI . SEMPER AUGUSTO . CAECINA DECIUS ALBINUS V. C. PRAEFECTUS URBI . VICE SACRA IUDICANS DEVOTUS NUMINI MAIESTATIQUE EIUS. Vidit Smetius et Boissardus, ex quibus Gruterus p. CCLXXXVII, 2.“

[25]) Cf. Pauly Real-Encycl. d. class. Alt. Wiss. vol. II, p. 40.

Ipse de nulla re accuratius disputat, sed saepe alios ad disputandum excitat et aliis insusurrando (I, 4, 1; VI, 7, 1.) et loquentes interpellando vel eos interrogando (I, 5, 1; I, 6, 3; I, 17, 1; V, 1, 2; V, 3, 16; VI, 7-9; VII, 2, 1; VII, 12, 1 sqq.). Praeterea nihil certi de eo scimus. Saxius (Onomast. litterar. t. I. p. 479.), Sextum Rufum Festum Avienum, Arateorum et Periegeseos Dionysianae interpretem, diversum a Flavio Aviano Apologorum scriptore, hunc censet esse.

Fabricius l. c. non recte eum vocat *Nicomachum Avienum*, quem sequitur Mahul, qui cum Pontano l. c. putat eundem esse ac quem legimus in Gruteri inscriptione CCCLXX, 3. *L. Aur. Avianium Symmachum*, quem Symmachi fuisse patrem supra diximus.

g. Servius a Macrobio depingitur ut adolescens (I, 2, 15.) *inter grammaticos doctorem recens professus, iuxta doctrina mirabilis et amabilis verecundia*, qui (ibid.) Symmachum et Caecinam Albinum ad Praetextatum dicitur esse secutus *terram intuens et velut latenti similis*. Verecundia eius praeterea laudatur II, 2, 12. et VII, 11, 1., ubi Disarius: „*Age*, *Servi*, inquit, *non solum adolescentium qui tibi aequaevi sunt*, *sed senum quoque omnium doctissime*, *commascula frontem* cet. Avienus (VI, 7, 4.) *doctorum maximum* eum vocat, et Caecina Albinus (VI, 6, 1.) eum dicit *cotidie Romanae indoli enarrare eundem vatem*, i. e. Virgilium, ut dubitari non possit, quin Macrobius non alium nisi Maurum illum Servium Honoratum in animo habuerit, qui composuit eadem illa aetate [26]) commentarios in Virgilium, sed ridiculum est, quod censet Mahul fortasse haec colloquia eum adduxisse ad illud opus componendum, quoniam Macrobius (in praef. et lib. I, c. 1.) luce clarius ostendit haec colloquia a se esse ficta, et quae ille memorat iisdem fere verbis atque in illis commentariis prolata, ea a Pontano esse supposita infra videbimus. Disputat autem Servius lib. I, c. 4. de dubiis quibusdam casuum formis, lib. III, cc. 18-20. de variis fructuum generibus, lib. VI, c. 6. de iis quae Virgilius invenerit quibus Latinitati adiiceret leporem, et cc. 7-9. Avieni de singulis quibusdam Virgilii locis respondet interrogationibus.

h. Eustathius (I, 6, 4) venit cum Flaviano, qui dicuntur *par insigne amicitiae;* eum ipsum ceteris commendat Vettius (I, 5, 13 sqq.) his verbis: *qui tantus in omni genere philosophiae est*, *ut solus nobis repraesentet ingenia trium philosophorum de quibus nostra antiquitas gloriata est*, . . . *cum sectas omnes assecutus sed probabiliorem secutus sit*, *omniaque haec inter Graecos genera dicendi solus impleat: inter nos tamen ita sui locuples interpres est*, *ut nescias qua lingua facilius vel ornatius expleat operam disserendi.* Platonicam illam sectam esse *probabiliorem* inde elucet, quod (lib. II, 8, 5 sqq. et VII. c. 15, § 14 sqq.) Platonem defendit ab Evangeli et Disarii obtrectationibus. Furius (VII, 1, 8.) eum ad dicendum excitans: *Quia te unicum*, *Eustathi*, inquit, *sectatorem philosophiae nostra aetas tulit*, cet. Disputatio eius praecipua, quae erat de Virgilii astrologiae et philosophiae scientia, intercidit: demonstrat praeterea (lib. I. c. 16, § 38 sqq) quid Iulius Caesar in ordinando anno mutuatus sit a Graecis, (lib. II, c. 8.) quid de vino et de libidinibus statuerint Plato Aristoteles Hippocrates, (lib. V. cc. 2-22.) quid de Graecis mutuatus sit Virgilius, (lib. VII. c. 1.) philosophiam ad epulas esse admittendam, (c. 2.) quibus interrogationibus delectentur in-

---

[26]) Cf. Alb. Lion praef. ad Serv. p. V. I. Ch. F. Bähr Gesch. d. Röm. Lit. v. I, p. 237.

terrogati, (lib. VII. c. 14. § 5 sqq.) *quid statuendum sit de videndi sensu*, (c. 16.) *cur lunae magis quam solis lumen adiuvet putredinem*. Fabricius in Bibl. Gr. ed Hamb. 1717, t. VIII. p. 189 sqq. (ed Harl. t. IX. p. 149.) multos enumerat Eustathios, sed quis aut num quis ex iis hic sit, non affirmaverim: nisi forte est Eustathius Cappadox, philosophus Neoplatonicus, discipulus Iamblichi et Aedesii, cuius provinciam scholasticam in Cappadocia suscepit c. CCCL p. Chr. [27]) Reliquis hunc aetate paulo maiorem esse excusari potest iis quae de hominum ad haec convivia adscitorum aetatibus Macrobius dixit I, 1, 5. Mahul monet, ne confundatur cum archiepiscopo Thessalonicensi, Homeri interprete, ut qui aetate multo sit inferior.

i. Eusebius in Postumiani negotio impediti locum surrogatus est, dicitque (I, 2, 7.) eum Postumianus esse *facundum et eruditum virum*, *rhetorem inter Graecos praestantem omnibus idem illa aetate professis*, *doctrinae Latiaris haud inscium*, Praetextatus (I, 6, 2.) *Graia et doctrina et facundia clarum rhetorem*, Symmachus (I, 24, 14.) *oratorum eloquentissimum*, Eustathius (VII, 9, 25.) *virum omnium disertissimum*. Ipse (VII, 10, 1.) *senectutis* ait se *ianuam iam paene pulsare*. Eius disputatio, quam dicitur habuisse de oratoria apud Virgilium arte, tota intercidisse videtur. De eius vita nihil omnino scimus. Fortasse est Eusebius Alexandrinus Rhetor, quem inter amplius sexaginta Eusebios tertio loco commemorat Fabricius l. c. t. VI. p. 105. (ed. Harl. t. VII. p. 409 sqq.), quem Baehrius (Real-Encycl. s. h. v.) dicit esse iussu imperatoris Galli occisum a. CCCLIV. p. Chr.

k. Disarius [28]) I, 7, 1. dicitur venire cum Evangelo, ubi adiicitur: *qui tunc Romae praestare videbatur ceteris medendi artem professis*; et Praetextatus VII, 4, 1: *Quin* .., inquit, *apta convivio fabulemur, nec de cibatu tantum sed et si qua de natura corporum vel alia, praesente maxime Disario nostro, cuius plurimum ad hoc genus quaestionum poterit ars et doctrina conferre*, et (VII, 4, 3): *qui, quid conveniat corporibus humanis, non minus callet quam ipsa natura fabricae huius auctor et nutrix*. Graecum fuisse Disarium indicant (VII, 5, 2.) verba: *Graecus Graeco* (Eustathius Disario) *eripiat hunc plausum*, et (ib. § 4.): *quia facilius Graecorum inventionibus a Graecis forte aliis relata respondent*. Macrobius in libro VII. eum facit pronuntiantem omnia quae ad artem medicam atque ad scientiam naturae pertinentia deprompsit e Plutarchi sermonibus convivalibus. Sed non esse personam fictam intelligitur e Symmachi libri IX. epistola 48, ubi commemoratur Disarius medicus, cuius nomen latere sub Disamo lib. III. ep. 37. suspicatur Heynius l. c. p. 7. Senectuti eum proximum esse dicit Eusebius (VII, 10, 1.).

l. Horus cum Disario et Evangelo venit (I, 7, 3.), *vir corpore atque animo iuxta validus, qui post inter pugiles palmas ad philosophiae studia migravit, sectamque Antisthenis et Cratetis atque ipsius Diogenis secutus, inter Cynicos non incelebris habebatur*, id quod etiam elucet ex (VII, 13, 17.) verbis: *Scis .. praeter hunc vestitum qui me tegit nihil me in omni censu aliud habere: unde nec servus mihi est, nec ut sit opto*. Praeterea dicitur (I, 16, 38.) *gravis vir et ornatus* et (I, 15, 4; VII, 13, 9.) *Aegypto*

---

[27]) Vid. Bruckeri Hist. crit. phil. t. II, p. 273. et Real-Encycl. d. class. Alt. Wiss. s. h. v.

[28]) An forte scribendum est *Dysarius*? Sic certe I, 7, 1. legitur in ed. Bip., neque quidquam enotatum est e cod. P. In libro VII cod. M favet scripturae *Dysarius*, quam semel exhibet cod. A.

oriundus. Macrobius eum ut Aegyptium facit quaerentem de iis rebus quae Romanis omnibus notae sint, ut (I, 7, 14 sq.) de Saturno, (I, 15, 1 sqq.) de Kalendis Nonis Idibus, denique, ut philosophum Cynicum, (VII, 13, 17.) de lavanda veste. Dicitur autem familiariter frequentare solitus esse Avienum (I, 7, 13.). Fortasse idem est atque *Orus*, *philosophus ritu atque eruditione praecipuus*, apud Symmachum lib. II. ep. 39., ubi quidem in aliis exemplaribus pro *Oro* legitur *Ere.*

m. Evangelus, ubi eius et Disarii nuntiatur adventus (I, 7, 1.), dicitur fuisse *amarulenta dicacitate et lingua proterve mordaci*, *procax et securus offensarum*, *quas sine delectu cari vel non amici in se passim verbis odia serentibus provocaret.* Solet cavillari ea quae ceteri dicunt, ut (I, 11, 1.), ubi ei respondet Praetextatus: *Superstitiosum me*, *Evangele*, .. *existimes volo*, *nisi cet.*, et I, 24, 2 sqq., ubi cum alia dicit tum haec: *nisi forte*, *ut Graeci omnia sua in inmensum tollunt*, *nos quoque etiam poetas nostros volumus philosophari*; unde apparet Macrobium voluisse eum haberi pro Romano, quum tamen nomen habeat Graecum. Quamobrem verisimile est ad εὐαγγέλιον spectantem eum hoc nomine inducere hominem Christianum suae doctrinae inimicum atque illudentem.

Restant ii e quibus alter alteri fingitur omnia haec colloquia narrans:

n. Postumianus dicitur (I, 2, §§ 1, 3, 6.) nullam fere intermittere horam, *quin clientum negotia vel defendat in foro vel domi discat*, et (I, 2, 6, et I, 6, 2) respondet Praetextato ad coenam eum invitanti: *meditandi*, *non edendi*, *sibi esse tempus*, quam ob rem Eusebius eius loco invitatus est. Praeterea nihil de eo relatum est.

o. Decius alioquin ignotus (I, 2, 3.) Albini, ut videtur Caecinae, dicitur filius.

5. Transeamus ad operis divisionem in libros.

a. Vidimus supra (§ 2.) Macrobium ipsum per tres dies colloquia ita divisisse, ut ante coenam graviora, post coenam leviora habita esse statuerit. Eiusque divisionis vestigia exstant in veteribus libris manu scriptis [29]). Singulorum dierum colloquia rursus in libros fuisse ab ipso auctore divisa non negaverim, quamvis certa eius rei non invenerim indicia [30]). Mature distinctiones in libros factas esse, sed varias, elucet e compluribus codicibus [31]): divisio in septem libros, quae nunc in omnibus editionibus

[29]) *Primus dies* commemoratur in libri I. principio in codicibus ABGP M3L1BAR.N, et in libri II. fine in codd. ABGM13P2 (in P6 legitur *primi diei et secundi*). In libri III. principio codices omnes sunt mutili: in eiusdem libri fine commemoratur *secundus dies* in codd. M13P6. In principio libri IV. codices omnes sunt mutili. In principio libri V. *tertius dies* commemoratur in solo cod. P6; sed in libri VII. fine in codd. AHM13V.

[30]) Ubi dies et libri simul commemorantur, librorum iidem inveniuntur numeri, qui nunc leguntur in editionibus. Praeter codicem P6, qui habet in fine libri II.: *primi diei et secundi liber II. explicit*, in fine libri III.: *secundi diei explicit liber III.*, et in fronte libri V.: *liber V. convivii tertii diei*, legitur tantum in principio libri I. in P: *primi diei liber I.*; et in fine libri II. in M1: *primi diei liber II. explicit.*

[31]) Praeter codicem P6, qui in librorum numeris consentit cum exemplaribus typis editis, liber VII. tantummodo commemoratur in cod. Borbonici CCCCIII, qui est chartaceus sec. XV., subscriptione: „Explicit liber septimus Macrobii Theodosii Conviviorum, finit, sed non finis est operis, ut in promptu est agnoscere volenti.“ In libris I-IV omnes codices, in quibus numerantur libri, congruunt cum editionibus praeter codicem P, qui (seculo XI., ut videtur, scriptus) habet in fine libri III.: *Explicit lib. II. Saturnaliorum. Incipit tertius de laude Virgilii.* Idem in libri VII. principio

invenitur, non nisi unius codicis manu scripti (P6) auctoritate nititur, et apparet inprimis ex illa disputationum de Virgilio habendarum enumeratione, quae legitur in libri I. capite 24, tum demum eam esse factam, cum partes eae operis, quae in omnibus et manu scriptis et typis editis exemplaribus desiderantur, iam essent perditae.

De iis autem quae deperdita sunt primus Arnoldus Vesaliensis (qui edidit Macrobium Coloniae MDXXI et MDXXVI.) nonnulla adnotavit, quae a Camerario et aliis sunt recepta. Divisionis illius per dies primus rationem habuit Ludovicus Carrio in editione ea quae solet vocari Stephaniana (Paris. MDLXXXV.), sed satis negligenter, tribuit enim primo diei librum primum, secundo librum secundum et (ex errore videtur, quia tertius dies omittitur) tertium, quarto librum quartum, quinto librum quintum, et in ultimis duobus libris nullum diem notavit. Hoc non recte factum esse vidit Io. Isaac. Pontanus, (qui Macrobium edidit Lugd. Bat. MDXCVII. et MDCXXVIII.): ideo inscriptiones quidem librorum non mutavit, nisi quod in libro V. diei significationem omisit et septimum librum inscripsit: *Conviviorum postremi diei Saturnaliorum liber septimus;* sed adnotavit ad libri II. inscriptionem: „Haec conviviorum in dies discretio Stephani solius inventum est. Secundi hic diei conventum fecit, qui revera adhuc primi est. Hoc si mihi non creditur, credatur vel exodio libri praemissi, ubi non discessus indicitur, sed ad epulas et pocula concessus. De cetero suo videbimus loco.“ Idque suo iure fecit: sed ipse non solum alium errorem admisit, sed etiam fraudem commisit, ut omnia probabili quodam modo ordinaret. Adnexuit enim ad finem libri II, ubi videas eius adnotationem, octo ultima libri III. capita, quae Anglicani codicis indicio huc esse transferenda contendit, atque ad eorum finem adnotavit: „Nec turbet quem, quod non Symmachus sequenti statim libro, sed Praetextatus eloquii partes sustineat. Fit autem id ideo, quod libri quinque reliqui unius conventus, id est secundi diei, sermo sint. Quatuor eorum, id est tertius quartus quintus et sextus, ante caenationem de Marone pertractant. Septimus tandem ipsius convivii consessum et sermonem continet, atque ibi Symmachus dicendi vices, quas hic epularis et varius ad eum sermo perduxerat, assumit. Hoc annotandum censui, quia non satis haec hactenus, immo omnino non spectata sunt.“ Quum semel colloquia secundo die post coenam habita in primum essent translata, sane duo tantum dies confici poterant. Sed Pontanus ipse vidit tres, non duo, Saturnaliorum dies esse computandos, vidit non pauca deesse, neque tamen operis totius consilium perspexit, aut eorum rationem habuit, quae de eo Macrobius ipse inseruit libri primi capiti ultimo: itaque rem levissimo, ne dicam impudentissimo, modo, sic instituit, ut vulnera inflicta temporis invidia tertio libro in principio et (demptis octo illis capitibus), in fine, quarto libro in principio, sexto in fine, non sanaret (id enim fieri non potuit), sed obtegeret foedis quibusdam lacinulis ex illo codice Cantabrigiensi, ut ait, petitis, et studeret probare Macrobium scripsisse octavum librum nunc deperditum, qui continuisset tertii diei colloquia. Idque, cum vidisset nusquam legi Flaviani disputationem de Virgilii scientia iuris auguralis, fecit

---

habet: *Incipit liber IIII. de diversis quaestionibus*, in fine nulla est subscriptio. Habes ergo distributionem in libros IV. Alia distributio in libros V legitur in codicibus M2 et P7 seculo XV. scriptis. In his enim libri IV. V. VI. efficiunt unum librum IV., et liber VII. dicitur esse liber V. et ultimus.

ita, ut supplementum, quod de codice manu scripto se proferre simulavit, finiret his verbis: *His a Servio peroratis statuerunt in crastino Flavianum audire, quoniam Maro in augurali iure refulsit*, atque inter alia, quibus vel sua ipsius verba emendavit, pro *quoniam* flagitans *quo etiam*, adnotavit haec: „Sed an haec a Flaviano dissertata, nequeo dicere. Si tamen, necessario post septimum novus huic sermoni liber tributus fuerit, isque tertii diei conventum fecerit. Nam, ut docui sub finem secundi, tertius liber et subsequi quatuor secundi solius diei conventus sunt. Octavus itaque Macrobii liber exstiterit, id est tertii diei nova confabulatio, quomodo et dies tres legitimi Saturnales," eiusque octavi libri reliquias dixit esse videri in Ioh. Sarisberiensis Policrat. libri primi postremis duobus capitibus, et quibusdam secundi.

b. Hanc Pontani rationem veram esse non posse demonstrare conatus sum [32]) ante quam inspexeram codicem Centabrigiensem, cuius auctoritate niti ea quae novavisset ille simulavit: quaeque tunc protuli argumenta, ut quae etiamnunc valeant, breviter hic repetam.

Atque primum, si octo extrema libri III. capita, ut vult Pontanus, transferuntur in librum II., complures exoriuntur difficultates, quae nisi ordine codicum manu scriptorum restituto solvi non possunt.

α. Apud Pontanum primo die bis (II, 8, 1. et II, 14, 1.) dicuntur inferri mensae secundae: secundum ordinem librorum manu scriptorum alterum (II, 8, 1.) pertinet ad diem primum, alterum (III, 18, 1.) ad diem secundum.

β. Convivii secundi diei, si respicimus supplementum Pontani in libri III. principio, tria commemorantur loca. Ante coenam (I, 24, 22.) Flavianus omnes qui adsunt invitat, ut sequenti diei domum suam conveniant, omnesque assentiuntur: post coenam (Pont. II, 16, 8.) Praetextatus: *hora*, inquit, *nos quietis admonet, ut exorto iubare eloquio Symmachi domi suae fruamur:* et supplementum Pontani in libri III. principio incipit a verbis: *Congregatis in tempore constituto in domo Vettii qui venire debuerant*. Sic scripsit Pontanus, quod putaret omnes disputationes habitas esse in domo Praetextati, cuius quidem rei in adnotatione ad illud: *ut eloquio Symmachi domi suae fruamur*, ubi perperam *domi suae* vult mutari in *domisve*, nullum aliud affert argumentum nisi hoc ipsum supplementum. Neque vero vidit antecedentia: *Vellem Servium nostrum diutius audire: sed hora nos quietis admonet*, Vettium apud alium quidem dicere potuisse, sed non domi suae, ut quasi exturbaret convivas: et omnino neglexit homo levissimus Flaviani illam invitationem, et ea quae leguntur in libro I, cap. 1, § 1.: *convivia sibi mutua comitate praebentes*, et cap. 2, § 5.: *quod* (convivium) *doctissimis procerum ceterisque nuper apud Vettium Praetextatum fuit, et discurrens post inter reliquos grata vicissitudo variavit.* Quid mirum, si non animadvertit tertio die apud Symmachum habita esse colloquia vel inde colligi posse, quod (V, 3, § 17.) Symmachi famulus ex eius bibliotheca Eustathio afferat Virgilii carminum exemplar? At libros manu scriptos si sequimur, omnia bene se habent. Primo die in Vettii domo Flavianus in posterum diem ad se omnes invitat, secundo die (ubi Symmachi ipsius invitatio ante coenam facta videtur intercidisse) Vettius ceteros admonet, ut discedant et tertio die conveniant ad Symmachum,

[32]) Cf. Über die ursprüngliche Gestalt der Saturnalien des Macrobius. Münchner Gelehrte Anzeigen 1844. N. 172-175.

in cuius domo Eustathius illam habet disputationem ad quam ei opus est exemplar carminum Virgilii.

γ. In fine libri I. (c. 24. §§ 21 et 24.) Praetextatus dicit die secundo primum disputandi locum tribuendum esse Eustathio, secundum Flaviano, deinde se velle habere disputationem a se exspectatam. Apud Pontanum omnia turbantur. In fine colloquiorum primo die inter pocula habitorum (II, 16, 8.) dicitur Symmachus primus audiendus esse die secundo, id quod non congruit cum iis quae modo commemoravimus; sed primus orator libri III., i. e. e Pontani sententia primus diei secundi, est Vettius, non Symmachus. In libris manu scriptis desunt quidem disputationes Eustathii et Flaviani, sed suo loco legitur disputatio Vettii, et in fine eius diei quo ea habita est (III, 20, 8.) Symmachi disputatio denuntiatur tertio die habenda, cuius aliqua pars nobis videtur esse servata in libro quarto.

c. Sed supplementa illa Pontani nihil esse nisi pannos assutos, quibus tegeret scissuras, ex ipsis facile probatur.

α. In supplemento quod est in libri III. principio modo demonstravimus locum conventus non recte esse indicatum: nam Flavianum, non Vettium, ceteros in diem secundum ad se invitasse. Deinde ea quae dicit Evangelus verbo tenus desumpta sunt e libro I. (c. 24, § 14.), qui non est eius mos apud Macrobium: neque eius mordacitas sic, ut aliis locis, exprimitur verbis: *Nunc igitur comple promissum, vel sermonem a memoria tua credam cessisse vel potius praesulem nostrum Virgilium pontificem ignorasse.* Magis etiam offendit *Praetextatus decenti rubore perfusus:* tribuitur enim verecundia alias Servio quidem adolescenti (II, 2, 12; VII, 11, 1.) et Avieno (VI, 7, 1.), nusquam vero Praetextato, cuius alias (I, 5, 4.) moralis praedicatur gravitas. Neque commode hoc supplementum iis quae sequuntur adnectitur his verbis: *Et hoc Virgilius prius plane demonstrat, quum Aeneam Pontificem introducit patri suo sic loquentem*, eiectis iis quae leguntur in codd. mss.: *violatum cum se nosset multa caede pollutum*, quae ita fere videntur esse supplenda: *Neque hoc ab eo attrectatis Penatibus est violatum*, etc. Praeterea in verbis ipsis sunt nonnulla quae minime conveniant cum Macrobii more dicendi, ut: *ante coenandum coepit Evangelus Vettium taliter compellare*, et *Hoc autem reputo principaliter praemittendum.* Denique, si ad totius operis dispositionem lib. I, c. 24, § 16 sqq. prolatam respexeris, intelliges pauca haec verba esse inserta pro duabus disputationibus Eustathii et Flaviani et parte quadam disputationis Vettii.

β. Apertior est fraus in fine libri III., quem Pontanus, ut supra diximus, statuit terminari duodecimo capite. Ad interrogationes Evangeli Praetextato erat respondendum, sed in hoc supplemento afferuntur verba quaedam e commentariis Servianis desumpta, quae pertinent quidem ad hunc Virgilii locum (Aen. IV, 58.), sed maxima ex parte nihil faciunt ad interrogationem Evangeli, et in fine omnino carent sensu. Nam quid volunt verba: *Et sic Iunonem conciliavit noster Servius?* Apud Servium legitur: *Et sic Iunonem conciliat* (sc. Aeneas). Denique ineptissima ratione hoc supplementum antecedentibus adnectitur his verbis: *Tunc Servius respondere rogatus ait.* Aliter Macrobius (I, 4, 4.): *Ad haec cum Caecina renidens taceret, et Servius a Symmacho rogatus esset, quidnam de his existimaret: Licet, inquit*, cet. et (VI, 6, 1.): *Sed nunc dicat volo Servius, quae in Virgilio notaverit*, et infra: *Placuit universis electio in reliqua suffecti, et adhortati sunt Servium, ut quae in se refusa sunt annotaret. - Ille sic incipit.* Nec minus insipida est clausula: *Cum autem his dictis omnes applausis-*

sent, *placuit eis audire Eusebium*, *quo noster Virgilius tamquam rhetor effulsit:* nam non liquet, quo referatur illud *quo*, et quid velit tempus perfectum de disputatione non habita sed habenda. Simili clausula ornatum videmus supplementum extremo libro sexto additum, ad cuius exemplum Pontanus hoc videtur fecisse; ibi enim Macrobius ipse eum adduxit ad Servium. Ceterum cum hac clausula conferas Pontani verba in epistola editioni II. praemissa: *Maecenas orbi arcto iam dudum effulsisti.*

γ) Quae in libris manu scriptis leguntur in principio libri IV., ea pertinent ad eum animi affectum, quo ita homo percellatur, ut vel corpus rigescat. At Pontani supplementum nihil eiusmodi continet: sed sese applicat Virgilii loco qui primus affertur in codicibus (Aen. VI, 470.), et praemissa vaga sententia: *Rhetores omnes orationibus patheticis studere palam est*, *quales multas non erit difficile in Virgilio reperire*, addit: *Nam Aeneam apud inferos Didoni fugienti loquentem inducit*, cum versibus et versuum partibus, quales Macrobius nusquam solet afferre, ex eodem illo loco (Aen. VI, 460-465.) desumptis, sed cum iis quae in codicibus mss. leguntur non nisi loco cohaerentibus. Atque haec inducuntur verbis: *Tunc Eusebius taliter exorsus est*, in quibus et nomen *Eusebius* in dubium vocandum est, quum haec disputatio Symmachi potius esse videatur, et adverbium *taliter* notandum, quod apud Macrobium, licet saepius legatur *qualiter* [32]), nusquam invenitur, sed legitur etiam in supplemento Pontani in libri III. principio.

Hic liber quin in fine quoque mutilus sit, quum vel tota disputatio Eusebii cum parte quadam disputationis Symmachi vel certe pars illius desideretur, dubium non est; sed Pontanus nihil affinxit.

δ. In fine libri VI. vidit Pontanus requiri Servii responsum, quum Avienus interrogasset, casune an industria Virgilius (Aen. II, 112.) dixisset trabes equi Troiani fuisse acernas. Sed apud Servium ad hunc locum nihil invenit adnotatum quo uti posset, idcirco refugit ad alium locum (ad II, 16.), atque ex iis quae ibi invenit non ea tantum recepit quae ad Avieni interrogationem pertinerent: „*Acer autem est in tutela Stuporis et viso equo stupuere Troiani*,“ sed etiam ea quae ad abietem et pinum, de quibus apud Macrobium non est sermo. Addita est deinde, ut iam diximus, clausula similis atque in libro III.: *His a Servio peroratis statuerunt in crastino Flavianum audire*, *quoniam* (pro qua particula in notis proponitur *quo etiam*) *Maro in augurali iure refulsit*, qua probabilis redderetur opinio ista de Saturnaliorum libro octavo, quam explodendam esse supra demonstravimus. Quod praeterea exspectes, ut verbis nonnullis indicetur ad coenam eos ivisse, id neglexit interpolator.

d. Interpolata haec esse ac non ab ipso Macrobio profecta, vel si legerentur in codice aliquo manu scripto, neque probandam esse illam transpositionem octo capitum a tertio libro in secundum, id satis, opinor, apparet ex iis quae modo disserui, ut mirum sane sit, per duo secula et dimidium neminem extitisse qui contradiceret: at Pontani, qui haec „de scripto“ se proferre iterum atque iterum affirmavit, in hac re non credulitas est deridenda, sed redarguendum mendacium.

Nec temere hoc dico. Namque habui in manibus Cantabrigia ad missum eximia cum liberalitate a **Francisco Romilly** V. Cl. bibliothecae

---

[32]) Sat. I, 24, 5. legitur *ita* .. *qualiter*; V, 1, 19. *qualiter* .. *sic*; Comm. II, 17, 1. *qualiter* tantum.

Cantabrigiensis praefecto eundem illum codicem manu scriptum e quo haec se petivisse iste simulavit; et vidi meis oculis nihil eum continere amplius quam ceteros codices, nihil ordine alio. Neve putes esse vel fuisse plures Cantabrigiae codices Macrobii, aliumque fuisse eum quo uteretur Pontanus, leguntur in primo eius folio haec verba: „*Contulit hunc codicem Io. Isaacius Pontanus*“ [34]); et ex ipso codice potest probari hunc esse quem ad Macrobium emendandum ille adhibuerit. Nam quae aliis locis ex „scripto“ vel „Anglicano“ vel „Cantabrigiensi“ affert, ea in hoc codice inveniuntur pleraque, et in iis sunt nonnulla quae huius codicis sint propria [35]). Quae autem ut e suo codice Pontanus retulit discrepantia ab iis quae leguntur in hoc Cantabrigiensi, ea aut eiusmodi sunt, ut ille codicis scripturam videatur minus accurate enotavisse [36]), aut eiusmodi, ut ipse ea finxisse videatur, ut aut fidem faceret iis quae pro veris vellet haberi, aut sibi pararet occasionem proferendi adnotationem quandam [37]),

---

[34]) Alius quis subscripserat nonnulla, quibus aut fecisse aut abrogasse videtur fidem Pontano, nunc vero ita deleta, ut nonnisi abrupta quaedam legi possint verba: „Optime . . . a Pontano . . . saepe laudatus . . . semper optima fide . . . ab illo . . . ex collatione patet.“

[35]) Cf. I, 4, 17. *autem averbiose Avieno*, ubi Pontanus una litera mutata affert *a verbi ore*; I, 10, 18. *comitabantur*; I, 12, 3. (cum edd. vett.) *quia annus*; I, 24, 11. om. *vitio*; III, 3, 1. (add. in marg.) *quid prophanum* (sic); III, 14, 7. *sabuca*; IV, 3. 4. *iuvenali*; VI, 1, 2. *levaverit*; VII, 10, 9. (a sec. m.) *viscositas*; VII, 13, 14. *anuli otiocitas*.

[36]) Cf. I, 11, 5, ubi Pontanus affert: Vetus: *instauratius*, sed in A legitur *insthuratitius*; I, 12, 1. Pontanus: *contexuit*, A: *contexit*; I, 21, 15. Pontanus: *angusta*, A: *angustaque*; I, 24, 12. Pontanus: *exterrentur*, nisi fuerit *externantur*, A: *exterterentur*; ib. §. 15. Pontanus: *audienti non invidit*, A: *audiendi non vidit* (sup. add. *in*); II, 1, 10. Pontanus: *et* (om. *iam*), A: *etiam*; II, 4, 12. Pontanus: In Anglicano nostro et vet. vulg. constanter remanet *metuelle*; A: *metulle*; II, 6, 5. Pontanus: *Quid? ego una manu ludam*, A: *Quid ego, inquit, una manu ludo*; III, 2, 3. Pontanus: *distanto*, A: *dis tanto*; III, 13, 4. Pontanus: *gerebat*, A: *querebat*; III, 14, 6. Pontanus: *studiosas*, A: *studiosa*; IV, 5, 11. Pontanus: *fame*, A: *fama*; VII, 5, 22. Pontanus: *perpetuae edacitatis*, A: *perpetuo eum edacitati*; VII, 15, 10. Pontanus: *polenta*, A: *potulenta*; VII, 16, 21. Pontanus: Scriptus videbatur referre [*Qui*] *nitro*, A: *Quitro*.

[37]) I, 7, 20. in cod. A legitur *divinitatis*, Pontanus adnotavit: „Videbatur referre Anglicanus ille vetus *divitiarum*. Quod quaeramus.“ — ib. § 25. A: *stercutum*, Pontanus: „Scriptus *stergutius*, quod valet *stercutius*. Solemnis enim veteribus commutatio fuit literarum G. C.“ etc. — I, 17, 29. A: *ut . . . hisce hostiis sacrum facerent apollini*, Pontanus: „Scripto aberat *sacrum*. Benissime (sic etiam ad VII, 9, 1.). Notum hoc Maronis: *Cum faciam vitula*. Et mirum quam affectet eius ubique dictionem Macrobius.“ — I, 23, 2. A: *cui unda oceani velut dapes praebet*, Pontanus: „Anglicanus *cui undam oceani*. Sed hac lectione oratio vix stat, nec vulgata sententia. Non ambigo, quin scripserit longaevus: *cui undam oceanus*.“ — I, 24, 20. A: *ut litteratorum omnium longe maximus palam faciat*, Pontanus: „In Scripto tamen erat: *longius maxime palam faciat*. Ambigo, an fuerit *linguis maxime*.“ — II, 2, 1. A: *aspicit*, Pontanus: „Scriptus *inspicit*. Gloss. inspicit, ἐπιβλέπει.“ cet. — ib. § 4. A: *igne consumeretur*, Pontanus: „Idem Scriptus *combureretur*. Quae vox in re simili apud Festum: *Culina vocatur locus in quo epulae in funere comburantur*.“ — II, 4, 30. A: *Satis domi salutatorum talium habeo*, Pontanus: „Aberat a Scripto *habeo*. Nec male. Commendat enim dicteria arguta illa brevitas.“ — III, 1, 6. A: *instituit*, Pontanus: „Erat in calamo exarato: *inferis statuit*. Et ea vox propria sacrorum est“ cet. — III, 7, 2. A: *Tarquitii*, Pontanus: „In veteri recte *Tarquinii*. Quo et illa Lactantii spectaverint,“ cet. — III, 18 (II, 14), 6. A: *in proclivi*, Pontanus: „Cantabrigiensis scriptus: *in prolivis*. Divinabam: *in proluviis*, Laberius“ cet. — IV, 2, 9. A: *hac frequentibus*, Pontanus:

id quod non est mirum in eo homine qui vel adnotationem criticam adiecerit supplementis a se affictis, qua quidem re fraudi suae addidit cumulum, ita autem eam occuluit, ut ne suspicionem quidem adhuc moverit cuiquam. [38])

Est ergo vera Saturnaliorum forma, quantum quidem eorum nobis relictum est, ea quam omnium codicum auctoritate firmatum exhibent exemplaria ante Pontanum edita; multo autem plura desiderantur quam Pontanus, quum tanta cum levitate suppleret amissa, videtur existimasse.

IV. Num quid praeter ea opera de quibus disputavimus scripserit Macrobius, ignoramus. Nam quae in codicum mss. catalogis memorantur inedita opera Macrobii, ea aut sunt desumpta e Commentariis in Somnium Scipionis, aut non recte videntur ei adscribi.

In Fabricii Bibliotheca Latina (vol. III. p. 186. ed. Ernest.) leguntur haecce: „In Colomesii catalogo Mstorum Is. Vossii inter codices Latinos num. 30. occurrit fragmentum e *Macrobii libris de differentia stellarum et de magnitudine solis*, et num. 48. *Sphaera Macrobii*, denique n. 91. *Macrobius de palliis quae sunt lapidum nomina.* Videndum, sintne hac laciniae e Commentariis in Somnium Scipionis petitae.“ Hoc Fabricii iudicium sine dubio verum est de duobus prioribus illis libellis, qui deprompti esse videntur e Commentar. lib. I, cap. 14. § 21 sqq. et cap. 20. § 9 sqq. [39]): de tertio non item. Ut primum illum titulum legi, mihi in mentem venit libellus qui ab Harduino in adnotationibus ad Plinii Naturalem Historiam saepe memoratur, isque inscribitur: *Marbodeus de lapidibus pretiosis en-*

„Absque libro fuisset non offendissem. Sed erat in illo *procedentibus.* Festus: *procedere dicebant pro succedere.*“ — IV, 6, 14. A: *versat*, Pontanus: „Immensum melius Anglicanus noster: *Suo se in sanguine mersat.*“ — V, 1, 3. A: *remittas*, Pontanus: „Scriptura fere referebat: *et profundam rem mittas volo* ... Scripserit itaque Macrobius: *necessitatem alteram et profundam rem mittas volo.*“ — V, 3, 16. A: *certare*, Pontanus: „Scriptus, *clarere praeter Herculem*, non absone, nam ut verba Firmiani sunt: *Hercules ob virtutem clarissimus.* — VII, 12, 24. A: *nivium*, Pontanus: „*Nubium* scripta lectio, et videatur ita nivem rigide convolutam proprie appellasse.“ cett. — Memorat etiam codicem suum Anglicanum Pontanus in locis qui omnino non leguntur in A; sed haec quoque ficta, non ex alio codice desumpta esse videntur: III, 18 (II, 14), 13: „Magis arridet Anglicani scriptura: *primo inde reventu*,“ et „Vetus idem veteri forma *deseruere*,“ et ib. § 14. „Anglicanus noster non esse referebat, sed *eicere*, ut manifesto fuisse credam: *Qui e nuce nucleum icere vult, frangat nucem*“; III, 19 (II, 15), 4.: „Praefero scriptionem Anglicani: *Alia interim procreantur*,“ cet.

[38]) Fortasse quis putaverit Scaligerum iuniorem codicem Cantabrigiensem a meo A diversum vidisse, quo usus esset Pontanus, quum „ex eius chirographo in edit. Gronovianae exemplari illo, de quo vid. cap. VI, c, 4., excerpta legantur quaedam, in quibus omnia illa quae supplevit Pontanus dicantur legi in cod. Cantabrigiensi. Sed dubitandum non est, quin Ios. Scaliger, cuius epigramma „in Aur. Macrobium a Ioh. Isacio Pontano restitutum“ legitur in utraque Pontani editione, ex hoc ipso petiverit quae ibi scripserit de codice Cantabrigiensi.

[39]) Conf. Cap. V, I, b, 2, inscriptiones codicis C. Vide ne eadem atque ille contineat hic codex. Similia sed minus ampla excerpta leguntur in cod. Bambergensi H. I. IV, 22. (in catal. Iaeckii 874.) membran. sec. XI. fol. XXVI-XXVIII. et in cod. Vindobonensi 51, U. 38 (in catal. Steph. Endlicheri CCCLXIX) inter varia geometrica quae leguntur foliis CXXXVI-CXLV, num. XXXI et XXXII. Haec continent Comment. lib. I, cap. 20, § 14. et quae sequuntur usque ad (§ 32.) verba: *terra esse maiorem*, praemissa inscriptione: *Ambrosii Macrobii Theodosii de mensura et magnitudine terrae et circuli per quem solis iter est*, et, ubi incipit § 25., adiecta alia: *Item eiusdem de mensura et magnitudine solis.*

chiridion. Hunc suspicabar titulo paululum mutato tributum esse Macrobio. Quam suspicionem postea vidi confirmatam verbis Is. Pontani in extremo auctario notarum ad Macrobium (ed. II. p. 746.): „In limine operis inter testimonia de Macrobio eiusque scriptis habes ex Isidori glossis: *Vascillum, parvum vas. Macrobius: Solvens radiis in aqua subiecta vascillo.* Sed monuit me amicus meus P. Scriverius locum hunc glosseographi corruptum esse, legendumque non *Macrobius* sed *Marbotus* sive *Marbodus* aut *Marbodaeus* denique, qui de gemmis scripsit carmine. Auctor sane non contemnendus a Iano Cornario celeberrimi nominis medico supposititio scriptori de herbis additus, *Macri* titulum praeferens. Quamquam is censeat esse incerti auctoris, notetque exemplaria quaedam habere *Merboldi episcopi*. Sed sub *Marbodei Galli* nomine publicavit Pictorius quidam et scholiis illustravit. Legitur autem locus quem designat auctor glossarum cap. XXVIII. de Heliotropia:

Ex re nomen habens, inquit, *est Heliotropia gemma*,
Quod solis radiis in aquae subiecta vatillo
Sanguineum reddat mutato lumine solem.

Quomodo igitur corrigendus sit Isidorus, vel quisquis alius, vides." Quae Ernestius adiecit: „Trotula, *Macrobius* et Gilbertinus de secretis mulierum mss. exstiterunt Norimbergae apud D. Gotfredum Thomasium", haec forsitan quis retulerit ad Comm. I, 6, 64, Sat. II, 5, 9, VII, 6, 16. usque ad cap. 7. § 18.: at verisimilius est hic quoque Macrobii nomen ex errore esse illatum: Alberti Magni libellus *de secretis mulierum et de virtutibus herbarum, lapidum, animalium* editus est Argentorati a. MDCI.

Quae Mahul l. c. p. 8 dicit commemorari in Bernardi Montefalconii Bibliotheca bibliothecarum: p. 41.: *Macrobius de lunae cursu per signum tonitruale* (ex bibl. reginae Sueciae in Vaticano num. 1259.) et p. 81.: *Macrobius de cursu lunae et tonitru* (ex bibl. Alexandri Petavii in Vatic. num. 557 et 108.), ea supposita esse putaverim. Neque magis exstitisse crediderim Macrobii libros mathematicos, quamquam Montefalconius l. c. vol. II. p. 1399, E. in bibliotheca regia Taurinensi servari dicat codicem qui inscriptus sit: *Le matematiche di Macrobio tradotte da incerto colla posizione* [coll' esposizione?] *per il loro uso.* Namque videtur qui hunc librum scripsit vertisse atque explicasse quae Macrobius Comm. I, 5, 6 sqq. docet de corporibus mathematicis, vel quae I, 20, 8 sqq. de solis et lunae magnitudine, vel similia.

CAPUT TERTIUM.

DE SERMONE ET ORTHOGRAPHIA MACROBII.

I. Compositione supra Saturnaliorum illustrata vidimus id egisse Macrobium, ut non rudem indigestamque molem congereret, sed omnia tam sua quam ab aliis scriptoribus petita redigeret in corpus quoddam, quod, etiam si multum abhorreret a praeclaris illis Graecorum et aureae argenteaeque aetatis Romanorum libris, aliquam tamen eorum servaret similitudinem. Idem fere dicendum est de eius sermone. Communi temporis labe eum affectum esse nemo negaverit: sed tamen apparet studium prisca illa

exemplaria imitandi. Deest vigor et nativus color sermonis Latini, non deest autem castigate scribendi voluptas. Quamobrem non invenies apud Macrobium petulantiam, ut ita dicam, atque procacitatem Apuleii in novandis verbis eorumque structuris, licet multae tibi apud eum occurrant voces quas frustra quaesiveris apud superioris aetatis scriptores, nec raro forsitan te offendat affectatio quaedam, cuius exemplum luculentum est in primi Saturnaliorum libri fine, ubi Flavianus ceteros invitat his verbis: *Ex placito iam vos lege convenio, ut sequenti die Penates mei beari se tanti coetus hospitio glorientur.*

1. Ad artem grammaticam si spectamus, in declinatione et nominum et verborum nihil fere singulare est memorandum nisi inconstantia generis nonnullorum nominum in numero plurali, ut modo *stadia* dicitur modo *stadii* (vid. not. ad Comm. I, 15, 18.), modo *ioci* modo *ioca* (vid. not. ad Sat. II, 3, 1.), quibus addas *cinguli* (vid. not. ad II, 5, 11.), nam quod infinitivum futuri activi non *scripturum esse* dicit Macrobius, sed *scriptum ire*, id ei commune est cum ceteris veteribus grammaticis (vid. not. ad lib. de diss. et soc. Gr. Lat.que verbi c. 19. § 23.). Sed plura vel minus usitata vel nova admisit in syntaxi, quae quidem maximam partem sunt eiusmodi, ut e Graeca quidem lingua fluxisse videantur, sed tam in eum cadant qui Graecam linguam ante Latinam didicerit, quam in eum cuius patrius sermo fuerit Graecus: Genitivum casum liberius iungit cum adiectivorum vel pronominum genere neutro. Cf. Comm. I, 2, 9. *caerimoniarum sacra*, I, 20, 5. *directi cursus consueta*, Sat. VII, 12, 32. *plurimum fluviorum*, ib. § 33. *plurimum aquarum talium*, ib. § 38. *omne dulcium:* dativum saepius iungit cum verbo *curandi:* accusativum Graecorum more cum verbis passivis, ut *exui* et *indui* (vid. not. ad Comm. I, 13, 6.) et *quati* (Sat. VII, 6, 9.), et cum participiis et adiectivis, ut Sat. V, 9, 12. *comam scissa* et VII, 10, 6. *capillos crispi*. In praepositionum usu notandus est accusativus pro ablativo iunctus cum praepositione *in* (vid. not. ad Sat. I, 7, 23.), ne commemorem praepositionem *apud* iunctam cum urbium nominibus Sat. I, 20, 6 et 7. et VII, 1, 17. Pronominis reflexivi usus singularis invenitur Comm. I, 6, 73., ubi legitur *se fortior* pro *fortior quam illa aetate est*, qui usus etiam e Graeco sermone translatus est; cf. Platon. de rep. III, p. 411, C. ἀνδρειότερος γίγνεται αὐτὸς ἑαυτοῦ. Praeterea eiusdem pronominis casus genitivus saepe ponitur pro pronomine possessivo, vel ubi nullum ponendum erat pronomen, ut Comm. II, 4, 13. *propter nimiam sui difficultatem*, Sat. VII, 12, 27. *tenuitatem sui amisit*, et ib. § 30. *amaritudine sui.* Contra pronomen possessivum ponitur pro reflexivo Sat. I, 12, 24. *patris in amorem suum lapsi*, et pro *eius* vel *eorum*, II, 4, 2.: *interrogabat eum, quid ageret Aiax suus*, et III, 20, 8. *ut .. eloquio Symmachi domi suae fruamur*, VII, 7, 12. *facit hoc suum frigus*. Pronomen relativum, ubi ad duo substantiva pertinet, modo congruit cum eo quod est in eodem inciso, modo cum antecedente, sine ullo quod sciam discrimine. Exempla vide in nota ad Comm. I, 20, 8. Bis adnotavi laxiorem illam structuram: Sat. VII, 3, 12. *de quo curaverat quod eum parsurus esset*, et ib. 13, 8. *de quo dubitabam, fabulamne .... vocarem.* Singularis quaedam aliquoties invenitur brachylogia, ut e praecedente accusativo pronominis relativi intelligendus sit eiusdem pronominis nominativus, ut Comm. I, 6, 77. *quod veteres hiram vocarunt, habeturque praecipuum intestinorum*, (cf. Com. I, 10, 13; Sat. I, 15, 16.). In verbis liberiorem deprehendes infinitivi et gerundii usum. Namque infinitivus velut nomen verbale iungitur et cum genitivo subiecti et

cum pronomine possessivo (vid. not. ad Comm. I, 17, 10.), et ponitur (pro gerundio cum praepositione *ad*) coniunctus cum verbo *sufficiendi* (Comm. I, 18, 19; II, 7, 13.). Verbum *faciendi*, ubi significat id quod in carminibus suis instituerunt poetae, semel quidem Sat. VII, 13, 25. iungitur cum participio: *facit enim Nausicaam ... abluentem vestes*, sed aliis locis non tantum cum infinitivo passivi, ut Sat. VII, 2, 14. *Homerus quandam congeriem simul interrogationum Nestori facit offerri*, sed etiam cum infinitivo activi, V, 11, 29. *Virgiliana* (descriptio) *Bitian et Pandarum portam ultro recludere facit*; et ubi idem est quod *efficere ut*, iungitur (praeeunte Cicerone Brut. 38. § 142.) cum infinitivis activi et passivi, cuius rei exempla vid. in not. ad Comm. II, 5, 19; quibus addas: Sat. II, 1, 1. *ubi modestus edendi modus cessare fecit castimoniam ferculorum*; V, 16, 12. *et faciat velut aliud videri*. Praeterea e poetarum more iungitur infinitivus cum *dandi* verbo (vid. not. ad Comm. I, 6, 3., ubi addendum est: II, 10, 11. *intellegi dedit*): et cum verbo substantivo, ubi quidem idem significat ac Graecum ἔνεστι, ut Sat. V, 18, 15. *mirari est*, et VII, 7, 14. *Erat videris* et cum aliis verbis, ut Com. II, 14, 15. *laborat ostendere*. Adde quod perfectum tempus sequitur infinitivus perfecti in aoristi modum positus, Sat. I, 12, 29. *coëgit nos ... protulisse*. Gerundium saepe poni casu ablativo, ubi alius scriptor posuisset participium praesentis, docui exemplis allatis ad Comm. I, 9, 5: quibus addas Sat. II, 3, 9. *ut trahendo laciniam velut mollis incederet*, et 4, 31. *Hic legendo laudare*: magis etiam te offendat idem gerundii casus iunctus cum adiectivo *contentus*, cf. Sat. I, 12, 2. *ut contentus sim referendo*, et cum *pergendi* verbo: Sat. VII, 9, 14. *quantus extra carnem crescendo pergit*: plenus autem soloecismus est gerundium instar infinitivi cum accusativo subiecti coniunctum, Sat. I, 8, 8. *finis factus est procedendi de caelo semina*. Pro archaismo habendum est gerundivum vel participium futuri passivi, quod dicunt, ut Graecum adiectivum verbale cum accusativo obiecti coniunctum, Sat. I, 12, 15. *cuius rei causam ... praetereundum est*, et III, 6, 1. *Mirandum est ... doctrinam*. Vim medii habere videtur haec verbi forma Comm. II, 15, 1. *Contra has ... argumentationes accingendum est* (ubi vid. not.): pro vero participio futuri passivi usurpatur Sat. I, 10, 13. *ne commodum primae occasionis, cum se domum reciperet, offerendae aspernaretur*. Constructio accusativi cum infinitivo iusto rarius invenitur. Namque non tantum Graecorum more, ubi subiectum non mutatur, omittitur accusativus pronominis, ut Sat. I, 11, 48. *quos paulo ante memini retulisse* (cf. VII, 6, 15. et 13, 11.), quod quidem vel Ciceronis auctoritate potest defendi, sed etiam, quod est vitium commune illius aetatis, natum, ut videtur, e Graecorum usu particularum ὅτι et ὡς, pro hac constructione ponitur modo *quod*, tam cum indicativo quam cum coniunctivo, (vid. not. ad Comm. I, 13, 18.), modo *quia* (vid. not. ad I, 6, 62.), modo *ut* (post verbum *probandi* addito pronomine Sat. III, 4, 3. et VII, 12, 37., et post verbum *iubendi* Comm. II, 1, 10, (*ne*) Sat. I, 12, 28., quum verbum *imperandi* iungatur accusativo cum infinitivo Comm. I, 6, 64 et II, 1, 11.). Verbum *opinandi* iungitur cum simplici accusativo Comm. II, 10, 6. Sed accusativus cum infinitivo ponitur post *non dubito* (vid. not. ad Comm. I, 6, 43. et ad Sat. I, 2, 18.), et post ea verba quae secum habere solent nominativum cum infinitivo, de qua re vid. not. ad Comm. I, 13, 16., ubi delendum est exemplum II, 14, 12. *te haec dicendum est ab alio moveri*, quod tantummodo collocatione verborum offendit. Quis enim magis probaverit id quod legitur *de diff.* et

soc. Gr. Lat.q. verbi 16, 4. *similia* .. *non ad imperativum modum pertinere dicenda sunt?* quamquam *putanda sunt* minime esset reprehendendum. Semel (Comm. II, 15, 18.) una et altera structura mixta esse videtur, ubi legitur: *videtur mihi vir tantus nihil ignorare potuisse, sed ... coniventem sibi operam sponte lusisse.* *Fas est* ut *licet* construitur de diff. c. 15. § 16. *cum nec finali esse ... fas erat.* Pro coniunctivo saepe ponitur indicativus modus, ut in interrogationibus indirectis, in quibus pro *num* vel *ne* saepe legitur *si*, ad exprimendum Graecum *εἰ*, vid. nott. ad Comm. I, 5, 1; I, 17, 7; II, 16, 26; semel (Sat. VII, 14, 8.) *an ... an;* post particulam *quum* Sat. I, 4, 16. et VII, 3, 14. ex omnium fere codicum auctoritate, post *dum* antecedente coniunctivo Sat. VI, 8, 10. Contra eandem particulam, ubi flagitatur indicativus, sequitur coniunctivus Comm. I, 16, 7. Ceterum pro particula *dum*, ubi idem valet ac nostrum bis, aliquando legitur *quamdiu*, tam cum coniunctivo quam cum indicativo, (vid. not. ad Comm. I, 18, 11.). Praeterea aliquoties legitur *ne* pro *ut non* (vid. not. ad Comm. I, 17, 8.), et semel *quatinus* pro *quoniam*, Sat. I, 4, 8., haud raro *nec* pro *ne quidem*, ut Sat. I, 10, 5; I, 12, 24; I, 15, 3., et *necdum* saepe pro *nondum*, ut Comm. II, 11, 17; Sat. VII, 7, 16; 16, 3 et 13. Confunduntur etiam particulae disiunctivae, ut legatur Sat. I, 6, 2., *vel — ve — seu*, et § 3. *vel — seu:* nec raro iungitur *seu — seu* cum coniunctivo, ut Comm. II, 16, 24. Multa enuntiata incipiunt a vocula *ecce*, in quibus inest nihil inopinati (ut Comm. II, 7, 7; Sat. I, 4, 13 et 22; V, 1, 4.). Denique notandae sunt structurae quaedam e Graeco sermone petitae, ut, *si volentibus vobis erit* (vid. not. ad Sat. I, 7, 2.), et *hunc locum qui sit designans*, Comm. I, 4, 4., quamquam haec structura vel apud Ciceronem invenitur, ut p. Deiot. 11, 30. *Quis tuum patrem antea qui esset, quam cuius gener esset, audivit.* Singula incisa negligentius saepe nectuntur, inprimis in libello de diff. et soc. Gr. et Lat.que linguae, in quo saepius leguntur talia, ut c. 18. § 16.: *N in Σ mutant et faciunt secundam:* nec raro ab oratione obliqua transitur in rectam. Cf. Comm. I, 6, 23; Sat. VII, 7, 5 et 17; interdum, ubi Graeca verba sunt commemoranda, vel interiecta non Latina sed Graeca esse memoravimus supra cap. II., p. XIV.

2. Magis vero quam declinatio verborum eorumque structurae eum qui a meliorum scriptorum lectione ad Macrobium transierit offendent ipsa quae apud eum inveniet vocabula. Ut omittam ea quae antea a Plauto Terentio Virgilio aliisve poetis usurpata Macrobii aetate in prosam orationem sunt translata, vel quibus ante eum usi sunt Seneca Plinius Celsus Quintilianus Gellius alii, leguntur apud Macrobium multa antea omnino non, vel non eadem certe vi, usurpata, ut nomina verbalia quaedam desinentia in *or*, ut *discussor* (Comm. I, 21, 8.), sed inprimis nomina abstracta, quae dicimus, desinentia in *tas: animositas* (Comm. I, 6, 42; 12, 14; II, 12, 8; Sat. I, 11, 27.), *contrarietas* (Comm. II, 14, 26; 15, 30; 16, 3 et 6; Sat. VII, 6, 19; 9, 9.), *dispurilitas* (Sat. I, praef., 3.), *falsitas* (Comm. I, 3, 17.), *globositas* (Comm. I, 15, 16; 16, 6; 19, 23; II, 5, 5 et 10.), *incorporalitas* (Comm. I, 5, 4 et 12; 11, 12; 14, 20.), *longaevitas* (Sat. VII, 5, 11.), *medietas* (Comm. I, 6, 23 sqq.; 20, 22; Sat. VII, 12, 13.), *nimietas* (Comm. II, 5, 10; 7, 5 et 21; 10, 14; Sat. V, 13, 41; VII, 6, 8; 12, 28.), *numerositas* (Sat. I, 22, 8; V, 20, 13.), *parcitas* (Comm. I, 8, 7.), *principalitas* (Comm. I, 3, 12.), *profunditas* (Comm. I, 3, 12; 6, 36; 7, 3; II, 2, 1 et 21; Sat. I, 20, 10; III, 7, 1; VII, 14, 13.), *qualitas* (Comm. I, 5, 17;

6, 27; II, 7, 5 et 9; 15, 11 et 20; Sat. VII, 4, 10; 5, 17 et 20; 7, 18; 15, 20; de diff. I, 1, 1.), *saepitas* (Sat. I, 7, 35; 17, 13 et 23.), *uniformitas* (Sat. VII, 5, 27.); — in *entia: concinentia* (Comm. I, 5, 15; II, 2, 24; 3, 1.), *conpetentia* (Comm. I, 6, §§ 24, 31, 33; 19, 21 et 26; II, 2, 1 et 18.), *essentia* (Comm. I, 12, 6; II, 14, 26; 15, 9 et 17.), *omnipotentia* (Comm. I, 6, 18; 14, 2; 16, 12; 17, 13; Sat. V, 16, 8.); — in *io: circumflexio* (Comm. I, 12, 1.), *influxio* (ib. 10.), *obvolutio* (Comm. I, 11, 12.), *passio* (Comm. I, 8, 11; 13, 9 et 14; II, 15, 14 sqq.; Sat. IV, 6, 9.; de diff. 22, 5 et 9 al.), *proditio* (a prodeundo, Sat. VII, 11, 1.), *refusio* (Sat. I, 21, 27 et fig. IV.); — in *us: adiutus* (Sat. VII, 7, 5.), *ausus* (Sat. VI, 6, 1; VII, 15, 14.), *opertus* (Sat. VII, 9, 25.), *reatus* (Sat. II, 5, 4.); — in *or: fluor* (Sat. VII, 14, 10. Cf. Cels. III, 6.); — in *ium: anteloquium* (Sat. I, 24, 21; VII, 4, 2. Cf. *eloquium*, I, 12, 1; III, 20, 8.), *famulitium* (Sat. I, 7, 1; 24, 23.), *interstitium* (Comm. II, 14, 22.), *octennium* (Sat. I, 13, 11.); — in *ies: digeries* (Comm. II, 16, 9; Sat. I, praef., 7; I, 16, 38. ut *congeries*, Comm. II, 16, 21.; Sat. I, praef., 4; 5, 1. alia similia). Singularis quaedam aliis tribuitur vis. Sic *integritas* idem valet quod *totum* (vid. not. ad Comm. II, 14, 8.), *ambitio* idem quod *ambitus* (Comm. I, 17, 16; 20, 26.), *adsertio* idem quod *argumentum* (Comm. I, 13, 2.), *coitio* idem quod *coitus* (Sat. VII, 16, 6.), *fermentum* (si fides habenda est codicibus mss.) idem quod *materia* vel *massa* (Comm. II, 2, 15.), *spiramentum* modo idem quod *spiritus* vel *halitus* (Comm. I, 14, 14; Sat. I, praef., 8; VII, 9, §§ 4, 18, 20, 24), modo idem quod *foramen* (Sat. VII, 12, 4.). Adiectivum genere neutro numero plurali ponitur pro nomine substantivo, *divina* pro *diis* vel pro *numine divino* (Sat. I, 11, 1; 17, 1.). Raro nomina concreta, quae dicuntur, ponuntur pro abstractis, ut *post corpus, post animal*, pro *post vitam*, (vid. not. ad Comm. I, 1, 7.): saepius προσωποποιία efficitur ita, ut nomini abstracto tribuatur actio quaedam, quod quidem vel apud Ciceronem invenitur, ut pro Deiot. 13, 35: *te ut plane Deiotaro reconciliet oratio mea*, sed multo rarius. Exempla quaedam attuli ad Comm. I, 18, 3. Alia sunt Comm. I, 2, 8: *Hoc ... e sacrario suo ... sapientiae tractatus eliminat*, et ib. 14: *cum ad summum ... deum ... tractatus se audet attollere;* I, 5, 16: *quinarii autem potentiam sequens tractatus attinget;* II, 15, 22: *initium ... tractatus superior docuit;* Sat. I, 4, 13: *ut praecedens sermo patefecit*, et VII, 16, 16: *Quoe perduxit dies*. Aliquando homo, cuius est illa actio, significatur addito nomine adiectivo: Comm. I, 17, 7: *Platonica consentit auctoritas;* II, 5, 4: *aerem subditum lunae Tullianus sermo descripsit;* Sat. VII, 15, 15: *Causas quas Platonica maiestas secuta est*. Non raro, ubi nomini abstracto addendum erat adiectivum, additur alterum substantivum cui illud iungitur casu genitivo, ut Comm. I, 4, 1: *frui beatitatis perpetuitate* (cf. I, 20, 8. *frigoris perpetuitate*); I, 6, 9: *cum se animandae inmensitati universitatis infundat;* II, 12, 8: *ne usque ad fastidii necessitatem volumen extendant;* II, 15, 26: *eruta de Platonicorum sensuum fecunditate;* Sat. I, praef., 13: *qui venustatem reprehensionis incurram;* I, 17, 1: *sub aliarum appellationum varietate*. Simili ratione usurpatur genitivus gerundii, ut Comm. I, 7, 9: *sine offensa dubitandi;* I, 8, 3: *quantum vivendi perspicuitas praebet;* I, 14, 13: *quia crescendi tantummodo usus in his viget*. Notandae sunt hoc loco etiam audaciores quaedam metaphorae, ut Comm. I, 2, 4: *conposita advocati scena figmenti ipsam quaerendi veri ianuam .. polluerunt*, et quae ad hunc locum attuli;

praeterea I, 2, 18: *mysteria figurarum cuniculis operiuntur;* I, 6, 63: *semine semel intra formandi hominis monetam locato;* I, 9, 3. (si licet sequi codices mss.): *quae puro ac levi fomite virtutum rigatur;* I, 12, 7: *anima .. silvestrem tumultum .. influentem sibi incipit experiri* (cf. 22, 6, ibique not. Zeun.); I, 16, 7: *ubi ... sine offensa terreni obicis visae sunt;* I, 22, 7: *hanc spissus aer .. stupore spiraminis densioris undique versum fulcit;* II, 15, 31: *ex confessarum rerum indubitabili luce colligitur* (cf. I, 1, 6.); Sat. I, praef., 11. *nisi sicubi nos .. Latinae linguae vena non adiuvet;* I, 17, 2: *poetarum gregem .. non ab adytis plerunque philosophiae semina mutuari;* I, 24, 6: *nisi famae suae vulnera posteritati subtrahenda curavit,* et III, 10, 1: *quin in medium detegat inscientiae Virgilianae vulnera;* V, 18, 1: *de Graecarum literarum penetralibus eruta.* Adde metonymias quasdam, ut Sat. VI, 6, 1: *cotidie Romanae indoli enarrando eundem vatem;* VI, 9, 9: *ab Ennio et omni bibliotheca vetere* (cf. ib. 1, 3: *bibliothecae veteris auctores*).

Etiam adiectiva inveniuntur apud Macrobium non pauca quae apud aureae vel argenteae aetatis scriptores frustra quaeras, ut desinentia in *alis: actualis* (Comm. II, 17, 5.), *arbitralis* (Sat. VII, 1, 7.), *corporalis* (Comm. I, 14, 4.), *incorporalis* (Comm. I, 15, 9.), *Iovialis* (Comm. I, 19, 25; Sat. V, 16, 10.), *materialis* (Comm. I, 12, 10.), *paricidalis* (Sat. VII, 15, 14.), *remedialis* (Sat. VII, 16, 34.), *seminalis* (Sat. VII, 16, 5.), *sphaeralis* (Comm. I, 22, 8; II, 3, 12; Sat. VII, 9, 4; 16, 8.), *spinalis* (Sat. VII, 9, 22 et 24.), *venialis* (Sat. VII, 16, 5.), *ventralis* (Sat. VII, 8, 8.); — in *anus: mundanus* (Comm. I, 6, 24; I, 14, 14; I, 18, 19; II, 3, 11 et 15; 4, 13; 11, 10 sqq.); — in *bilis*: (ut omittam *inconprehensibilis inpossibilis insolubilis intellegibilis* alia, quae etiam apud superioris aetatis scriptores inveniuntur) *iugabilis* (Comm. I, 6. §§ 24, 31, 33; 19, 21; II, 2, 1 et 18.); — in *eus: corporeus* (Comm. I, 9, 3; 11, 1; 13, 6; II, 17, 16.); *incorporeus* (Comm. I, 5. §§ 5, 6; 13; 14, 7; 17, 9; II, 3, 12; 17, 15; Sat. VII, 14, 10; 15, 15.), *testeus* (Comm. I, 11, 12; Sat. VII, 15, 15.); — in *ficus: frigorificus* (Sat. VII, 12, 29.), *sensificus* (ib. 9, 20.), *siccificus* (ib. 16, 34.), *tristificus* (ib. 12, 30.); — in *lentus: poculentus* (Sat. VII, 15, 4.); adde, quod participium est, *levigatus* (Sat. VII, 12, 30; 15, 9.). Alia adiectiva singulari quadam ratione usurpantur, ut *artifex* (vid. not. ad Comm. II, 16, 4.), *conscius* (vid. not. ad Sat. I, 7, 17.), *potens* (vid. not. ad Sat. I, 9, 6.), *silvestris* (vid. not. ad Comm. I, 22, 6. Pro adverbiis ponuntur adiectiva: *matutinus* (Comm. I, 3, 9; Sat. I, 6, 1.) et *rarus* (de diff. 18, 3.); pro nominis substantivi casu genitivo: *moralis* (Sat. I, 5, 4.).

Verba inferioris aetatis vel ipsius Macrobii propria haec sunt: *commasculare* (Sat. VII, 11, 2.), *deviare* (Comm. I, 22, 7; II, 17, 14; Sat. V, 15, 1.), *edecumare* (Sat. I, 5, 17; II, 1, 8.), *interpatere* (Sat. I, 16, 11.), *interpedire* (Sat. VII, 12, 40.), *obviare* (Comm. I, 12, 1; II, 14, 6; 16, 10; 17, 13; de diff. 15, 13; Sat. VII, 5, 5.), *sequestrare* (vid. not. ad Comm. I, 5, 6.); nam alia antea ab aliis, poetis praesertim, sunt usurpata, ut *clarere* (Sat. I, 19, 16; 20, 10; V, 20, 6.), *clarescere* (Comm. I, 19, 12; II, 15, 3.); alia singulari quadam vi usurpantur, ut *absolvere* ponitur pro simplici *solvere* (Comm. II, 8, 8.), vel pro eo quod est *respondendo explicare* (Sat. VII, 3, 13; 6, 14; 16, 15.), *accedere* pro eo quod est procedere (Comm. I, 6, 40 (ubi vid. not.); 17, 10; 21, 10; et 22, 7.), *adserere* pro eo quod est *contendere* vel *demonstrare* (Comm. I, 20, 10; II, 5, 7; 7, 1 et 3; 13, 6; 14, 2 et 7; 15, 3; 16, 10; 17, 1; Sat. I, 11, 2; 18, 1; 20, 11; VI, 1, 3; VII, 1,

6; 13, 10; 16, 9.), *adsignare* eodem fere sensu (vid. not. Gron. ad Comm. I, 2, 14, et adde I, 18, 19.), item *astruere* (Comm. I, 20, 10; II, 7, 13; 9, 1; 14, 2 et 6; Sat. I, 18, 8.), *aestimare* fere legitur pro eo quod est *existimare*, *audere* pro eo quod est *dicere* (Comm. II, 15, 2, et fortasse Sat. VII, 5, 3.), *commodare* pro eo quod est *commodum esse* (Comm. I, 19, 25; de diff. 18, 1.), *consulere* pro eo quod est *interrogare* (Sat. I, 2, 1; 7, 17; VII, 2, 5; 4, 4; 7, 13; 13, 17; 16, 2.), *deprecari* pro eo quod est *evitare* (vid. not. ad Comm. I, 5, 4.), *discurrere* pro eo quod est *percurrere* (vid. not. ad Comm. I, 18, 12.), *excedere* pro eo quod est *praeterire* (Comm. II, 16, 9.), *indulgere* pro eo quod est *praebere* (Sat. I, 2, 1; 6, 2; VII, 14, 1.), *insinuare* pro eo quod est *communicare cum aliquo* vel *docere* (*enseigner*, Comm. I, 7, 3; Sat. I, 4, 4; 6, 2; 24, 23; V, 19, 31.), *mittere in digitos* pro eo quod est *computare* (vid. not. ad Comm. II, 11, 17.), *procedere* pro eo quod est *fieri* vel *haberi* (Comm. I, 5, 15; 6, 14; 15, 2; II, 15, 28; Sat. I, 3, 7.), *recusare* pro eo quod est *nequire* (Comm. II, 1, 22.), *refundere* pro eo quod est *reiicere* vel *committere*, *tradere* (Sat. I, 7, 17; VI, 6, 1; VII, 14, 18.), *renidere* pro eo quod est *subridere* (Sat. I, 2, 10; 4, 4; 11, 2; III, 10, 3; VII, 3, 15; 9, 10; 14, 5. Cf. Kopp. ad Martian. I. § 67.), *sarcire* pro eo quod est *struere* (Comm. II, 15, 18.), *sauciare* pro eo quod est *labefactare* vel *laedere* (Comm. II, 15, 1; Sat. VII, 5, 13 et 15.), *sortitum esse* pro eo quod est *habere* (vid. not. ad de diff. praef.).

A d v e r b i a complura inveniuntur illius temporis propria, ut *clanculo* (Sat. V, 18, 1.), quocum comparari potest, quod etiam apud Gellium legitur, *diutule* (Sat. VII, 16, 15 et 21.), *directim* (Sat. VII, 12, 35.) et *rivatim* (ib. 36.), *insubide* (Sat. VII, 14, 3.), *iusum et susum* (vid. not. ad Comm. II, 5, 25.), *priorsum* (Sat. VII, 9, 3 et 13, 8.), *rationabiliter* (Comm. II, 11, 17.), *regulariter* (Comm. I, 20, 13 et 20; de diff. 23, 3.); nam adverbium *sententialiter*, quod vulgo legitur Sat. V, 16, 6., non a Macrobio profectum esse videtur. *Magis* aliquoties ponitur pro *potius* (vid. not. ad Comm. II, 5, 31., et adde de diff. 19, 2 et 23.), iungitur etiam cum verbo *malle* (Sat. I, 4, 2.); *retro* denique cum nominibus ad tempus praeteritum spectantibus iungitur velut adiectivum (vid. not. ad Comm. I, 21, 9. et de diff. 15, 19.).

Ex his quae exempli causa potius quam ad sermonem Macrobii penitus demonstrandum posui, apparet eum parum consuluisse proprietati verborum, ut qui multa inter se confunderet, multisque tribueret vim quam non haberent apud bonos scriptores: in eo tamen elaborasse videtur, ut eadem vox ne brevi intervallo repeteretur: quod ubi factum esset, aliam posuit similem, id quod videre licet in iis locis, in quibus verba *adserendi* atque *adstruendi* sese excipiunt. Quod ut perspexit Zeunius, ita eum superstitione quadam putavit esse cavendum, ne ulla vox iteraretur; ideoque multa mutavit quae sanissima esse docent codices manu scripti.

3. V e r b o r u m c o l l o c a t i o saepe est contorta, ut Comm. I, 16, 13. *quae illam primae omnipotentiam summitatis secuntur;* inprimis, ubi unum verbum ad duas sententiae partes pertinet, in altera, neque tamen extrema, illud ponitur, ut Comm. I, 21, 7. *quorum alter maximus alter est minimus.* Plura afferre longum est.

II. De o r t h o g r a p h i a Macrobii nihil quidem certi potest statui, quia nullus qui eius scripta contineat exstat codex satis antiquus, ut ipsam auctoris manum referre videatur: sed in permultis rebus ita consentiunt

meliores codices, ut vix possit dubitari, quin eius usus scribendi in iis nobis sit conservatus.

Atque primum quidem agamus de praepositionibus cum aliis vocibus compositis. Ex his *ad* saepius servatur integra quam assimilatur literae sequenti, ut legatur saepius *adp. adq. ads.* quam *app. acq. ass.*, (ubi tamen literam *s* sequitur altera consonans *c* vel *t*, plerumque *asc.* et *ast.*, ut *ascribere*, quod non raro scribitur etiam *asscribere*, et *astruere*); aeque *adf. adg. adl. adr. adt.* atque *aff. agg. all. arr. att.*; sed fere *acc. amm. ann.*, non *adc. adm. adn.*, *accedere ammirari annotare*, sed *adcommodare*. — *Cum* etiam ante literam *p* plerumque scribitur *con*, sed ubi sequitur alterum *n*, unum tantum scribi solet, ut *conexus*, et ubi sequitur *l*, non minus saepe scribitur *coll.* quam *conl.* — *In* ante *m* et *p* plerumque servatur, sed ubique legitur *impetus* et *imperativus*; ubi sequitur *l* et *r*, invenitur tam *ill.* et *irr.* quam *inl.* et *inr.* — *Ob* sequenti *p* assimilatur in *optinere*, sed servatur plerumque in *obtulit*. — *Sub* solet assimilari sequenti *m*, sed legitur tam *subc. subp. subr.* quam *succ. supp. surr.*

Praeterea e vocalibus *E* saepe librarii mendo scriptum est pro *ae*, et fere praefertur huic diphthongo in voce *ceteri*: servatur pro vulgari *i* in verbis *neglegere* et *intellegere*. In melioribus codicibus recte legitur plerumque *definire*, ubi in deterioribus est *diffinire*. Eadem litera, non *i*, ubique legitur in terminatione accusativi pluralis declinationis tertiae exceptis locis quibusdam Virgilianis. — *I* praefertur literae *e* in *cerimonia malivolentia valitudo liniamenta aetherius quatinus*; in codicibus Commentariorum et Saturnaliorum ubique legitur *Virgilius*; in libello de diff. et soc. Gr. Lat.q. verbi uno loco e codice notatum est *Virgilius*, alioqui nihil, sed codex Vindobonensis, in quo est fragmentum illud de verbo, ubique habet *Vergilius*. *I*, non *u*, exceptis verbis Ciceronianis legitur in superlativis: saepissime substituitur literae *y*: ubi antecedit *i* consonans, non nisi unum *i* scribitur, ut *adicere proicere isdem*, sed nusquam *i* pro *ii* in casu genitivo declinationis secundae. — *U* post literam *v* nusquam mutatum est in *o*: sed ubi scribendum erat *quu*, plerumque legitur *cu*, ut *secuntur locuntur*: pro *o* semel (Sat. V, 15, 2.) legitur *u* in voce *promuntorium*: variatur autem scriptura in *iucundus* et *iocundus*, *adulescens* et *adolescens*: *u* post literam *g*, ut in *urguere* saepius additur quam omittitur: interdum inseritur alieno loco, ut in *nomenculator*. — E diphthongis *AE* fere praefertur alteri scripturae *oe*, ut in *caelum praelium caena* (quod scribi solet aut *cena* aut *cęna*): praefertur etiam literae *e*, certe semel (Sat. II, 7, 12, ubi scriptum est literis uncialibus) in voce *scaena*: sed *e* praefertur diphthongo *oe* in voce *pomerium*.

E consonantibus *B* saepe confunditur cum litera *v*, inprimis in nominibus propriis, ut *Pacubius* (Sat. I, 12, 35.; et II, 3, 4. in cod. Bamb.) scribatur et *Vivaculus* (Sat. I, 1, 13.). — Literam *C* ante *u* pro *qu* poni solere modo dixi: adde scribi etiam constanter *cotidie*: pro *d* ante *qu* ponitur in *quicquid*, sed in praepositione *ad*, ut supra dixi, *d* saepius servatur quam mutatur in c. De *c* et *t* confusis videas litteram *t*. Ubi *c* modo iungitur cum t modo omittitur, in Macrobii codicibus solet omitti, ut scribatur *artus percontari*. Additur in recentioribus tantum literae *h* in *mihi* et *nihil*: sed in omnibus fere ipsi aliquando additur *h*, ut paene constanter legatur *archanus*, minus saepe *sepulchrum* et *simulachrum*. Voces *baca sucus* uno c scribi solent. — *D* raro mutatur in *t*, ut legatur *aput haut*, sed e librariorum errore aliquoties pro *t* invenitur in

velut init reliquit inquit similibus. — *F* in recentioribus tantum codicibus duplicatur in *Affrica* et *refferre:* in vocibus Graecis non raro ponitur pro *ph*, *fasis fenices frigia amficirtus*, contra *ph* tribuitur Latinis, ut adiectivo *prophanus*. — *G*, non *c*, constanter legitur in nominibus *Gaius* et *Gneus:* non minus constanter omissa hac litera scribitur *dinoscere*, et (Sat. I, praef., 2.) *naviter*. Librariorum errore in nonnullis codicibus (Cantabrigiensi et altero Rehdigerano) substituitur *i* consonanti, ut legatur *magestas* similia, semel in cod. Bamb. (Comm. I, 2, 8.) inseritur inter *e* et *i*, ut legatur *apulegius*. — *H* in principio vocum Graecarum saepe negligitur, ut paene constanter legatur *armonia erisen:* additur autem in nomine *Hister* et in vocibus Latinis *harena harundo*, aliquoties etiam in *habundare*, et, ubi falsum est omnino, in *hornare hisdem*, et in compositis, non tantum Graecis, ut *exhegeticon*, sed etiam Latinis, ut *perhennis cohercere*. — *K* plerumque legitur in voce *Kalendae*, in cod. Bamb. vel in composito *interkalare*, sed paene constanter *Carthago* scribitur. — *L* non duplicatur in *belua milia*, sed variatur scriptura in nomine *Salustius* et in *solemnis*. — *M* solet servari in *quamquam tamquam quicumque*, sed mutari in *n* in *eundem eandem septentrio:* *nn* plerumque servatur, sed aliquoties inseritur *p*, *calumpnia solempnia dampnum*, idem fit constanter in *ms* et *mt*, *sumpsi sumptum*, etiam *hiemps*. — *N* ubique legitur in *totiens quotiens*, non item in numeris ordinalibus, ut *quadragensimus:* pro *tentare* ubique legitur *temptare*, contra *n* solet servari in adiectivo *contentus*. — Litera *P* praeterea duplicatur non solum in *repperi*, sed plerumque etiam in ceteris verbi *reperiendi* formis, contra constanter uno *p* scribitur adiectivum *oportunus*. — *Qu* mutari in *c* ante *u* et in *cotidie* dixi sub litera c. — *S* eiicitur post *x* non tantum ubi sequitur consonans, ut in *exscindere expectare extare extinguere*, sed etiam ubi sequitur vocalis, ut in *exequi exiccare exolvere exudare*. — *T* plerumque praefertur literae *c*, ubi una et altera admitti potest ante literam *i*, ut in verbo *nuntiandi*, sed legitur etiam, ubi aperte falsum est, ut in verbis *contio convitium inditium provintia efficatior tenatior*, contra *policiores mundicias* (in cod. Bamb. Sat. I, 4, 17.), et *adventicius commendaticius:* praeterea modo *litera* scribitur modo *littera*, et ita quidem, ut in Commentariorum codicibus illa praevalere videatur scriptura.

His exemplis, quae facile poterant augeri, satis puto esse demonstratum non certas quidem orthographiae leges ex Macrobii codicibus posse erui (quales cuivis scriptori constitutas vult F. Osannus V. Cl. in praefatione ad M. Tullii Ciceronis de re publica librorum fragmenta, Gotting. 1847. p. VIII sqq.): sed in re summa ea quae in iis inveniantur non multum abhorrere ab iis quae in orthographia Vergiliana (vol. V. p. 379 sqq.) statuit G. Ph. E. Wagnerus V. Cl. et quae Tacito vindicaverunt nuperrimi eius editores: ut Macrobius videatur etiam hac in re voluisse servare melioris aetatis rationem.

CAPUT QUARTUM.

DE MACROBII LIBRORUM EXISTIMATIONE ET FATIS.

A. Ad ea tempora si respicimus quibus nondum inventa erat ars typographica, de unoquoque Macrobii opere seorsum est tractandum.

I. *Commentarios in Ciceronis Somnium Scipionis* seculis eorum compositionem proxime sequentibus plurimi fuisse aestimatos vel inde apparet, quod hoc solum Macrobii opus, idque multis exemplaribus, integrum est servatum. Nullum quidem inter tot exemplaria est quod ante decimum post Christum natum seculum videatur esse exaratum: sed tamen statuendum non est ab illo demum tempore saepius hoc opus esse lectum atque descriptum: potius prioribus seculis scripta exemplaria crebro usu videntur esse contrita. Nam vir consularis non dubitavit in eo emendando elaborare idque significare subscriptione quae legitur in codicibus compluribus: AVR. MEMM. SYMMACHVS V. C. EMENDABAM VEL DISTINGV. MEVM RAVENNAE CVM MACROBIO PLOTINO EVDOXIO V. C. Hanc subscriptionem primus protulisse videtur Sirmondus, quem F. Guil. Schneidewinus V. Cl. in prolegomenis ad Martialem p. cx., ubi plures eiusmodi emendationes veterum scriptorum attigit, ait ad Apollinaris Sidonii Epist. V, 15. sic eam exhibuisse: AVRELIVS MEMMIVS SYMMACHVS V. C. EMENDAVI RAVENNAE CVM MACROBIO PLOTINO EVXIO: et ad Exodii lib. I. epistolam XXIV. scripsisse EMENDABAM RAVENNÆ retulit Alexander Wilthemius, qui in appendice ad Diptychon Leodiense (Leod. MDCLIX. fol) p. 4. retulit in codice coenobii D. Maximini se legisse: EMENDABAM VEL DIS MEVM RAVENNAE, adnotavitque haecce: „Quaesitum est quid significet vox trunca DIS? ... Lege: EMENDABAM VEL DISTINGVEBAM. Neque enim dedecori sibi viri docti et magni quondam ducebant codices tam suos quam alienos emendare distinguere adnotare assumpto fere semper operis socio qui codicem alterum legeret, quod *contra legere* appellabant. In quo genere totum fuisse M. Valerium Probum auctor est Suetonius in lib. de illustr. gramm.: *Multa*, inquit, *exemplaria contracta emendare et distinguere et adnotare curavit*... Distinguere autem, ut ait Velius Longus, est interposito puncto dividere atque diducere.“ Similiter Schneidewinus cum Valesio de re crit. p. 181. adiecit: „h. e. contra legente Eudoxio.“ Ego in Commentariorum libri I. fine in cod. R2 legi eodem modo: VEL DIS MEVM, in P4: VEL DISTINS'. MEVM, in P1 (in quo etiam paulo infra legitur PLOLINO): VEL DISLINS MEVM [1]), quae confirmant coniecturam Wilthemii. Sed me offendunt verba: *emendabam vel distinguebam meum cum Macrobio Plotino Eudoxio.* Nam non est quo referatur illud *meum*, et mirum est nomen *Macrobii* in eo qui dicatur contra legisse. Quid ergo, si legamus: *emendabam vel distinguebam meum cum Macrobio Plotini Eudoxii*, ut ad *meum* intelligatur e sequentibus *Macrobium?* Aliunde nihil compertum est de illo Plotino Eudoxio, nisi forte est Eudoxius consul anni CCCCXLII., cui tamen in Fastis nullum praeterea additur nomen, ut, etiam si illum fuisse statuamus, nihil hoc faciat ad Macrobii nomen cum eo coniungendum vel seiungendum. Ne constat quidem, quis sit ille *Aurelius Memmius Symmachus*. Laur. Lerschius [2]) e Symmachi libri IX. epistola 13., ubi ille se emendatio-

---

[1]) Emendandum esse DISTING., i. e. *distinguebam*, videram ego, priusquam Wilthemii adnotationem legi, cum iam antea in inscriptione quadam SIS NATVM scriptum pro SIGNATVM emendavissem (cf. Zeitschrift f. d. Alterth. Wiss. 1845. N. 100.), et apud Drakenborchium in Livii tom. VII. p. 321. (ed. Lips. tom. XV. p. 614.) in codice Florentino invenissem scriptum *Gymnachis* pro *Symmachis*.

[2]) Cf. Museum d. Rhein. Westphäl. Schulmänner-Vereins, vol. III. pag. 255 sqq.

nem Livii curare scribit, et ex libri III. epistola 11., ubi Naucellii amici eclogarum ordinem confusum se descripsisse refert, colligit hunc Symmachum esse ipsum oratorem atque auctorem epistolarum: quod quidem non est credibile. Nam Symmachum illum vidimus fuisse aequalem aetate maiorem Macrobii, neque umquam vocatur *Memmius:* quo quidem nomine eius filius appellatur, at praeterea non *Q. Aurelius* sed *Q. Flavianus* (vel *Flavius* vel *Fabius*). Ad Eudoxium illum si spectamus, intelligi videtur *Q. Aurelius Symmachus* consul anni CCCCXLVI., sed ne huic quidem *Memmio*, quod sciam, fuit nomen: *Q. Aurelius Memmius Symmachus* vocatur solus ille qui in Fabricii Biblioth. Lat. vol. III. p. 206. (ed. Ern.) dicitur fuisse consul anno CCCCLXXXV. p. Ch. n. et pater Rusticianae, secundae Boethii uxoris, ad quem data est epistola 31. Alcimi Aviti et Ennodii lib. VII. ep. 25. Quisquis autem fuit ille Symmachus, non cogitandum est de recensione, quam nos dicimus, operis Macrobiani, sed constitit eius opera in corrigendis librariorum mendis.

Neque descriptum tantum est primis illis temporibus hoc opus, sed etiam excerptum. Praeter ea excerpta quae memoravimus supra cap. II. memorandae sunt *Extractiones de libro Macrobii in expositione somnii Scipionis*, quae leguntur in codice Bambergensi M. IV, 4. (ap. Iaeck. 876.), ad lib. I. cap. 3. aliosque locos pertinentes, quibuscum congruere videntur ea quae leguntur in codice Vindobonensi 3150, L. f. 117. (ap. Endlich. CCCLXXIX.): multi denique operam collocasse videntur in eo interpretando, cuius rei vestigia quaedam exstant in codicibus R2 E3 H4 aliis.

Posterioribus autem seculis quanti aestimati sint hi Commentarii, unde apparuerit clarius quam quod cum Ciceronis Somnio Scipionis in Graecum sermonem integros eos vertit quarto decimo p. Ch. n. seculo Maximus Planudes? Haec versio Graeca, quae inscribitur *Μακροβίου Ἀμβροσίου ἐξήγησις εἰς τὸν Σκηπίωνος ὄνειρον*, adhuc inedita est. Fabricius in Bibl. Lat. tom. III. p. 181. (ed. Ern.) refert eam reperiri in Bibliothecae regis Gallorum codice DCLXXXIII. teste Labbeo Bibl. nov. Mss. pag. 280. et memorari etiam in Catalogo Mss. Graecorum Seguierii p. 12., in Montefalconii Bibl. Coislin. p. 520., eaque usum Iacobum Cuiacium et in Thesauro Graecarum vocum Guil. Morellium. Nonnulla ex ea enotata Abr. Gronovii manu leguntur in exemplari editionis Gronovianae quod est in bibliotheca Leidensi. Christianum Frid. Matthaei in Anecdotis quae non ad finem essent perducta eam edere voluisse et quattuor primas plagulas teste G. H. Schaefero ad Gregorium Corinth. p. 876. servari in bibliotheca Lipsiensi comperi ex F. A. Eberti Lexico bibliographico tom. II. p. 51. Quaestio a me per complures instituta non pervenit ad Gersdorfium V. Cl. bibliothecae Lipsiensis praefectum. Ita evenit, ut magna pars Commentariorum iam esset typis descripta, cum intercedente, quae est eius in me humanitas, Godofredo Hermanno V. Cl. ille ad me mitteret summa cum liberalitate ipsas illas plagulas. Continent autem eae libri I. caput XVI. et quae sequuntur usque ad capitis XXI. § 11. verba: *ὡς ἂν αὐτοῖς εἴη δῆλα τὰ τῶν τόπων ὀνόματα, ἐν οἷς τούτους ἢ στηρίζειν ἢ ἀφ' ὧν προ...*, cum hac inscriptione: „Commentarii Macrobii in Ciceronis Somnium Scipionis ex versione Maximi Planudis fragmenta ex codice Augustano secundum Reiserum p. 76. n. 9. Maximi Planudis versio in hoc codice incipit ab his verbis: *διαζώννυνται. ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τὰ ἑχόμενα μεταβῶμεν*, quae sunt ultima verba capitis XV.“ Haec cum descripsissem,

Monachium profecto mihi Fridericus Thierschius V. Cl., qui in me et mea literarum studia semper plurimum contulit benignitatis, copiam fecit, ut codicem, qui nunc in bibliotheca Monacensi inter Augustanos signatur numero 439, et cum iis quae ex illis plagulis descripseram conferrem, et iis adderem reliqua, quorum ultima sunt libri II. cap. 4. § 4. haec verba: τοῦτο δὲ καὶ διὰ τὴν στενοχωρίαν. Codicis chartacei seculo XIV vel XV. scripti huc pertinent folia LIX—LXXIV., in quorum ultimo olim madefacto paene evanuerunt permulta. Cogitabam aliquando de hac versione editioni meae adiicienda, neque oberat huic meo consilio honestissimus redemptor: sed cum vidissem plurima Parisiis esse petenda, quod quidem posset non sine magno fieri sumptu, et perspexissem ex hac versione neque satis accurate neque ex optimae notae exemplari facta nullam fere redundare utilitatem ad verba Macrobii emendanda, illud consilium abieci, id quod non vereor ne quis reprehendat.

Bruckerus in Historia crit. philosophiae tom. III. pag. 567. Macrobium nominat inter eos scriptores quibus tamquam classicis usi sint medii aevi homines, dicitque eius perspicuitatem fecisse ut illis qui paulo melius saperent magnopere probaretur. In exemplis quae profert duo sunt quae pertineant ad hos Commentarios, unum, quod Elbodus episcopus Wiburgensis de geometricis nonnullis in Macrobium commentatus sit, alterum, quod saepe ad Macrobium provocet Honorius Augustodunensis in libris de philosophia mundi, quibus in Fabricii Bibliotheca Lat. tom. III. pag. 180. additur eiusdem liber de solis affectibus. Ibidem Macrobium Theodosium testem citasse dicitur Zacharias Chrysopolitanus T. XIX. Bibl. Patr. ed. Lugd. p. 859. Pauca de hoc opere sumpsit Ioannes Saresberiensis (qui mortuus esse dicitur p. Chr. n. anno MCLXXX.) in Policratico, lib. II. capp. 14 et 15, ubi quae Macrobius lib. I. cap. 3. disseruit de somniorum generibus et de geminis Somnii portis plerumque aliis redduntur verbis. Denique memorandus est Vincentius Bellovacensis, qui XIII. p. Ch. n. seculo composuit magnum opus ad omnes disciplinas pertinens, quod inscripsit Speculum maius, atque in hoc inseruit multa ex his Commentariis excerpta, ita tamen dilacerata, ut Macrobii verba emendantem nihil iuvent. De scholiis vid. cap. V.

II. Librum *de differentiis et societatibus Graeci Latinique verbi* adhibitum esse ad docendam discendamve utramque linguam inde potest colligi, quod complura inter se diversa nobis relicta sunt excerpta, quae commemoravimus supra cap. II, II: sed tamen non tanti aestimatus esse videtur hic liber, ut saepius describeretur totus; nullum enim integrum eius servatum est exemplar.

Excerptis Parisinis, quae leguntur in cod. Regio 7186. primum P. Pithoei postea Colbertino, subscripta sunt haecce: *Explicuit defloratio de libro Ambrosii Macrobii Theodosii quam Iohannes carpserat ad discendas Graecorum verborum regulas*, quibus a manu aetatis posterioris haec nunc paene evanida sunt adiecta: „An Iohannes de Basingestores Archidiaconus Cegnae de quo Mass. pan. ann. 1252. p. 1112, an vel exemplum huius libelli multo antiquius videtur?" Dicitur autem codex ille exaratus esse seculo XI. I. Pontanus in edit. I. adnotavit haecce: „Censet Pithoeus hunc Iohannem Scotum, virum illum Graecae Latinaeque linguae peritissimum, qui Carolo imperatori coaetaneus et Dionysii libros Latinos fecit. Meminerit quoque eiusdem interpretationis in epistola quaedam ad Carolum regem pontifex Nicolaus. Suggessit Opsopoeus." Quibus in edit. II. adiecit haec:

„Hic Ioannes Scotus dictus Erigena, claruitque anno Domini 850. sub Carolo filio Ludovici fratre Lotharii. Trithemius alium Ioannem Scotum nominat, qui claruerit ante eum sub Carolo Magno anno circiter 800. Fuitque et post utrumque Ioannes Duns Scotus anno Chr. 1308. sub Alberto imperatore. At Erigena iste Graecae linguae peritissimus fuit, vertitque, ut dictum, e Graeco Dionysium Areopagitam, teste etiam, quem diximus, Trithemio.“ Fabricius in Bibl. Lat. tom. III. p. 184. (ed. Ern.): „H. Stephanus, inquit, in praefat. primus spem fecit vulgandi e codice Pithoeano libri Macrobii *de differentiis et societatibus Graeci et Latini verbi*, sive excerptorum e libro Macrobiano huius argumenti auctore Ioanne quodam, forte, ut suspicabantur P. Pithoeus et Iac. Usserius in Epistolis Hibernicis, Erigena sive Scoto: nam idem est utrumque cognomen: qui temporibus Caroli Calvi vixit.“ Idem Bibl. mediae et infimae Latinitatis, tom. IV. p. 405. (566.): „Excerpta *de differentia* cet. Ioanni Erigenae deberi verisimile est coniectura P. Pithoei et Usserii quibus Cangius assentitur.“ Hanc sententiam ascivit etiam I. Ch. F. Baehrius (Gesch. d. Röm. Lit. vol. II. p. 601. et Pauly Real-Encycl. s. v. *Macrobius*): at incertissima est illa coniectura, quum Ioannem illum, qui „ad discendas Graecorum verborum regulas“ excerpserit librum Macrobianum, Graecae linguae peritissimum fuisse minime necesse sit, neque ullum aliud exstet argumentum quo probetur esse eum Ioannem Erigenam. Haec excerpta sola cognita erant, usque dum alia e duobus codicibus Bobiensibus, nunc Vindobonensibus XVI. et XVII., in Analectis grammaticis (a. MDCCCXXXVII.) ediderunt Ios. ab Eichenfeld et Steph. Endlicher, ad Latinum magis quam ad Graecum verbum spectantia, (vid. Cap. II, II, 1, b, c, d): e quibus quae descripta sunt e cod. XVII, non Macrobii esse omnia, sed potius ex huius libro excerpta quaedam cum aliis aliunde sumptis coniuncta esse videntur ab auctore incerto libelli qui inscribitur ad Severum quendam missi.

In aliis libris veteribus, quod sciam, nusquam hic Macrobii liber commemoratur.

III. *Saturnaliorum libri* primis seculis non saepe videntur esse descripti, cum magna eorum pars omnino sit deperdita, et eorum quae reliqua sunt non multi exstent codices manu scripti, iique omnes ex uno fonte videantur fluxisse; quod quidem nemo miretur qui cogitaverit talia studia nullum fere habuisse illa aetate pretium. Inter medii, quod dicimus, aevi scriptores unus, Ioannes Saresberiensis, Saturnaliorum lectionis certa dedit documenta. Is enim in opus, quod inscribitur Policraticus sive de nugis curialium et vestigiis philosophorum, recepit multa e Saturnalibus excerpta iisdem quibus apud Macrobium leguntur verbis: quod ut dissimulaverit tantum abest, ut lib. VIII. cap. 10. scripserit haecce: *Ceterum, ut mitius agamus nobiscum, gentilium philosophorum convivandi regula in medium proferatur. Et quidem plures in hanc partem officiorum praecepta dederunt, sed ad praesens pauci sufficiunt. Inter alios Saturnaliorum liber primus occurrit, talis, si inspiciatur recte, et tantus, ut nihil aliunde oporteat mutuari. Eum ergo in praesenti capitulo non tam vestigiis quam passibus decrevimus imitari, et ex opulentia promptuarii sui cellulae nostrae supplere angustias. Siquidem conspicuus est in sententiis, in verbis floridus, et tanta morum venustate redundans, ut in institutione convivii et dispensatione Socraticam videatur dulcedinem propinare;* ubi complura leguntur excerpta e Saturnaliorum libro VII, inde a cap. 1. § 8. Praeterea

lib. VII. cap. 8. legitur: *Unde et Socraticum illud in Saturnaliorum libro* (II, 8, 16.) *laudatur: Multos homines propterea velle vivere, ut ederent et biberent: se bibere atque esse, ut viveret*, et cap. 10.: *Ut enim in libro Saturnaliorum et in epistolis Senecae ad Lucilium legitur, apes quodammodo imitari debemus* cet. (cf. Sat. I. praef. § 5.); et cap. 25.: *Est autem, ut in libro Saturnaliorum* (VII, 3, 2.) *Eustachius docet, loedoria* cet. Videtur autem Ioannes integrius quam nos habuisse exemplar. Certe lib. VIII. cap. 15. apud eum leguntur haec: *Fugienda sunt, inquit Macrobius, omnibus modis, et abscindenda igni et ferro totoque artificio separanda, languor a corpore, imperitia ab animo, luxuria a ventre, a civitate seditio, a domo discordia, et in commune a cunctis rebus intemperantia*, quae frustra quaesiveris apud Macrobium. Pontanus non sine aliqua veri specie haec locum suum habuisse censet post libri II. caput ultimum (cui ille ipse annexuit libri III. caput 13.). Idem in adnotatione ad extremum librum sextum statuit in Policratici libri I. postremis duobus capitibus et quibusdam etiam libri II. reliquias exstare disputationis de iure augurali quam secundo Saturnaliorum die (ante ea quae nunc leguntur tertio libro) Flavianum habentem fecerat Macrobius, Pontanus autem tertio die habitam et octavo Saturnaliorum libro nunc deperdito prolatam fuisse suspicatur. Praeterea Fabricius in Bibliotheca Latina l. c. p. 182. adnot.: „Hos libros, inquit, Saturnaliorum Macrobii intellige, quando in Petri Blesensis prologo commentarii de amicitia vides laudari *librum Saturni:* nisi Valerii Flacci Saturnum inani malis. Sed apud Marium Victorinum in I. Rhetoric. Ciceronis p. 86. edit. Pithoei pro *Saturno* lege *Socratem.*“ Alia Saturnaliorum nulla, quod sciam, animadversa sunt vestigia, usque dum typis hoc opus est descriptum.

B. Inventa arte typographica primum [a]) Venetiis anno MCCCCLXXII. (v 1) editi sunt *Commentarii in Somnium Scipionis* et *Saturnaliorum libri*, expressi, ut videtur, e codice non satis bono: certe verba Graeca magna ex parte in hac editione desiderantur, ut in compluribus codicibus manu scriptis. Magni illo tempore Macrobium aestimatum esse et a multis lectum inde colligi potest, quod nulla aetate uberior editionum huius scriptoris fetus fuit: neque tamen multum emendata sunt eius opera, ne in iis quidem quae valde praedicantur in titulis, ut in Brixiensi III.

---

[a]) Alii putaverunt iam prius editum fuisse Macrobium, id quod verisimile non esse censet F. A. Ebertus (Allg. bibliograph. Lexicon vol. II. pag. 12.). In editionis Bipontinae indice editionum Macrobii p. VII. legitur: „(ante an. 1468.) Romana princeps editio Io. Andreae Episcopi Aleriensis, qui ipse se in Macrobio et Apuleio similiter fecisse atque in Gellio, ut cum in Graecis laboraret, in iis interpretandis et emendandis uteretur Theod. Gaza, eaque de re calumniis appetitum esse a pluribus Romanis prodit in praef. ed. I. Gellii Romanae ... Editio haec ab omnibus omissa est, quibus Veneta 1472. vel an. 1483. [in Fabric. Bibl. Lat. vol. III. p. 183: 1482.] princeps credita fuit. Quamvis vero de ea iam constet, eam tamen haud reperimus inter libros a Conrado Sweinheim et Arnoldo Pannarz impressos in epistola supplici ad Pontificem summum d. XX. Mart. an. 1472. data, quae legitur ad calcem T. III. Bibl. Lat. Fabricio-Ernestinae, in qua tamen memorantur Apuleius et Gellius. Vel igitur nulla exempla tum fuisse reliqua in officina ista, cui praefuit Io. Andreas, vel Macrobium alii typographo Romano commissum fuisse coniicias. Officinae quidem Udalr. Galli praefuerat I. Ant. Campanus, amicus Io. Andreae.“ — A. Mahul in Notitia literaria de Macrobio (Class. journ. XXII, p. 52.) recte iudicasse videtur, dicens Andream videri operam quidem collocasse in Macrobio emendando, sed nunquam eum edidisse.

(a. MDI.), in qua dicuntur „plus quam ter mille errores corrigi, Graecumque quod in olim impressis defuerit fere omnibus locis reponi“, et in Riviana, quae prodiit Venetiis a. MDXIII. (v 3), in cuius titulo leguntur haec: „En tibi lector candidissime, Macrobius, qui antea mancus mutilus ac lacer circumferebatur, nunc primum integer nitidus et suo nitori restitutus, in quo Graecae maiestatis dignitas, quoad eius fieri potuit, superstes reperitur.“ Nam omittuntur Graeca paene omnia, quae ne a Nic. Angelio quidem, auctore editionis Iuntinae (i) quae prodiit Florentiae a. MDXV., licet hic bonis usus esse videatur codicibus manu scriptis [4]), sunt suppleta. Primus hoc fecit Arnoldus Vesaliensis, qui Macrobium edidit Coloniae annis MDXXI. MDXXVI. MDXXVII. (c), nullis, ut ipse dicit [5]), codicibus manu scriptis in hoc labore adiutus, sed, in ipsis Homeri carminibus conquirens versus eos ad quos respiceret Macrobius, quam ob rem mirum non est saepe non eos versus quos ille ante oculos habuerit in his editionibus inveniri. Verba ipsa Macrobii ita emendare conatus est, ut

---

[4]) Cf. epistolam ad Ioannem Salviatum quae illi editioni praemissa est, in qua leguntur haec: „Nos vero ... qui ... Florentiae humanitatis literas publice profitemur, exemplum aliquot veterum secuti impendimus prope iam biennium operam bonis scriptoribus recognoscendis, ea in re quantum boni studiosis attulimus facile (spero) cognoscent qui libros nostrae emendationis titulo excusos cum aliis eius generis ad hanc diem impressis quandocunque contulerint, sanare tamen in tam inextricabili mendarum sylva multa exemplarium inopia omnia vulnera qui potuimus? Quod nuperrime accidit in pulcherrima ac disciplinarum omnium referta Saturnaliorum Macrobii lectione. Reponere enim, si qua desunt Graeca, codicum unde erant deprompta interitu aut defectu, et quae Latina tertio quartoque libro desiderantur, quamvis accuratissime conquisita, nulla nobis ratione licuit. In caeteris tamen fuit castigatio diligentissima.“

[5]) Editio prima haec scribenti ad manum mihi non fuit. Ex eius praefatione in Notitia literaria ed. Bipont. p. IX. excerpta sunt haecce: „En tibi Macrobium ex foedo nitidum, ex obscuro apertum, expeditum ex intricato, ex confuso digestum ... Nulla exemplarium vetustas, nullae chartae excussae pulveribus, nullae dispunctae membranae, ut fieri solet, nostram hanc opellam promoverunt: sed si quid praestitimus, id sedulo labore et crebris lucubrationibus elimatum est. Retexuimus totius orationis telam, tam propria autoris fila, quam aliorum etiam inserta subtegmina perscrutati. Si quid fortassis hiulcum occurrisset, mox obstruximus; si compactum nimis, diduximus; sustulimus, si nothum; adiecimus, si necessarium.“ — In epistola ad candidum lectorem quam alteri editioni praemisit Vesaliensis: „Perlustravimus, inquit, aliquot bibliothecas non vulgares, rati nos vetustum codicem reperturos qui exspectationi nostrae satisfaceret ... Quae res cum nos fefellisset, decrevimus, quod ille ait, πόνῳ καὶ ἀγρυπνίᾳ superare, quod alioqui nulla externa ope poterat evinci. Subodorati sumus autoris genuinam dictionem atque totius orationis telam semel ac iterum percurrimus ... Coepimus primum immensos illos lacus Graecanicae farraginis velut appositis quibusdam incrustamentis opplere. Quod cum non omnino, ut speramus, infeliciter cessit, collibuit et cetera quae limam expectabant nostro penicillo explorare ac qualemqualem nitorem reddere autori iam multis seculis neglecto et pene extincto. ... Legimus itaque Athenaei libros de coenis doctorum hominum. ... Ea lectio tot Graecorum autorum praeclaras sententias nobis suffecit, ut super decem lacunas et eas quidem vastas et spatiosas obstruxerimus. Decem igitur monstris et eo amplius iugulatis rursus tibi Macrobium tradimus, lector candidissime, ut multo locupletiorem, ita paulo castigatiorem.“ — Videtur autem Vesaliensis habuisse Commentariorum codicem ms. qui, ut meus C, continuerit lib. I. cap. 14. § 21. et quae sequuntur usque ad lib. II. cap. 9. finem. Nam hoc loco, ut in cod. C, leguntur verba: *ut contentus potius conscientiae praemio gloriam non requirat*, e cap. seq. § 2. huc translata, id quod in nulla editionum priorum invenias.

planiora essent lectuque faciliora: non raro igitur longius quam qui ante eum Macrobio dederant operam a codicum manu scriptorum discessit vestigiis. Idem clarius quam Nic. Angelius qui libro tertio et quarto nonnulla deesse adnotavit perspexit quae Saturnaliorum partes intercidissent, id quod apparet ex iis quae subscripsit libris I. II. VI. VII. et libri III. capiti 12., et praemisit libris IV. et V., neque tamen ea quae interciderant supplere conatus est. Singulos libros primus divisit in capita, hisque summaria praemisit ea quae leguntur in recentioribus editionibus omnibus [6]). Hanc librorum in capita divisionem et haec summaria neglexit Donatus qui Macrobium anno MDXXVIII. curavit excudendum Venetiis in aedibus Aldi (a), quamquam videtur cognitam habuisse primam Venalicensis editionem. Expressit enim ipsius Macrobii verba ad editionis Iuntinae fere exemplar, sed Graeca ad exemplar editionis Coloniensis [7]), Somnium Scipionis eodem modo exhibuit ac legitur in Ciceronis editione Aldina. Anno MDXXXV. Basileae apud Hervagium (h) Macrobium typis describendum curavit Ioachimus Camerarius, qui codice usus est manu scripto, e quo Graeca protulit multo integriora et ipsa scriptoris verba multo emendatiora [8]). Ex hac editione prodierunt paululum mutatae Gryphianae (g Lugduni anno MDL.). Sed denuo recensuit et penitus emendavit e codice Parisino (P) Macrobium Ludovicus Carrio Parisiis a. MDLXXXV. (s) procurante Henrico Stephano qui in epistola ad Iac. Danesium scripta et de huius editionis ratione disseruit et prodidit praefationem excerptorum e libello de differentiis et societate Graeci Latinique verbi, quae integra editurus erat [9]), sed anno demum

[6]) Apparet errasse Zeunium haec summaria studentem emendare tamquam ab ipso Macrobio profecta, ut pag. 780, ubi in animadversione ad Comm. lib. II. cap. 9. summarium: „Consuetudo, inquit, Macrobii postulat (inspice omnes titulos), ut ante *quomodo* inseratur particula copulandi," et pag. 833. ad Sat. lib. V. cap. 1. summarium: „Ed. vet. non male habet *Tum de quatuor* etc. Nam noster asyndeta non amat."

[7]) Donatus in epistola ad Bapt. Rhamnusium quam praemisit nihil eiusmodi pronuntiavit, sed tantum: „Macrobius, inquit, qui nostra opera deinceps emendatior est habendus" cet.: at iidem fere versus Graeci qui in Coloniensibus leguntur in editione Aldina. Pauci in hac omittuntur qui leguntur in altera certe Coloniensi, ut lib. V. cap. 21.: contra alii in ea leguntur, haud scio an e libris mss. additi, quae desiderantur in Coloniensibus, ut lib. V., cap. 20. § 8.; lib. VII, cap. 5. § 9.; cap. 16. § 28.

[8]) Conf. infra (Cap. VI.) epigramma editionis titulo insertum et quae in epistola ad Paulum Baron. ad Schwartzenberg scripsit Camerarius: „Cum enim mea opella non nihil essem aliquando in Macrobiano quasi ruinoso codice architectatus, et accessisset postea velut fabrilis aliquot librorum ex antiquis quibusdam cartis manus, speraremque cum ad delectationem tum commodum publicum opus illud a me perfici posse: allatum mihi fuit, ut insperatum, ita pulcerrimum et maximum adiumentum veteris alterius codicis, in quo pleni omnes hiatus essent, ubi in vulgatis exemplis Graeca desiderantur. Quae tamen concinnatio eiusmodi erat, ut ingenium non prorsus hebes, industriam vero et laborem singularem evidens descriptio postularet. Exarata enim omnia erant semigraecis literis, sine apicibus sineque discrimine vocum, ut divinandum uno plerumque versu de reliquis esset. Huius libri copia facta mihi fuerat a Iustino Goblero scriba Confluentino, viro, ut apparet, non solum doctissimo, sed etiam cupidissimo publicorum commodorum. ... Is sive audierat de nostris conatibus aliquid, sive putaret excitandos illos, misit eum quem diximus librum nobis, cui, si quid ex hac Macrobii editione utilitatis voluptatisque ceperint studiosi, bonam illius partem acceptam referre debebunt."

[9]) Conf. Henr. Stephani epistolam ad Iac. Danesium scriptam, ubi leguntur haecce: „Sicut Aurelium Macrobium Auli Gellii velut asseclam in

MDLXXXVIII. [10]) ibidem in lucem edidit I. Opsopoeus e codice Pithoei (P). Haec excerpta, quae Elias Putschius Hanoviae MDCVI. recepit in Grammaticos veteres p. 2727-2775., cum ceteris Macrobii operibus primum coniuncta edidit Io. Is. Pontanus, Lugduni Batavorum a. MDXCVII. (pl), qui praeterea secutus est omnino editionem Stephanianam [11]), nisi quod recepit quae Francofurti a. MDLXXXIV. in Novantiquis Lectionibus e codicibus quibusdam Commentariorum in Somnium Scipionis in medium protulerat Franciscus Modius [12]), et in Saturnalibus libri III. octo ultima capita transtulit in librum II., atque libris III. et IV. exordia et libris III. et VI. clausulas affinxit, secutus, ut ait [13]),

---

multis suorum scriptorum locis esse notissimum est: ... ita etiam operam dedi, ut horum (i. e. scriptorum Gellianorum) editioni comes illorum editio esse posset. Nec vero minus auxilii illius quam huius scriptis e libris veteribus allatum fuit: aut certe, si minus, non multo minus. Quamvis enim Ioachimus Camerarius ... plurimos locos in Hervagiana editione ... emendasset, haud pauciores aut paulo pauciores inemendatos reliquerat. Quum itaque Ludovicus Carrio sicut Gelliana ita et Macrobiana exemplaria vetera cum excusis contulisset, quod in Gellio feceram, idem statim et in Macrobio feci; absoluta enim illius impressione ... quam primum eodem modo et apud eundem typographum hanc procuravi. ... Sperabam et gaudebam fore ut quaedam huius scriptoris, quae nondum in lucem prodierunt, ad linguam Graecam pertinentia, una cum caeteris eius operibus in hac editione in publicum venirent. ... Ea sunt quae inscripsit: *De differentiis et societatibus Graeci Latinique verbi*, vel potius ex eo quem ita inscripserat libro excerpta: sed quum me ipsum ex veteri P. Pithoei ... exemplari ea describere necesse foret, quod neminem invenirem cui hoc muneris iniungerem, et aliis tamen rebus occupatus essem, unam tantum partem descripsi, alteram, quum *σχολάσω ἀπὸ τῶν νῦν ἐμὲ ἀσχολούντων*, descripturus. Sed hoc saltem interim tibi gratificari libet, ut quam Macrobius illi tractatui velut praefatiunculam praefixit (eum enim qui illa ex eo excerpsit singula huius verba fideliter puto descripsisse) tibi proponam. Ea igitur est huiusmodi:

Graecae Latinaeque linguae coniunctissimam coniunctionem natura dedit ... quae Graece ἰδιώματα vocantur.

In hoc libello multa sunt quae nobis aliunde fateor esse nota: sed sunt et quaedam a paucis fortasse animadversa. ... Hoc *συγγραμμάτιον* cum meo eiusdem fere argumenti editurum me propediem spero;" — et in praefatione: „Multi fortasse nunquam putassent fore ut post illam Hervagianam Macrobii ἔκδοσιν ... tot loci reliqui essent qui negotium tibi facesserent, et veterum exemplarium opem implorarent. Praesertim vero ad Saturnalia sive ad Saturnaliorum conviviorum libros quod attinet, minus de iis timendum hoc esse videbatur. ... At ecce multi tamen loci, aut potius plurimi, ne dicam infiniti, aliorum vetustorum codicum auxilio egebant, (inter quos non ultimum locum tenet is quem commodato vir doctissimus Petrus Pithoeus dedit, ut vix Ioachimum Camerarium eam operam navasse credi posset. Quamquam nonnullis in locis ab eius lectione Ludovicum Carrionem contra meam sententiam discessisse et fateor et doleo: quin etiam in quibusdam ab ea quae non tantum in illa Camerarii editione .. sed in caeteris quoque extat."

[10]) Errare eos qui dicant I. Opsopoeum excerpta illa primum edidisse a. MDLXXXIII., (cf. ed. Bipont. Notit. liter. p. XI.) patet ex iis quae modo excerpsimus ex epistola H. Stephani.

[11]) In utraque editione notis ad Saturnalia haec praemisit Pontanus: „Semel hoc dixero: Stephani textum, qui optimus visus, expressimus, nisi si operarum alicubi aut alias error fuerit. Caeterum de Scripto quae vel addita vel immutata ad autographum pariter edidimus."

[12]) Conf. epistolas VIII. XX. XL. LXXII. LXXXIV. XCI. CII. CXIV.

[13]) Conf. quam praemisit epistolam ad Arnoldum Witfeldium scriptam, in qua leguntur haec: „Sic ego, dum adolescentiae meae captum philosophiae naturaeque inventis avide augeo ac pasco, secundariis tamen horis

codicem Anglicanum vel Cantabrigiensem (A), quem tamen nihil habere einsmodi supra (cap. II. p. XXXVI.) demonstravimus. Praeterea et suas et Meursii adiecit adnotationes. Anno MDCXXIV. primum prodierunt Casp. Barthii Adversaria, in quibus Somnii Scipionis et Commentariorum loci nonnulli correcti sunt e codicibus mss. [14]) His et iis quae Pet. Scriverius cum eo communicavit usus est Is. Pontanus, cum iterum ederet Macrobium a. MDCXXVIII. (p2), in auctario praesertim notarum. Post eum primus operam navavit Macrobio Iacobus Gronovius, qui morbo impeditus quominus rem ita, ut voluit, perficeret, alteram Pontani editionem, additis tantummodo suis adnotationibus, ad quas adhibuit complures codices manu scriptos haud egregios, sed auctis potius quam minutis mendis, typis describendam curavit Lugduni Batavorum a. MDCLXX., ex officina A. Doude et C. Driehuysen (d). In praefatione [15]) se etiam post illam curam Macrobium e manibus non esse depositurum pollicitus est, et se sperare ait fore ut alii ad ea quae sibi latuissent investiganda tantundem afferrent laboris. Ipsum, licet Macrobium non iterum ediderit, stetisse promissis testantur ea quae enotavit e codicibus Anglicis (cf. cap. V. I, c.): sed de aliis proximo certe tempore spes eum fefellit. Nam qui a. MDCXCIV. Londini edidit opera Macrobiana, is dicitur (ego enim nunquam vidi illas editiones) expressisse faciem exemplarium Gro-

---

ingenii vires et operam libenter impendi his talibus pro parte vel inveniendis vel iuvandis. Et hac quidem occasione Aurel. Macrobium, quem misere mutilaverat elapsi, quod dixi dudum, aevi scaevitas, eruto nuper ex Bibliotheca Anglicana codice pervetusto, reformatum et ordinatum utiliter, lacunisque expletis quam vastissimis veteri sua veste et vultu reducimus. Interfuit enim reip. literariae, post tot meliorum clades, hunc talem scriptorem non lacerum ultra sed integrum, nec integrum solum, sed quam emendatissimum in veteri bibliotheca retineri. Cui etiam rei et Castigationes nostras sive Notas applicuimus."

[14]) Conf. libri XXXVII. capita 16. et 17., libri XXXIX. caput 12. Saturnaliorum unus locus, III, 20. (II, 16.), 5., emendatur lib. XXIII. cap. 18.

[15]) „Si hoc, inquit, quidquid est a me observatorum in Macrobianam Somnii commentationem erumpere privatos parietes libenter vides, Paulus Iunius, nuper scholae Lugdunensis rector, .. habet quod imputet tibi, benevole lector. Post delegatam patri meo ordinationem publicorum librorum (anni iam sunt quatuor), dum curiosius quidquid membranarum aut chartarum veterum illic pestem et Libitinam vitavit, recenseo ac purgo, duorum huius commentarii MStorum situ et squalore horrentium, satis tamen antiquam manum ostendentium, conferendi cupido animum incessebat; et prout quaeque varietas se mihi probarat annotabam. Haec cum ille .. forte conspexisset, vix considerato, essetne aliquid publico dignum, non desiit obtundere amicus affectu nimius, ut ad editionem, quae comparabatur, velut ex symbolo conferrem. Nec negare ei poteram, cui paene omnia iura in me ipse concesseram. Sed et dum Somnium praela properant, idem me Saturnalibus applicuit, in quae nonnihil ex chartaceo eiusdem bibliothecae MS. margini alleveram. Iam procedebant omnia ex voto: iam committebatur operis liber secundus, cum rem omnem perturbavit et vel retroegit βελτίστα μακάρων Ὑγιεία a ferali praecedentis anni morbo mihi quoque adempta. ... Narro autem ista tibi, ut animum advortas ad subita et condicta fercula te vocari. Neque enim ambigendum, quin, si assidue ac diutius inhaerere licuisset, idque corpusculo bene composito, accessione non parva locupletior et pleniore apparatu Macrobius proditurus fuerit. Atque utinam aliquis ad ea quae mihi latuerunt vestiganda tantundem laboris afferre non dedignaretur! Ita certe fore augurarer, ut Macrobius vere nomine suo frueretur. Nos quidem auctorem hunc, qui gratulandum nobis habemus, quod bonorum scriptorum laverna audiat, nec post hanc curam omnino e manibus deponemus, quantum per aliam occupationem fas erit; tantum, ut haec minuta et iuvenilia possint placere, opto."

novianorum, non deletis naevis sed novis inspersis; et Hieronymus Vulpius Patavii a. MDCCXXXVII. ex editione Gronoviana, ad marginem indicatis huius paginis, transscripsisse verba Macrobiana paucis locis mutata ex Aldina vel e Stephaniana [16]). Nic. Heinsius et Petr. Lambecius, quos in Macrobio emendando haud parum operae studiique posuisse ex libro VI. de Bibl. Vindob. p. 266. refert Fabricius Bibl. Lat. tom. III, p. 185., curas suas intra parietes cohibuerunt neque quisquam postea eas emisit. Primus ergo qui post Gronovium ad Macrobium emendandum atque interpretandum aliquid contulerit, fuit I. C. Zeunius: at is, cum Lipsiae MDCCLXXIV. (z) iam Gronovianae editionis aliqua pars esset typis descripta, ad opus accessit casu magis quam consilio, minime praeparatus, nec nisi editionis Coloniensis III. exemplari adiutus [17]), cui nimiam habuit fidem, ut saepe ea revocanda esse censeret quae codicum mss. auc-

---

16) F. A. Ebertus refert tantummodo ad libellum *de diff. et soc. Gr. Lat.que verbi* additas esse Opsopoei et Pontani adnotationes, sed F. L. A. Schweigerus adiectas esse notas editionis anni MDCLXX. In ed. Bipont. legitur: „Qui hanc editionem curavit, Hieronymus Vulpius, basin fecit editionem Iac. Gronovii an. 1670., cum qua contulit Aldinam et Stephanianam, adiunxit vero notas Pontani et Opsopoei. In praefatione agit de usu librorum Macrobii et de praestantioribus eorundem editionibus."

17) Zeunius ipse in praefatione: „Cum Gronoviana, inquit, editio, quam adhuc optimam habebamus, vix posset reperiri, cum ipsa Vulpiana ... certe his in terris admodum esset rara: illam sub finem proximi anni bibliopola quidam exterus hac ipsa in urbe typis repetendam curavit. Verum non ita multo post consilio mutato, quibus de causis nescio, ius suum concessit Lipsiensi bibliopolae. Hic igitur, cum dimidia iam pars esset confecta, rem mihi aperuit, petiitque, ut, si quid haberem, nunc suae adderem editioni. Equidem quamquam cum aliorum negotiorum occupatione tum Terentii edendi causa distentus tenebar: .. conditionem oblatam recepi, promisique aliquot notulas quae inprimis ad lectionum rationem pertinerent, me additurum esse. Verum postquam plagulas ipsas curiosius inspexi, animadvertique non modo quae Gronovianam obsiderent editionem operarum vitia, tanquam sacra mysteria, quae profanis manibus contrectare nefas habeatur, esse relicta, sed etiam, ut fere sit, nisi Argus oculatissimus operarum laboribus invigilet, novorum nubem irrepsisse: coepit me capti consilii non mediocriter poenitere, et parum abfuit, quin illud totum abiicerem. Sed nunc res mihi quasdam ob causas integra non erat. Quapropter, ut et quae restabant servarentur plagulae, et quae iam commissa erant vitia, quantum fieri poterat, lenirentur notarenturque, hanc rationem institui, ut ipse inde a libro quinto Saturnaliorum vetera vitia delerem, melius distinguerem, suum cuique loco laudato numerum, cum ad diversorum auctorum loca facile discernenda, tum aliorum quorundam commodorum gratia, adscriberem... De observationibus, lectionibus et coniecturis, seu quocunque nomine appellare tibi libuerit, quas addidi, quamquam non nego usui lectorum, dummodo lectu dignae habeantur, melius consultum fuisse, si suo quaeque loco statim subiectae essent: id tamen, cum serius, uti ante dixi, ad rem accederem, fieri non potuit, nisi in textu Ciceronis, et in libello ultimo de differentiis verbi Graeci et Latini. In illis autem inprimis spectavi, ut loca corrupta vel lectione antiqua, a qua non semel Stephanum, quem secutus est Gronovius, temere recessisse deprehendi, vel coniecturis e legibus linguae, usu Macrobii et orationis serie petitis emendarentur, praetermissis locis iis quae iam aut a Pontano aut Meursio aut Gronovio satis restituta videbantur. Nisi igitur angustia temporis essem impeditus, omnes omnino editiones Macrobii, uti a principio decreveram, excussissem. Verum nullam nisi editionem alteram, quae cura Arnoldi Vesaliensis, viri docti et diligentissimi, ... Coloniae Agrippinae anno MDXXVII. prodiit, inspicere mihi licuit; quam hic Editionem veterem diximus .. Inde variantes lectiones, quae quidem alicuius momenti esse videbantur, necdum ab aliis interpretibus occupatae, collegi."

toritate nisus respuerat L. Carrio. Praeterea iusto magis opinabatur Macrobium affectare varietatem orationis et fugere asyndeta, et ex his aliisque similibus causis multas protulit audaciores coniecturas, quas quidem non ipsis scriptoris verbis inseruit, sed animadversionibus suis, quibus permulta eum esse probe interpretatum non eo infitias, sicut ne id quidem praetereundum esse puto, quod primus fere omnes (non omnes, nam desideratur notatio locorum in libro IV. inde a cap. 4. § 9.) aliorum scriptorum locos, quos attigit Macrobius, accurate indicavit, et addidit Corrigenda quibus emendaret typographi errata. Haec diligenter correcta sunt in editione Bipontina quae prodiit a. MDCCLXXXIII., ut refert Mahul, cura Crollii et Exteri, qui receptis plerisque Zeunii aliorumque coniecturis, vel iis quae excerpta e Coloniensi III. in Zeuniana leguntur editione, ipsa verba scriptoris non raro in peius mutaverunt, nec quidquam addiderunt quo lector moneretur de mutatis scriptoris verbis aut de iis quae addidit transposuitve Pontanus: nam omni adnotatione caret haec editio, in qua nihil invenitur novi nisi „Index editionum Macrobii auctior Fabricio-Ernestino, inque III. aetates digestus.“ Quum vero haec sola in multorum venerit manus, evenit ut nemo fere intelligat tantum abesse, ut post editionem Stephanianam opera Macrobii emendatiora prodierint, ut a Pontano interpolata et ab editoribus Bipontinis multifariam adulterata nunc ferantur. Nam posthac editus non est Macrobius, nisi quod anno MDCCCXLV. bis in linguam Gallicam est translatus, quibus versionibus addita sunt Latina, alteri (quae est in Collectione Scriptorum Latinorum Nisardi) ex editione Bipontina, alteri (quae est in Bibliotheca Latina quam curat C. L. F. Panckoucke) ex editione Patavina. Illi praemissa est commentatio quam Mahul [18]) composuerat anno MDCCCXVII., foedis mendis depravata, huic alteri laciniae quaedam ex illa commentatione decerptae cum alia quadam farragine mixtae: subiectae sunt utrique levissimi generis adnotationes. Melius profecto consultum esset Macrobio, si contigisset, ut F. Aug. Ernestius exsequeretur consilium eius opera edendi, quod quominus fieret impedivisse incurrentia saepe negotia alia retulit ipse [19]). Nuper de Commentariis in Somnium Scipionis emendandis cogitaverunt Fridericus Osannus [20]) vir praestantissimus et V. D. Holzapfel Berolinensis, sed cum a me hanc provinciam audissent occupatam, opus iam inchoatum reliquerunt, et summa cum liberalitate mecum communicave-

---

[18]) *Dissertation historique, littéraire et bibliographique sur la vie et les ouvrages par Alphonse Mahul*, quae prodiit anno MDCCCXVII. Parisiis et separatim edita apud Lenormant, et *Annales Encyclopédiques rédigées par A. L. Millin*, Septembre p. 21 sqq. et Londini *Classical Journal* vol. XIX. p. 105 sqq.; vol. XXI. p. 81 sqq.; vol. XXII. p. 51 sqq. In qua dissertatione multa quidem leguntur congesta de vita operibusque Macrobii, sed ita ut critici iudicium requiratur. Nuper nullis additamentis aucta (immo dempto Catalogo editionum Macrobii quem auctor sumptum ex editione Bipontina instruxerat adnotationibus haud spernendis) descripta est haec dissertatio tam negligenter, ut idem homo modo vocetur *C. Barthius* modo *Osarth*, et additae inscriptiones incredibilibus scateant mendis.

[19]) Conf. Fabricii Bibliotheca Latina tom. III. p. 185.: „Fuit nobis quondam in animo Macrobii editionem novam parare, eiusque consilii causa magnum numerum editionum veterum collegimus. Sed consilium ad effectum perducere incurrentia saepe negotia alia et labores non siverunt.“

[20]) Cf. M. Tullii Ciceronis de re publica librorum fragmenta. Recens. et annotatione critica instruxit Frid. Osannus. Gottingae MDCCCXLVII. Praefat. p. VII.

runt apparatum a se collectum [21]). Scriptorum Graecorum fragmenta quae insunt in Saturnalibus praeclarissime tractavit F. Guil. Schneidewinus [22]): singula quaedam Aug. Meinekius [23]). Praeterea nihil fere ad Macrobii opera emendanda contulit nostra aetas: sed in eo consentiunt homines docti plerique, ut censeant ea digna esse quae accuratius quam hucusque factum sit pertractentur [24]).

Neque tamen non male audivit ab hominibus doctis Macrobius. Desiderii Erasmi de eo iudicium protulimus supra (p. VI.). Plura eiusmodi in libro quem inscripsit de plagio (a. MDCLXXIII.) collegit I. Thomasius, qui quidem ipse (§ 532.): „Quem tamen, inquit, quia se apem alienorum operum palam fatetur, vellem viri docti aliorum haud exigua in rem literariam eius merita contemplantium exemplo paulo civilius tractavissent", sed affert eundem illum Erasmum qui (Adag. MCCXXXI.): „Meminit, inquit, et Seneca epistola quadragesima septima. Cuius verba sublegisse videtur Macrobius, ut est omnium auctorum vere fucus", et M. Antonium Muretum, qui ad Senecae de Beneficiis lib. III. cap. 18.: „Totam, inquit, hanc disputationem de servis .. partim ex hoc Senecae loco, partim ex epist. 47., partim ex Valerio consarcinatam Macrobius libro I. Saturnaliorum pro sua venditavit. Sed et ex Agellio et e Plutarchi Symposiacis tam multa, nullo pudore, in septimum librum Saturnaliorum suorum transtulit, ut appareat eum factitasse eandem artem quam plerique hoc saeculo factitant, qui ita humani a se nihil alienum putant, ut alienis aeque utantur ac suis", et Petrum Crinitum, qui de honesta disciplina lib. XX. cap. 7. p. 500. de praetexta in Saturnalibus ait multa referri, quae Macrobius e Gellianis Noctibus maiore studio quam iudicio transtulerit: cum sit obnoxiae mentis et ingenii maxime infelicis numquam fateri, per quos auctores profeceris, et ibid. lib. XXII. cap. 4. p. 534.: „Hoc etiam, inquit, Macrobius, ut alia complura e penu Gellianae eruditionis in suas coenas depromsit, homo satis quidem eruditus, sed ingenio maxime ingrato ac prope impudenti, ut qui in tanto aeris alieni cumulo nusquam creditoris nomen profiteatur". Deinde adiicit haec: „Basilius Faber Lexico sub Macrobii: „„Macrobius fur dictus ideo quod ex eo inter commentarios suos multa descripsit Gellii nomine dissimulato."" Vinc. Opsopoeus Not. in Anthol. lib. III., f. m. 427.: „„Hactenus Gellius (II, 18). Non aliis verbis idem confirmat etiam Macrobius (Sat. I, 11., de Epicteto), Gelliana simia."" Andr. Schottus I. Tull. Quaest. 15. p. 41.: „„Agellius eiusque postea aemulus ac laverna Macrobius."" Vossius I. de histor. Gr. 20. p. 131.: „„Idem (quod de Albino Gellius refert XI, 8.) legere est apud bonorum scriptorum lavernam Macrobium in prooemio Saturnalium."" Vossius de

---

[21]) Cf. cap. V. I, c.

[22]) Cf. Zeitschrift f. d. Alterth. Wiss. 1843. N. 32 ff. et 1844. p. 158. — Rhein. Museum. Neue Folge, II. Jahrg. (1843.) p. 636 ff.; III. Jahrg. p. 69 ff.

[23]) Cf. Analecta Alexandrina. Berolin. MDCCCXLIII. p. 225 sqq. et Zeitschrift f. d. Alterth. Wiss. 1844. p. 11.

[24]) Cf. G. Bernhardy, Grundriſs der Röm. Litteratur. Halle 1830. p. 330., not. 588. — A. Stahr, Aristoteles bei den Römern. Leipzig 1834. p. 184. — J. C. F. Bähr, Geschichte d. Röm. Litt. Carlsruhe 1845. vol. II. p. 600. — B. Klotz, Handbuch d. lat. Litt.gesch. Leipz. 1846. vol. I. p. 130. — De meis studiis Macrobianis egi in praefatione. De editionibus h. l. emissis vid. cap. VI.

historicis Lat. III., p. 721.: „„Macrobius quaedam habet quae non dubium quin ex Solino exscripserit, nempe illa de annorum divisione et diebus intercalaribus.““ Petrus Crinitus epist. ad Alexandr. Sartium (inter epistolas Aug. Politiani lib. XII. ep. 22. p. m. 495.): „„Ingratitudinis vitio dapibus partim emendicatis partim subfuratis coenas suas instruxit.““ Franc. Modius ep. VIII. Lectionum Novantiqu. p. 29.: „„In Macrobio scriptore intra mediocritatem bono, non malo certe, si plagii eius fama non vapularet, haec notata mitto.““ Ian. Dousa c. 9. praecid. in Petron. Arbitr. p. m. 355.: „„Omnium, inquit, disertissime Ioannes Sarisberiensis (IV, 5.), non quidem de suo (id quod corniculae isti cum fartoribus semipriscis, Solino puta, Macrobio, Isidoro atque aliis eiusdem farinae mangonibus).““ Lud. Carrio ap. Grut. III. Lampad. p. 118.: „„prope ut absit, quin illius ipsius rhapsodi (Macrobii), cuius alia etiamnum scimus flagitia restare ingentia, peccatum esse debeat existimari.““ Bassianus Land. lib. II. Anat. p. ult. „Ex quo planissimum est fucum autorum Macrobium vehementer errasse, quod inter intestina mesenterium retulit.“ Conrad. Heresbach praefat. ad lectores librorum suorum de re rust. *5.: „„Coelium (Rhodiginum) optimorum autorum fucum conviciantur quidam (fecit hoc Eobanus cit. Magir. eponym. crit. p. 169.). Nec desunt qui eodem crimine traducunt Macrobium, cum tamen illos omnes de bonis literis bene meritos fateri cogamur.““ — Praeterea Hieronymus Mercurialis Variar. Lection. (Venet. MDXCVIII.) lib. III. cap. 5.: „Macrobius, inquit, qui totum Saturnaliorum suorum septimum librum ex Symposiacis Plutarchi verbotenus furatus illius nunquam mentionem fecit, si a nobis interdum damnabitur, eum ingratitudinis suae debitas luere poenas aequi iudices clamabunt.“ In Fabricii Bibliotheca Latina vol. III. p. 182. ed. Ern. citatur etiam Guilelmus Saldenus de libris pag. 167, 176 seq. Iovianum Pontanum et Scaligerum patrem commemorabimus infra. Chr. A. Heumannus in Conspectu reipublicae literariae (Hanov. MDCCLIII.) cap. VII. § 39. Macrobium in eorum refert numero, „qui totos aliorum libros inversis vestigiis Caci instar Virgiliani faciunt suos.“ Etiam Io. Meursius in not. ad Sat. I, 8. Macrobium vocat simiam Auli Gellii. Mahul denique l. c. in eo eum censet esse reprehendendum, quod non certa ratione in operibus suis utatur, neque iustam rerum continuet seriem.

Contra homines quidam docti nimiis paene eum efferunt laudibus. Sic Ioannes Rivius in epistola ad Raphaelem pictorem scripta quam praemisit edit. Venetae a. MDXIII.: „Macrobii Aurelii Theodosii, inquit, in Scipionis somnium scripta multo (ut aiunt) papavere ac sansucco sparsa: .. nec non eiusdem convivia: olivas inquam Atticas amarulentas: ... opus mehercle omni auro liquidius: purius: clarius: et sine quo Venetum Maronem, poetarum omnium eminentissimum, (ut alia omittam) non magis studiosi intelligere possunt quam bene olere qui diu in culina versantur.“ Arnoldus Vesaliensis in epistola ad lectorem (ed. Colon. a. MDXXVI.): „Doluimus, inquit, aliquandiu vicem tanti autoris, tamque in omni eruditionis genere praestantis; mirifici quidem citra omnem controversiam, in coelestium orbium numero ordine et concentu explicando: praecipui in Platonicae doctrinae prodendis mysteriis, in sacrorum ratione tradenda anxii, in poetarum obtectioribus locis et enodandis gryphis accurati, in iis denique universis, quae vel ad naturae lascivientis prodigium vel ad humani ingenii otiosam diligentiam pertinent, nusquam non circum-

specti et seduli.“ Nicolaus Angelius in epistola ad Ioannem Salviatum quam praemisit editioni Iuntinae dicit „pulcherrimam ac disciplinarum omnium refertam Saturnaliorum Macrobii lectionem“. Donatus Veronensis in epistola quam praemisit editioni Aldinae his verbis eum defendit: „Ideo autem huic operae nostrae patrocinio tuo opus est, quod sunt quibus Macrobiana haec non undecunque operae pretium absolvere videantur, quippe quae vel de Virgilio nostro non omnino verum quoddam iudicium contineant, ac potius et audacter et temere conscripta esse videantur. Ego vero Macrobium tanti momenti esse puto ad Virgilium Ciceronemque intelligendos, ut plane affirmare non dubitem plus unum hunc collaturum esse quam omnes omnium grammaticorum commentarios, multoque etiam plus quam praecipue Virgilius ipse sibi, quamvis diligenter lectus ac relectus, praestare queat. Et cum veterum poetarum nullum fuisse appareat quem non ille et assidue legerit et memoria comprehensum tenuerit. Tot praeterea tantaque Virgilianae poeseos mirabiliter arcana prodiderit, nec quisquam unquam plenius tanti poetae laudes sit persecutus, neminem illi nisi iniquum prorsus ac tristem iure invidere dixerim, quod etiam huius poetae loca quaedam ausus sit revocare ad censuram. Quod tamen ille et in una Aeneide facit, quam ne ipsi quidem autori omni modo probatam fuisse constat, ut in hoc Macrobius poetae ipsius iudicium commendasse videatur; et sub alterius persona, ut in dialogo mos est, et Graeci hominis persona, quam sane aliter nullo modo servare potuisset, nisi illi quae Graecum hominem deceant, tribuisset: et ipso post convivium tempore, cum vel contra manifestam veritatem, ut libere dicatur, permitti solet: ut, si ulla in re magni iudicii vir sit habendus Macrobius, in hac non sit nisi maximi habendus: puto, qui omnes ad unum et Platonis et Platonicorum dialogos ita usu tritos habebat, ita legendo sibi familiares effecerat, ut nihil eum videatur, quod ad legem dialogorum pertineat, latere potuisse. Quas ob res ego quidem tam illi, ut etiam de Virgilio in aliquibus iudicare potuerit, concedendum fuisse arbitror, quam idem est sine ulla dubitatione inter vere philosophantes connumerandus.“ Adde praefationem notarum Io. Is. Pontani: „Habes, Macrobium, lector, et habes, ut dixi, non ut antea truncatum et lacerum, sed sua et veteri forma. Meruerat certe hanc operam Macrobius, quo nescio an hodie cumulatior in Latio alius omnigenae scientiae spico. Quis illo ad Pythagorae Platonisque divina mysteria vel ductor melior aut doctor? Quis in orbium caelestium ratione et positu, quis in eorum ex Samii placito concentione prodenda sublimior? Antiquitatis vero in eo ille cultus, ea sacrorum rituumque enodatio, illa in veterum obtectioribus aperiendis locis accuratio, ea denique in ipsis naturae lascivientis miraculis, aliisque humani ingenii deliciosis inventis eminentia, ut laudis iam diu delatae vitium sit talia velle laudare.“

Alii consideratius de eo iudicaverunt. Ipsum Thomasium, qui in plagiariorum numero eum referat, esse eius patronum vidimus supra: quocum consentit I. Alb. Fabricius, qui (Biblioth. Lat. tom. III. p. 183. ed. Ern.): „Multa, inquit, in his libris ex Gellio mutuatum Macrobium et librum septimum fere integrum ex Plutarcho repetiisse observatum est, sed propterea plagiariis annumerandum esse non facile dixerim,“ et Morhofius (Polyhist. liter. l. IV. c. 14. n. 19.) et Stollius (Introduct. in hist. lit. prooemio de historia liter. generatim spectata § 64. n. 2.), quos citat I. N. Funccius (De vegeta Latinae linguae senectute commentar. § XXX.). His adnumerandi sunt ex iis quos supra memoravimus Franc. Modius

et Conrad. Heresbach. Idem ille Funccius (§ XXIX.): „Verum suo tempore, inquit, non vulgaris eruditionis fama illustrem et magna auctoritate fuisse vel inde patet, quod Rufus Festus Avienus ... et ipse vir consularis eruditissimorum nulli secundus Aesopicas illi suas inscripsit fabellas, quarum prooemio inter alia ad Theodosium (videlicet Macrobium nostrum): „„Quis, scribit, tecum de oratione, quis de poemate loqueretur? quum in utroque literarum genere et Atticos Graeca eruditione superes Latinitate Romanos."" Caelius Rhodiginus [Lect. ant. t. XIV. c. 5. „„auctorem excellentissimum et virum reconditissimae scientiae"" nominat. Sed patrocinium longe maximum sibi a Io. Henrico Boeclero .. promittere potest. Verba (Bibliograph. crit. p. 25.) dabimus integra: „„Macrobius inquit, valde contemnitur a Ioviano Pontano in Antonio suo et Scaligero in Poeticis: luculentissimi tamen sunt eius Commentarii in Somnium Scipionis. Nec minus difficillimum opus est aggressus in Saturnalibus, quae, etsi non ubique exacte tractavit, magnis tamen excidit ausis et viam monstravit aliis ulterius de eo meditandi. Lipsius certe fuit inter eos qui eum valde aestiment."" Et eum porro laudat decore et perspicue loquentem." Idem (§ XXXI.): „Stilum, inquit, Macrobii Io. Sarisberiensis (Policr. l. VIII. c. 10.) valde admiratur, et satis praedicare nequit. ... Scilicet pro ingenio quisque suo iudicat. Et qui veram linguae cum elegantiam tum maiestatem non capiunt, sordes et maculas pro virtutibus commendant. Emunctae naris criticus [Des. Erasmus] ire maluit in alia omnia: cui Macrobius variorum videtur contexere centones. ... Facile ubique deprehendes stilum eius esse minime cultum, et varium, ut aliena magis quam sua tradit, et cum rebus ipsis veterum quoque dictionem exprimere studet. Neque adeo omnia pro ratione seculi videntur esse inepta. ... Ipse Macrobius fatetur in sermone suo nativam Romani oris desiderari elegantiam ... Hadrianus vero Cardinalis (de serm. Lat. p. 11.) sibi persuadet tempora sua hac imperfectione infecta laborare. ... Attamen grammaticus noster suis libris passim profert quae philologiam Romanam illustrant, quamvis uberior sit rerum philosophicarum et antiquitatum in illis seges atque adeo eruditionis omnigenae haud quaquam contemnenda messis." Ibidem commemoratur Laurentius Valla, qui (in errores Antonii Raudensis annotat. p. 40. al. 752.): „Quid est autem, inquit, cur meum praeceptum tantopere derideas? quia Macrobius aliter usurpat? Esto. Quid Cicero Quintilianusque, quos inprimis imitandos propono? Usurpantne et ipsi aliter, an non? Si usurpant, cur non eorum profers potius exempla? Quid Macrobium unum, doctum quidem virum sed nequaquam ex eloquentibus, mihi obiicis?" Noli tamen existimare Laurentium obtrectare Macrobio, nam alio loco (Elegant. lib. I. p. 45.) eum dicit „curiosissimum in loquendo et reconditissimae scientiae". Adde, quos citat Thomasius l. c., Io. Ludovicum Vivem, qui (praefat. Vigiliae in Somn. Scip.; inspice etiam lib. III. de trad. discipl. p. m. 323. 326.): „Macrobius, inquit, vir eruditissimus, etiamsi et aliud in tota non egisset vita, in qua revera pro virili sua litterariae reipublicae bene laboravit: sed si aliud praeterea non egisset quam servare nobis hanc omnis eruditionis thesaurum, optime de studiis omnibus fuisset meritus", et Reinesium qui (epist. ad Rupert. p. 462.): „De Macrobio, inquit, quoniam Xylander adeo sprevit virum, cuius tamen nihil cognitum habuisse videtur, hoc etiam dicam, fuisse inter aetatis suae doctissimos sine controversia eximium quendam." — Praeterea

Fr. Vavassor (de ludicra lectione sect. III. § 2.): „Si quem, inquit, adiungere debemus Gellio, comitem debemus Macrobium, a quo Gelliana videmus tam multa totidem excerpta et relata verbis fuisse. Quin etiam habet peculiaria quaedam et sua, ex quibus maior spes ostenditur, fore ut morem nostrorum hominum et locationes persequatur.“ Casp. Barthius (ad Claudian. p. 791.): „Omnino, inquit, aliis libris inventis opus erit, ut is auctor concilietur ordini suo, quos inquirere adhortor quibus talium copia est: utilis enim est scriptor, quamlibet aliorum excerptor: cum sic etiam non pauca nos doceat nullibi antiquitatis alibi exstantia.“ Iac. Gronovius tantummodo dicit nos gratulandum nobis habere quod bonorum scriptorum laverna audiat. Hieronymus Vulpius in praefatione editionis Patavinae: „Nemo fere, inquit, est illorum qui studia humanitatis cum disciplinis gravioribus coniungere amant, cui Macrobii scripta et grata et explorata non sunt.“ Denique omni, qua par est, laude cumulatum videas in praefatione I. C. Zeunii, qui: „Etsi Macrobii, inquit, ingenium et scripturae genus, si cum nonnullis aliis Graecae Latinaeve antiquitatis auctoribus comparatum fuerit, non satis probatur commendaturque: tamen ob varietatem praestantiamque rerum, quas aliunde compilavit ac congessit, atque ob loca auctorum, inprimis poetarum, laudata, quae aut solus nobis servavit, aut certe sua lectione comprobare recepta, corruptaque emendare potest, eius libros non modo lectu esse iucundissimos, sed et cognitu utilissimos censemus, praesertim cum dicendi genus non ubique tam barbarum reperiatur, ut delicatum lectorem prorsus debeat deterrere: imo saepe ita sit nitidum, elegans et variatum, ut vitia, si qua sunt, et Graecismos, qui quidem non raro deprehenduntur, facile aequus lector, opinor, condonet. Multa enim, eaque haud contemnenda, hic continentur, quae ad veterem philosophiam, eiusque partem, physicen, inprimis Pythagoricam et Platonicam, cognoscendam, ad ritus quosdam Graecorum Latinorumque omnis fere generis discendos, ad significationes quorundam verborum recte interpretandas, ad loca poetarum comparanda et iudicanda mirifice valeant.“ Nuper alii haud inique de eo iudicaverunt [25]).

CAPUT QUINTUM.

DE CODICIBUS MANU SCRIPTIS MACROBIANIS.

Commentarii in Somnium Scipionis et Saturnaliorum libri quum non nisi in paucissimis, omnia opera Macrobiana in nullo codice manu scripto inveniantur coniuncta, de singulis operibus deinceps est tratandum: idque ita instituam, ut enumerem codices primum ab aliis ad singulos Macrobii

---

[25]) Cf. Bernhardy, Stahr, Bähr, Klotz ll. cc., W. A. Becker, Handbuch d. Röm. Alterthümer, vol. I. p. 61.; etiam Mahul l. c., quem quidem in Macrobii operibus desiderare certam rationem vidimus supra. Hic affert etiam Chompré, Selecta Latini sermonis exemplaria, 1771., t. III., et Traductions des modèles de latinité 1748–74 t. III., et Coupé Soirées littéraires t. IV.; M. H. D. Suringar, Histor. crit. scholiastarum Latinorum, Lugd. Bat. 1834. part. I. § 4. p. 161 sqq., ubi (p. 166.) afferuntur iudicia astronomicorum, Montuclae Histoire des mathématiques T. I. p. 492, et Delambre Histoire de l'astronomie ancienne. T. I. 299.

locos emendandos adhibitos, deinde a me vel ab aliis meo commodo excussos, tum antea excussos sed nondum adhibitos, denique inspectos singulis locis.

I. **Codices Commentariorum in Somnium Scipionis.**

a) Ab aliis ad singulos locos emendandos adhibiti.

Praeter **Camerarium** et **Carrionem**, quorum codices commemorabo infra, ubi agam de Saturnalibus, codicibus manu scriptis usi sunt **Franc. Modius, Casp. Barthius, Iac. Gronovius** [1]).

1) **Franciscus Modius** Brugensis in **Novantiquarum Lectionum** epistolis, quas supra commemoravimus, non paucos locos qui in editione Aldina (qua est usus) ei viderentur corrupti emendavit adhibitis codicibus manu scriptis quos vocat plerumque vel **scriptos** vel **membranas** vel **duo manu exaratos**. Semel in epistola XX. ad Ioannem Posthium Archiatrum Wirceburgicum scripta: „Repono, inquit, ex **membranis vestratibus** pariter et **nostratibus**", quae membranae non aliae esse videntur nisi libri manu scripti de quibus in ep. LXXXIV. Hieronymo Hagio scribit: „Veram lectionem repono ex **libro scripto Franciscanorum apud vos** et altero **qui est Suffridi Petri Leovardensis I. C. Antecessoris Coloniensis** mihique summe amici." Wirceburgi nullus nunc exstat codex Macrobii. F. Modii emendationes ab Is. Pontano ascitas esse fere omnes supra retulimus. Sunt eae probae plerumque: sed confirmantur fere omnibus meis codicibus, ut, cuius familiae fuerint illae membranae, inde erui non possit.

2) **Caspar Barthius** in **Adversariorum** libri XXXVII. capite 16. „**apud Rauracos**" ait se contulisse duos libros manu scriptos. De iisdem ibid. c. 17.: „Macrobii, inquit Commentariorum in Somnium Scipionis ex sexto de re publica Ciceronis superstes **duos codices** manu exaratos contulimus. In altero titulus est: *Macrobii Theodosii viri consularis et illustris Commentariorum tertiae diei Saturnaliorum liber primus incipit* ... In **altera codicis vetusti pagina** haec verba reperiuntur: Titulus talis est: *Macrobii Ambrosii Oriniocensis in Somnium Scipionis commentarium incipit.* ... In altero codice: *Macrobii Ambrosii Theodosii viri clari et illustris Commentaria ex Cicerone in Somnium Scipionis incipiunt.*" **Pontanum**, qui in alteram suam editionem haec ita transtulit, ut tres Barthium habuisse statuerit codices mss., refutavit **Iac. Gronovius** in adnotatione ad Comment. I, 1, 1. Quae ex his codicibus ll. cc. et lib. XXXIX, c. 12. protulit **C. Barthius**, ea pertinent tantum ad

---

[1]) **Vetus codex**, quem in suis adnotationibus commemorat **Io. Meursius**, non est manu scriptus. Nam ipse (ad Sat. I, 15, 12.): „**Vetus codex meus excusus anno** MDXXI. **habet scibit**", et in extremo notarum libello: „Ne sis nescius, editionibus usus sum binis, una recenti Henr. Stephani anni MDLXXXV., altera **vetusta Bononiensi anni** MDI., cum qua hanc posteriorem contuli." Aut numerum MDXXI. aut MDI. aut utrumque falsum esse apparet, nisi forte urbis nomen corruptum est. Editio Bononiensis anni MDI. commemoratur a Funccio l. c. § XXXIII. et in Fabricii Bibl. Lat. tom. III. p. 183. et ab editoribus Bipontinis p. VIII., sed e Meursii tantummodo auctoritate, ut videtur. Nemo certe huius editionis profert titulum. Ebertus et Schweigerus l. c. eam ignorant, neque ego eam inveni in ulla bibliotheca. Si **Brixiensis** III., quae prodiit a. MDI., ut duae priores editiones Brixienses curata esset a **Bonino de Boninis**, hanc intelligendam esse putarem. Nunc haereo dubius, quoniam in hanc rem incidi tum demum, cum iam reddideram editiones veteres quae e compluribus bibliothecis mihi fuerant missae.

quattuor prima Commentariorum capita, nec magni sunt momenti. Prior autem ille codex scholia videtur continuisse qualia leguntur in cod. Emmeranensi (E3), et in uno codice I. Gronovii, de quibus vid. supra c. I. p. II.: de priore eiusdem inscriptione conf. c. II. p. XII. Alterius codicis inscriptio (si excipias scripturam *clari*, de qua vid. c. I. p. III.) convenit cum fragmento Gronovii, de quo vid. infra d).

3) Iacobus Gronovius in praefatione (cf. p. LV.) dicit se duas huius Commentarii contulisse codices antiquos et in Saturnalia nonnihil ex chartaceo Ms. margini allevisse. At idem ad Commentarios praeter duas illas membranas saepe [2]) citat tertium codicem chartaceum, praeterea non raro [3]) Oxoniensem, ut quattuor Commentariorum codices Mss. cum habuisse appareat, quem numerum ipse confirmat in adnotatione ad Comm. I, 2, 14. De his infra agam, ubi ad ea pervenero quae e codicibus Leidensibus mecum communicavit Iac. Geelius V. Cl. Ibidem disseram de iis quae e codicibus Anglicis enotavit idem Gronovius, quoniam neque ab ipso sunt edita neque ad emendandum Macrobium adhibita.

b) A me vel ab aliis meo commodo excussi.

1) Bambergensis (B), in membranis formae maximae, ut videtur, sec. XI. et XII. scriptus, (M, IV, 15.; in catal. Iaeckii N. 875.), continuit olim XLIV. foliis, quorum quaevis pagina continet lineas XLI. vel XLII. in binas columnas divisas, Ciceronis Somnium Scipionis cum Macrobii Commentariis: sed nunc codex est mutilus et continet tantum XXXVI. folia. Habuit enim quinque quaterniones duplices unumque simplicem, e quibus tertius intercidit, et quintus deinde ante quartum positus est, ut codex a lib. I. c. 12. § 14. verbo *Phyticon* (*) transeat ad libri II. c. 5. § 10. verba: (***) *frigoris vel caloris geminam*, et a libri II., cap. 15. § 11. verbis: *cum mel dulce appellamus* (****) redeat ad lib. I. c. 19. § 24. verba: (**) *stellarum alias interventus*, et a lib. II. cap. 5. § 10. verbis: *pressis nimietate vel* (***) transeat ad cap. 15. § 11. verba: (****) *non aliud quod*, et omnino desiderentur verba: (lib. I. c. 12. § 14.) (*) *vero id est naturam plantandi et augendi*, usque ad (lib. I., cap. 19. § 24.): *sed harum* (**). A compluribus librariis scriptus esse videtur codex, neque eodem tempore. Graeca verba scribuntur literis maiusculis sine accentibus. Compendia inveniuntur satis multa, etiam ɔ pro *con*, in posterioribus quaternionibus plura quam in primo. Orthographia ea fere est, quam ascivi in scriptoris verbis describendis. Aliquando scribitur *aput set habunde calumpnia*, alia similia, semel (I, 2, 8.) *apulegium*, et (I, 4, 5.) *gragis*. Verba Ciceronis ubi a Macrobio suis commentariis inseruntur, saepe non integra inveniuntur, sed prima tantum et ultima, interpositis verbis: *usque ad*. Figurae complures appictae sunt. Tabula qua refusiones demonstrantur Oceani nata esse videtur ex ea quam huic volumini addidi, sed misere corrupta. Contuli cum ed. Bipontina.

2) Frisingensis 164. (C, i. e. Corbinianus), nunc Monacensis, membranaceus sec. IX., continet foliis XXIV. formae quadratae Macrobii Commentariorum in Somnium Scipionis partem a lib. I. cap. 14. § 21. usque ad libr. II. cap. 9. finem. Quaevis pagina continet lineas non divi-

---

[2]) Conf. I, 1, 6; 5, 6; 6, 35; 9, 3; 10, 16; 15, 18; II, 1, 1; 2, 17; 3, 4; 5, 27; 7, 10.

[3]) Conf. I, 7, 3; 10, 10 et 16; 14, 6; 15, 1 et 15; 20, 21; II, 5, 21; 9, 10.

sas XXVIII., stilo, nullo colore, signatas, e quibus prima et ultima quaeque excurrunt in marginem binis lineis limitatum. E scriptura colligas codicem non ab uno quidem librario sed eadem aetate totum esse exaratum. Graeca scripta sunt literis uncialibus. Ceterum satis negligenter est scriptus, et multa omissa sunt, quae solent suppleri in margine. Praeterea ibidem saepe notatur argumentum: principio adscripta sunt haecce: *Macrobius ho . . . . . . tes id est interpres somniorum in hoc libro de differentia stellarum et siderum carpso* (fort. *carpto*) *ex ipsius libris prudenter Scipionis. apocalipsin quam in somniis conspexit interpretari curavit, ex cuius* (fort. *et huius*) *etiam scipionis* (sup. add. *verbis*) *ad filium somnia narrantis multa inseruit, ut eorum interpretatio atque solutio libere discurrat et clarescat...* De quibus vid. c. I. p. II. Prima codicis pagina a librario vacua relicta est. Leguntur autem in ea posteriore aetate scripta haecce: „Iste liber sanctae Mariae et Sancti Corbiniani"; et praeterea partitiones quaedam philosophiae et physicae, interpretatio vocis *alleluia*, magnumque schema intervallorum musicorum. In altera pagina legitur inscriptio: EX LIBRIS MACROBII DE DIFFERENTIA STELLARVM ET SIDERVM: QVI (sic et hic et infra legitur pro QVID.) SINT STELLAE. QVI SIDVS, a correctoris, ut videtur, manu. Paulo infra (ante § 24.) ab ipso librario insertum est: DE CIRCIS ET SPERA, et § 27. ante vocem *Causam:* VERBA CATONIS VEL SCIPIONIS. Cap. 15. § 8. pro verbis: *Quibus autem partibus zodiacum intersecet, superius iam relatum est. Haec de lacteo*, excerptor ea ad quae pertinet illud: *superius iam relatum est*, huc transtulit ex cap. 12. § 1., ut legatur: *temperaret. Et ita lacteus circulus zodiacum obliquae circumflexionis occursu ambiendo complectitur .... cuius terminos numquam relinquit.* Sequitur inscriptio: DE DECEM CIRCVLIS, et ante cap. 20. § 9.: ITEM EIVSDEM ANDROSII MACROBII DE SOLIS MAGNITVDINE. In fine (lib. II. c. 9. § 10.) omissis verbis: *quod doctrinae propositum non minus in sequentibus apparebit*, legitur verbis quibusdam (ut in aliis codd. et edd. plerisque) ex c. 10. § 2. hac annexis: *quae in tam parvo magna esse non poterit, ut contentus potius conscientiae praemio gloriam non requirat.* Quae videntur esse instituta, ut commodus pararetur finis, neve quidquam in his excerptis desideretur. Duo ultima folia fortasse paulo posterius quam reliqua sunt scripta. Continent libri II. capitis 9. finem cum figura ei quam e cod. F recepi simili, praeter quam margini appicta est alia minor atque simplicior. Nulla distinctione facta adiunguntur verba lib. I. cap. 3. § 17.: *Si quis forte quaerere velit*, et quae sequuntur usque ad capitis finem, et additis quibusdam figuris, sed nulla inscriptione, excerpta quaedam e Plinii Naturalis Historiae libro II., ed. Sillig. § 12., §§ 32-44., §§ 83 et 84., et inserta inscriptione: DE ABSIDIBVS EARVM, §§ 59-61., §§ 63 et 70., §§ 66. 67., §§ 71-80. Contuli cum ed. Zeun.

3) Frisingensis 162. (F), nunc Monacensis, sec. X et XI., membranaceus, foliorum LXXXV. formae quadratae, quorum paginae fere continent lineas XXXIII. non divisas, nullo colore ductas, in marginem non excurrentes. Continet foliis I-XXXIV. Boethii commentarios in Topica M. Tullii Ciceronis, et foliis XXXV-LXXXIV. Ciceronis Somnium Scipionis cum Commentariis Macrobii. Sed has partes non ab initio fuisse coniunctas et folium XXXV. ab alio quodam librario in locum folii abscissi substitutum esse patet et ex scriptura, quae in primis foliis XXXIV. vetustior in folio XXXV. recentior, esse videa-

tur quam in reliqua codicis parte, et e specie obsoleta folii XXXVI. et sequentium, et ex inscriptione: „Liber iste sanctae Mariae sanctique Corbiniani Frising.", quae legitur in foliis I. et XXXVI. Sed ne commentarii quidem Macrobii ex uno eodemque fonte fluxerunt. Namque ubi incipit cod. C, (lib. I. cap. 14. § 21., fol. LIII. v.) exstant reliquiae inscriptionis rubro colore pictae, a correctore, ut videtur, deletae; Cap. 15. § 8. eadem quae in cod. C inseruntur; Cap. 20. § 9., ut in illo, legitur inscriptio: DE SOLIS MAGNITVDINE. Reliquae illius codicis inscriptiones in hoc non inveniuntur. Finis libri I., qui in illo non notatur, in hoc ab antiqua manu signatus est post lib. II. c. 1. § 1., sed a recentiore manu suo loco. Ubi cod. C desinit (post fol. LXXIV. v., lib. II. cap. 9., ubi recte, ut in integris et plenis codicibus, legitur: *magna esse non poterit, quod doctrinae propositum non minus in sequentibus apparebit.*), inseritur, ut in illo, pars posterior capitis 2. libri I., et deinde adduntur eaedem figurae eademque excerpta Pliniana, sed ordine paululum mutato. Videtur enim librarius usus esse codice cuius unum folium exciderat horum excerptorum aliquam partem continens, quam deinde alius quis in folio sequenti supplevit: alia quaedam eorum pars in codicis folio extremo suppleta est. Vel ex his quae modo retuli elucet non ex ipso codice C, sed ex alio huic simili, fluxisse mediam huius codicis partem, idque confirmatur ipsa eius conditione, cum hic non tam lacunosus sit quam ille. Reliquae commentariorum partes ex alio codice desumptae sunt, non ab eodem librario, fortasse ne eodem quidem tempore scriptae: nulla tamen post seculum XI.: nam ne in extrema quidem parte, quae posterius scripta esse videtur, ea sunt scripturae compendia quae inferiorem prodant aetatem. Finem commentariorum nulla subscriptione significatum excipiunt praeter excerpta Pliniana quae supra memeravi fol. LXXXIV. v. nonnulla *de coniunctionibus elementorum*, quae incipiunt a verbis: *Ex his ergo IIII. elementis fiunt coniunctiones duae mediatae. IIII. immediatae*, et desinunt in haec: *sic aqua et terra una, ut subiecta descriptio docet.* Sequitur folio LXXXV. Expositio de horologio, quae incipit a verbis: *Rem quaesitu arduam et parvitati nostrae onerosam domine mi ac praeceptor venerande inchoamus dum quae potius vestra voluntas destinavit, exsequi conamur. Ardua quippe est ratio horologii, sed scitu utilis*, et desinit in haec: *His ita dictis probatur et factum illud laudabile esse et dictum abhinc nostrum credibile.* Cui subiunguntur schemata quaedam ad logicam pertinentia. Descriptiones in hoc codice inveniuntur eaedem fere quae in ceteris, sed diligentius quam in plerisque aliis sunt delineatae, ut inde desumptae sint maxima ex parte eae quas huic volumini subiiciendas curavi, inprimis ea qua describuntur refusiones oceani. Scripturae compendia in posteriore parte sunt frequentiora quam in priore, sed nusquam legitur ꝰ pro *us*, vel ɔ pro *con*. Litera *y* solet puncto signari, literae *a* et *i* passim literis *m* et *n* infra lineam adnectuntur. Contuli cum ed. Zeun.

4) Salisburgensis aulicus 36. (S), nunc Monacensis, membranaceus sec. XV., continet foliis CCXXXIII. et Saturnalia et Commentarios in Somnium Scipionis. Codex est nitidissimus: ornatus est picturis margo paginae primae, et literae initiales singulorum librorum coloribus auroque. Scriptura non elegans quidem sed lectu est facillima. Videtur hic fluxisse e codice iam correcto, et saepius quidem quam ceteri mei codices congruit cum veteribus editionibus, propter tamen quam

his est libris melioribus manu scriptis. Menda librarii rara: nihil deletum, nihil supra scriptum est. Ubi discrepantes scripturae erant indicandae, plerumque altera alteri iungitur addita particula *vel*, Saturnalia finiuntur in folii CLVI. pagina priore. In eiusdem folii pagina altera est orbis circulum signiferum designans: infra pictum est corpus humanum cuius singulis membris inscripta sunt elementorum nomina apposita voce *Microcosmus* (cf. Comm. II, 12, 11.). Ciceronis Somnium Scipionis in hoc codice non legitur: Macrobii Commentarii incipiunt a fol. CLVII. Quae his inserta sunt verba Ciceronis, ea adsunt integra, rubro plerumque colore picta. Descriptiones in margine delineatae nihil continent singulare. In calce legitur: *Bartolomaeus fontius exscripsit florentiae*, ut ex codice Florentino hoc exemplar fluxisse videatur. Contuli cum ed. Zeun.

5) Parisinus (P vel P1), Regius 6371., primum Petri Pithoei qui eum commodavit Henr. Stephano, postea Colbertinus, a Theodoro Pressel V. D., qui eum contulit cum edit. Bipontina, in literis ad me datis sic describitur: „Continentur 1) Macrobii Ambrosii Theodosii in Somnium Scipionis Commentarii libris duobus, ad calcem subiicitur Somnium Scipionis; 2) Eiusdem Saturnaliorum libri septem. Is codex membranaceus undecimo saeculo exaratus videtur: est autem liber forma quadrata satis eleganter ac nitide scriptus; commentarii in Somnium una, Saturnalia binis in singulis paginis columnis, sed ab eadem manu.“ Commentariorum inscriptio est: MACROBII AMBROSII THEODOSII V.C. ET INL. COMT. EX CICERONIS IN SOMNIVM SCIPIONIS. Quam inscriptionem hic posui, quia, cum Commentarii typis describebantur, mihi nondum erat nota: addenda erat pag. 13. De subscriptione libri I., in qua commemoratur emendatio Symmachi, egi supra c. IV. p. XLVII. In primis Commentariorum capitibus saepe novis sententiis tribuuntur novae lineae. Verba (I, 17, 5.): *Totius mundi a summo in imum diligens is hunc*, excipiunt verba (I, 20, 7.): *iure cor caeli vocetur:* neque alio loco inveniuntur omissa. De orthographia aliisque minutiis nihil mecum communicavit vir doctissimus qui hunc codicem excussit, quod ut ei vitio vertam, tantum abest, ut gratias ei agam summas, quod a me rogatus, ut verba Graeca quam diligentissime describeret, et praeterea singulis quibusdam locis quae in codice legerentur enotaret, ultro enim perlustraverit totum. Reliqua vid. infra (III, b, 2.).

6) Rehdigeranus (R1), membranaceus seculi, ut videtur, XIII., continet folia LXI. formae minimae, quorum primum et ultimum sunt vacua, nisi quod in primo, sed seculo XV. vel XVI. demum scriptum, legitur: *Macrobius in astronomia.* Secundum folium variis descriptionibus ad solis et lunae defectus spectantibus impletum est. In reliquorum quavis pagina sunt lineae XXXIII. non divisae, nullo colore signatae, quarum prima et ultima quaeque excurrunt in marginem una linea limitatum. Inest Ciceronis Somnium Scipionis cum Commentariis Macrobii, quorum nihil omnino deest, quum quae a librario fuerint omissa ab alio quadam diligentissime sint suppleta. Scriptura est minuscula, compendia satis multa (inter quae etiam *o* invenitur pro *con*), vel ad tota vocabula pertinentia, ut *scd'a* pro *secunda*. Orthographia huius codicis multa habet singularia. Nam fere scribitur *michi puplicus simulachrum planicies umectus heas hisdem calumpnia dampnum* alia. Supra verba

Graeca, ut in plerisque codicibus uncialibus literis scripta, saepe literis Latinis notatur, quo modo sint legenda. Priori Commentariorum libro praeposita est inscriptio: *Incipit Commentum Macrobii Ambrosii* MENICRESIS, de qua vid. cap. I. p. II. Ubi incipit codex C (I, 14, 21.), solito maior est litera initialis, sed in ipsa linea. Spatia vacua fere nulla inveniuntur. Descriptiones negligentius sunt delineatae: complures (ut ad I, 22; II, 9.) inchoatae tantum sunt. In libri II. capitibus primis argumentum saepe in margine adscribitur, in quo praeterea leguntur perpauca scholia ad philosophiam spectantia.

7) Rehdigeranus (R2), membranaceus seculi XI. vel XII., foliorum CX. formae quadratae, quorum quaevis pagina habet XXII. lineas non divisas, nullo colore signatas, quarum prima et ultima quaeque excurrunt in marginem binis lineis limitatum. Continet Somnium Scipionis cum duobus Macrobii Commentariorum libris et quibusdam additamentis. Nam finem Somnii Scipionis (fol. VI. a.) excipit *Cosmopeia. i. genitura mundi*, quae describitur delineata quadam figura cui addita est explicatio, deinde sequuntur tria schemata, quorum primo ante oculos ponitur fabularum divisio (cf. I, 2, 7 sqq.), secundo somniorum divisio (cf. I, 3.), tertio microcosmus in homine (cf. II, 12, § 11.), et carmen Germanicum quo Ioanni Apostolo commendatur D. Maria, incipiens ab his verbis: *O Johannes vil guder: nu plig wal diner muder.* A folio IX. demum incipit Commentariorum liber I., cui (ad c. 8.) inserta est divisio philosophiae. De eius subscriptione ad Symmachi emendationem pertinente supra (cap. IV. p. XLVII.) egimus. In fine libri secundi nulla est subscriptio. Sequuntur aliena quaedam. Exponitur primum, quid sit modius, deinde quid velint nomina disciplinarum, philosophiae grammaticae rhetoricae dialecticae arithmeticae musicae astrologiae: denique adduntur tabulae quaedam arithmeticae. Praeterea multa in hoc codice leguntur scholia, et breviora inter lineas inserta, quibus tam singula verba explicantur (Graeca, ut in R1, Latinis literis reddita) quam eorum nexus: et longiora margini adscripta, eaque duorum auctorum (usque ad lib. I. c. 3. § 16.), deinde trium. Ab uno insipidissimo modo explicantur nomina propria [4]), ab omnibus saepe citantur libri sacri, ut (ad I, 3.) somniorum exempla ex iis afferuntur, et scriptores ecclesiastici, ut Augustinus citatur ad I, 5, 3. in libro Exameron, et ad I, 14, 10. in libro II. de ordine; praeterea I, 6, 12; I, 9, 2; I, 10, 1; I, 12, 9.; Hieronymus ad I, 15, 18., Gregorius in Dialogo ad I, 11, 4. E scriptoribus medii quod dicitur aevi citantur ad I, 18, 2. Helpericus in arte calculatoria, et ad I, 20, 32. Quaestio Adelbaldi Aureliensis ad Gerbertum. Praeterea videtur respici ad Saturnalia (ad I, 18, 4; I, 19, 5; I, 20, 11; I, 21, 5.). E Latinis veteribus citantur ad I, 2, 16. Livius, ad I, 6, 70. Priscianus, ad I, 15, 11. Plinius Secundus, ad I, 14, 20. Chalcidius, ad II, 3, 13. Martianus; e poetis Virgilius ad I, 9, 5. et ad II, 10, 3., eiusdem versus (Eclog. III, 103.) nomine non addito ad II, 7, 18., et Hyginus ad II, 5, 20.; e

---

[4]) Ut ad I, 1, 1.: *Platon dicitur latum, inde Plato dictus a latitudine humerorum: primum enim fuit athleta, deinde vertit se ad philosophiam;* et ibid.: *Cicero vocatur ab habitu faciei suae, scilicet quod rotundam faciem haberet instar ciceris, qui est rotundus, et pallidam eo quod nimis studeret sapientiae;* et ad I, 2, 3.: *Dicitur autem Epicurus quasi super porcos. Nam Graece ΕΠΙ super ΧΤΡΟC porcus dicitur.*

Graecis commemorantur Plato ad I, 6, 70; I, 8; 10; II, 14, 9; II, 15, 4., Aristoteles ad I, 6, 70; II, 14, 20; II, 15, 4; II, 15, 27., Eratosthenes ad I, 20, 20., Ptolemaeus ad II, 5, 20. Sed auctorem Graece nescivisse apparet e scholio ad I, 4, 1.: *СКОПОС Cronos Graece et Latine dicitur series unde cronica dicitur series temporum.* Ceterum haec scholia spectant modo ad philosophiam, modo ad physicam, ad geographiam, ad astronomiam atque ad geometriam, quae in re congruunt cum excerptis illis Gronovianis quae Commentariis subiecimus, ubi etiam horum scholiorum excerpta quaedam posuimus. Scriptura codicis fere eadem est quae codicis F. Eodem modo *a* et *i* coniunguntur cum literis m et n. Supra literam y plerumque ponitur punctum, litera *i* fere ubique notatur apice, quod unum me reddit dubium de codicis aetate: nam scripturae compendia, quamvis non sint rara et ad totas aliquando voces extendantur (ut *d*~*r* pro *dicitur*, *g*ⁱ pro *igitur*, *H* pro *enim*, *h*' pro *autem*, *p*' pro *post*), non tamen eiusmodi sunt, ut prodant aetatem seculo XI. minorem, ut ɔ saepe ponitur pro *us*, numquam pro *con*.

Quidquid de codicibus Rehdigeranis proferre mihi licuit, id debeo summae liberalitati F. Haasii V. Cl. Collati sunt cum ed. Zeun.

8) Benedictoburensis 112., nunc Monacensis (M), membranaceus sec. XII., formae quadratae minoris foliis LIII-CIII. continet Somnium Scipionis cum Commentariis Macrobii. Illud a manu recenti inscriptum est: *Somnium Scipionis auctore Tullio*, hi (fol. LVI. v.) a vetusta manu: *Macrobii Ambrosii Theodosii orinçrisis incipit commentum in Somnium Scipionis*, quae inscriptio addenda erat supra, cap. I. p. II. Nulla praeterea in eo legitur inscriptio. Descriptiones adsunt eaedem quae in aliis codicibus, sed minus accurate facta est descriptio refusionum oceani. Primo libro passim adiecta sunt scholia. Hic codex nulla in re similis est codicibus C et F: sed adnumerandus est iis qui II, 11, 1. habent verba Ciceronis: *Quid autem interest ... meliores fuerant viri.*

9) Tegernseeensis 1471. (T), nunc Monacensis, membranaceus sec. XII., formae minimae foliis LXIII. continet Ciceronis Somnium Scipionis cum Commentariis Macrobii. Illud incipit fol. I. a cap. III. § 3. verbis: *fletu represso*, et desinit fol. III. v. sine subscriptione. Neque ulla inscriptio addita est Commentariis. Literae initiales fere desiderantur. Ubi incipit cod. C (I, 14, 21.), in margine legitur: *Nunc tractat de astronomia.* Ubi desinit ille (post. lib. II. cap. 9.), nihil inseritur, neque leguntur verba: *ut contentus ... requirat.*

In his codicibus (8. et 9.) iam anno MDCCCXXIX. contuli Ciceronis Somnium Scipionis cum ed. Manhem., et Commentariorum lib. I. caput 1. cum ed. Stoer. (s. l. MDXCVII.). Ex hoc specimine quum intellexissem codicem T continere nihil singulare et e codice M apparatum criticum non nisi corruptelis augeri, in tanta codicum mss. copia hos amplius perscrutandi labore supersedendum esse putavi.

c) Excussi ab aliis, sed nondum ad Commentarios emendandos adhibiti.

1) S. Galli (G). In Fabricii Bibliotheca Latina tom. III. p. 185. I. Aug. Ernestius: „Habeo, inquit, exemplum ed. Gryphianae a. MDL., cui adscripta est varietas lectionis e msto. monasterii S. Galli." Hoc postea venit in bibliothecam A. G. Crameri I. Cti, quae quum distra habetur auctione publica, emptum est ab Eduardo Osenbrüggen, nunc professore Dorpatensi et Russorum Imperatori a consiliis aulicis, qui,

quae est eius humanitas, id ultro Kiliis ad me misit. Pertinet autem varietas lectionis tantum ad Ciceronis Somnium Scipionis et ad Macrobii Commentarios. In charta quam fronti addidit is qui hunc librum compegit ab A. G. Cramero scripta leguntur haecce: „Qui in margine librorum in Somnium Scipionis e vet. Ms. S. Galli varias lectiones adscripsit, videtur idem ille A. F. Francke fuisse, qui se in aversa tituli pagina possessorem huius exempli fuisse profitetur. Dolendum est Saturnalibus non eandem fortunam obtigisse." Sed vereor, ne erraverit homo doctissimus. Nam quae in ipso libri titulo leguntur literae, M. H. G., eas equidem putaverim scriptas ab eodem qui scripserit illas varias lectiones. Contra a manu recentiore profecta esse videntur ea quae leguntur in altera eiusdem folii pagina: „A. F. Francke I. C. C. Soc. A. M. 1712. Londini Aug. 17° die." In pagina 3. ab eo qui codicem excussit scriptum legitur: „Variantiae ex Mso. Monasterii S. Galli." Praeterea, ubi incipit Commentariorum liber I. (p. 12.), legitur in margine: „In hoc ms. inscriptiones ... nec distinguuntur." Quae interiecta erant, ut alia complura, sunt praecisa. Rursus, ubi incipit cap. 2., (p. 13.) legitur: „In ms. continuatur, ut omnia capita." Alioqui de codice ex quo sumpta est haec varietas lectionum nihil traditum est: sed satis bonum eum fuisse apparet, et diligentia illo quidem tempore egregia videtur esse excussus. Ceterum non idem esse videtur ac Gernhardi codex S, in Bibl. San-Gallensium No.. 65. servatus, sec. XI. exeunte scriptus. Nulla certe in Somnio Scipionis a verbis c. II. § 1.: *coacta per me* .. usque ad c. III. § 7. *et eae magnitudines*, indicatur lacuna, qualem in illo esse Osannus retulit in praefatione ad Ciceronis de rep. fragmenta p. xxiv.

2) Berolinensis (Ber.), membranaceus sec. XIII., continet Commentarios in Somnium Scipionis. Additae sunt descriptiones, maximam partem diligenter delineatae, sed minus accurate depingitur situs terrarum in ea qua demonstrantur refusiones oceani. Satis negligenter scriptus est: saepe ante literam *i* legitur *c* pro *t*, ut *imitacio pericia tecius*, et *t* pro *c*, ut *fatiat inspitiens*; pro *c* saepe habet *ch*, non sola in voce *archanum*, quae sic scribi solet etiam in aliis codicibus: verum etiam alioqui saepe additur *h*, ut in *perhennis cohercetur hebrietas hisdem*: contra omittitur saepe in vocibus Graecis, ut legatur: *Ypocrates speras* al.: pro *ph* saepe habet *f*: interdum *s* ponitur pro *x*, ut *estimus*: pro *mn* habet *nn*, ut *sonnium sonniare*, contra *mpn* in *calumpnia contempnere*. Collatus est cum edit. Bipont. usque ad lib. I, cap. 19., § 14. Nam usque ad hunc locum pervenerat vir doctissimus Holzapfel, superiorum ordinum Berolini magister, cum Io. Franzius vir clarissimus mihique amicissimus in bibliothecam Berolinensem a me rogatus venit quaesitum, quae inde studiis meis Macrobianis subsidia essent petenda. (Cf. cap. IV. p. lvii.) Mihi non tanti esse videbatur, ut hunc codicem usque ad finem curarem cum exemplari typis descripto conferendum, quum congrueret plerumque cum aliis meis, inprimis cum codice P, et duobus tantum locis (I, 2, 16. cum vetustissimo P4; I, 8, 7. solus) rectius aliquid quam ceteri mei codices suppeditare videretur. Eiusque consilii minime me poenituit, postquam perspexi ei plane geminum esse codicem Gothanum.

Hic codex Gothanus et qui sequitur Darmstadiensis excussi sunt a F. Osanno V. Cl., qui, quae eius est humanitas, ut supra commemoravi,

mihi misit Peatmi editionis prioris exemplar, in quo diligentissime adnotaverat, ubi codices illi ab eo discreparent, liberum eius mihi concedens usum, et adiiciens ex ipsius bibliotheca codicem manu scriptum nuper me frustra contra licente emptum in auctione publica, quo pro voluntate mea uterer. Hae copiae si ab initio ad manum mihi fuissent, tres hi codices penitus perlustratis atque cognitis essent adnumerandi: sed septem primae meae editionis plagulae e prelo iam prodierant, apparatus criticus ad reliquam Commentariorum in Somnium Scipionis partem typographo iam erat traditus, itaque nihil mihi reliquum fuit, nisi ut, cum operae eo ipso tempore per aliquod tempus suum opus intermitterent, apparatum criticum ad me remittendum curarem, ut inde a pagina 112., i. e. a lib. I. cap. 20. § 12., si non omnia, id quod spatium non permitteret, at praecipua insererem. Descripsit hos codices Osannus in praefatione ad editionem fragmentorum Ciceronis librorum de re publica p. XXI. sq. Quam eius descriptionem hic ponam additis iis quae addenda esse videantur.

3) Gothanus (I i. e. Iacobsii) „in Bibl. ducali servatus, in membr. saec. fere XIII. scriptus cum Somnio simul Macrobii Commentarium complectens: de quo accurate Iacobs Beitr. zur älteren Litteratur d. herzogl. Bibl. zu Gotha I, 2. p. 245.“ Ex hoc codice fere eadem quae e codice Berolinensi repperi enotata, ut non dubitem, quin ex eodem atque ille manaverit fonte. Succedit ergo in locum illius, ut quid in his codicibus legatur, ubi discrepent quidem inter se ceteri codices, requiratur tantummodo a cap. 19. § 14. usque ad cap. 20. § 12. Versus finem librarius, quem videtur scribendi taedium cepisse, multa omisit, quae diligenter notavi.

4) Darmstadiensis (D) „Bibl. Magni Ducis membr. saec. XII. vel XIII. nitidissime scriptus, praeter Somnium fol. 71, b. Boethii Institutionem arithmeticam, Macrobii Commentarium in Somnium fol. 75, a. et alia quaedam continens. Inscribitur Somnium: *Somnium Scipionis M. Tulli Ciceronis excerptum ex libro sexto de re publica.* Scriptus est codex ab homine linguae quam imperitissimo et maxime socorde, qui non solum multa inepta exhibuit, sed etiam multa omisit vel bis scripsit. Neque codicis, quem descripsit, manum perspexisse ubique videtur, unde factum, ut pro genuina lectione saepe monstra exhibuerit, ita tamen comparata, ut quid in exemplari, quod ante oculos iste habuerit, legeretur, facile intelligatur: quare in antiquioribus et bonae notae codicibus referendus est. Praeterea ignorantiae librarii succurrit alia manus minime recens, immo fere aequalis, quae vitia tum in Somnio tum in Macrobii priore dimidia fere parte correxit, vel, quod saepissime fit, in margine vel supra, adiecta nota *al*, adnotavit aliam scripturam, quae plerumque genuinum contextum praestat. Ceterum codex olim Coloniensis 185. idem est, in quo, teste Hartzhemii Catalogo p. 157 extr. „„Collatio inter libros Platonis et Ciceronis de re publica““ exhiberi dicitur, qua nihil aliud quam Macrobii in Somnium commentarius significari videtur.“ Hic codex inprimis saepe habet singularem ordinem verborum. Non raro consentit cum *HR.* Uno loco I, 6, 35. e meis codicibus solus habet: *linea crescit*, quod e „Mss.“ affert Gronovius, cuius singuli codices quid illo loco habeant nescio.

5) Osannianus [5]) (O) „Codex membr. saec. fere XIII., ut a rec. manu ad-

[5]) Hunc codicem quum ipsi mihi licuerit perscrutari, et Osannus tan-

notatum, forma quarta scriptus, emptus Francof. ad M. a. 1845. in auctione publica bibliothecae liberi baronis de Lerchenfeld hastae subiectae. Praeter Somnium Scipionis continetMacrobii commentarium cum Anonymi quodam libello paginas 4 complectente, qui „„Silvestro summo pontifici et philosopho““ [obiit a. 1003.] cum dedicatione ampliore inscriptus, quae Macrobius „„de magnitudine caeli terraeque, solis et lunae eorumque rotunda globositate““ in Commentario in Somnium exposuit, explicatius persequitur.“ Huius codicis quaevis pagina continet XLII. lineas non divisas, quarum binae supra et binae infra excurrunt in marginem binis lineis limitatum. In fronte codicis haec leguntur eadem fere atque in cod. H2: *Incipit somnium Scipionis. Quod Macrobius exponens ad eustachium filium duos edidit libros, in quibus subtile disseruit de bono* (b0°) *senectutis et de natura animae vitiisque eius ac virtutibus et de densitatibus etiam et nominibus somniorum. Nec non de natura numerorum et divisione. De sideribus quoque et stellis. de magnitudine caelestium circulorum. de positione et magnitudine caeli ac terrae. de magnitudine et defectu nec non et cursu solis et lunae. de VII. planetis. de armonia celi.* Fol. III. v. Incipit Commentariorum liber I., qui inscribitur: *Macrobii Ambrosii commenta ex cicerone in Somnium Scipionis.* Libri II. nec initium nec finis signatur nisi voce prima et ultima scripta literis uncialibus. Folium VII. quod interciderat suppletum esse videtur seculo XV. a librario qui margini adscripsit scholium, quo comparantur Macrobii et Servii de Somnii portis sententiae. Consentit hic codex maxime cum R1: cum F et R2 ei communis est coniunctio literarum *ra* et *ns*. Folium codici praefixum charta agglutinata tectum est, eo vero fenestrae, ut pellucerct, admoto legi haecce: „Codex Grauffianus. Anno MDCCCXVIII. emptus a Iudaeo quodam bibliopola Ladenburgensi. Dr. Grauff. Cal. Ian. 1822.“

Iac. Gronovius in Britannia perscrutatus est quattuor codices. Quae ipse exscripserat, ea perierunt: nunc certe non reperiuntur in bibliotheca Leidensi: sed Abrahamus eius filius illa transscripsit in chartas insertas exemplari editionis quae ab eius patre curata prodiit Lugduni Batavorum a. MDCLXX., quod nunc est in illa bibliotheca. Praeterea ibidem leguntur nonnulla e codice Thuaneo et e versione Maximi Planudis. De hac re non tantum, quae est eius humanitas, me certiorem fecit I. Geelius V. Cl., sed etiam notata illa Gronoviana ab egregio iuvene, cui nomen est Uylenbrock, diligentissime exscripta mihi misit. Sunt hi codices:

6) Bodleianus (Bodl. vel „Angl.“ vel „Ms.“) ex bibliotheca Bodleiana, quae est Oxoniae: de quo Abrah. Gronovius adnotavit: „Ms., cui nota vel litera non addita, est Bodleianus, idque apparet ex notis τοῦ μακαρίτου praefationi subiectis“, et alio loco: „Bodleianae parens nullam literam addidit, cuius collatio procedit usque ad c. VII. lib. VI.“ Sed ultimum commemorat „3 Angl.“ ad Sat. lib. VII. cap. 1. § 13., et Bodleianum ad eiusdem cap. § 3. Hic codex idem esse videtur quem Iac. Gronovius in praefatione vocavit „Oxoniensem Bodleianum“.

7) Lincolnianus (L vel Linc.), de quo Abr. Gronovius: „Lincolniani collegii, 8°, exemplari optimo et cum lectionibus genuinis“, et alio loco:

---

tummodo excusserit in Somnio Scipionis, non suo loco eum positum esse forsitan dixeris: sed nec potui eum referre in coditum penitus excussorum numero, nec volui disiungere copias Osannianas.

„Ms. Colleg. Lincoln. quod Oxoniae est: *Incipit Macrobius super somnium Scipionis.*“ Continet tantum Commentarios in Somnium Scipionis.

8) Baroccianus (Bar.), de quo ille: „Pater adnotavit: Contuli Oxoniae cum Ms. bibl. Baroccianae exemplari satis antiquo, cuius descriptor interdum suo ingenio fuit usus, ubi archetypon Ms. videbatur esse maculosum. Fol.“ Ego non dubito, quia recentius hoc sit exemplar, si modo in principio Saturnaliorum in eo legitur id quod enotavit Gronovius: *Aurelii Macrobii Ambrosii Theodosii.* Vid. Cap. I, pag. 1.

9) Collegii S. Trinitatis (Tr.), qui continet tantum Commentarios in Somnium Scipionis.

10) Collegii S. Benedicti („B“ vel Ben.). Adnotavit Abr. Gronovius: „Benedictini collegii: *Incipit Commentum Macrobii super illud*“, et alio loco: „Parens duos codices signavit literis B et C, quos Cantabrigienses fuisse opinor, collegii namque S. Benedicti et .... (sic), utramque ad cap. VII. lib. VI.“ (immo ad lib. VII, cap. 1, § 13.) Codex C pertinet tantum ad Saturnalia.

Quattuor primos codices Gronovius complectitur signo „4 Ox.“: sed scripsit etiam modo „3 Ox.“ „2 Ox.“ „Ox“, modo „Ms. Ox.“, modo „Ms.“ et „Ox.“, modo „4 Angl.“ „2 Angl.“, ubi qui significentur, non liquet: quam ob rem ubique easdem quas Gronovius posui literas additis signis („ “), quae, ubicunque in codicum manu scriptorum notis inveniuntur nomine eius qui codicem inspexerit non addito, ad hos Anglicos Gronovii pertinent codices.

11) Thuaneus (Thuan.), fortasse idem e quo I. Gronovius in Saturnalibus emendavit Graeca (cf. infra III, a, 5.), bis in illis excerptis Gronovianis memoratur: enotata est enim subscriptio Commentariorum libri I. et una scripturae discrepantia ad lib. II., cap. 10., § 15.

12) et 13) Duo codices (*H*1 et 2, quae signa flagitante typographo posita sunt pro $\mathfrak{H}$1 et $\mathfrak{H}$2, quae ego posueram, quo facilius discernerentur a Bernensibus H1234) e quibus permulta enotata sunt in margine exemplaris editionis Camerarii (Basil. a. MDXXXV. fol.), quod e bibliotheca Bernensi humanissime mihi commodatum est ab Alb. Iahnio V. Cl. illius bibliothecae praefecto.

d) Singulis quibusdam locis ab aliis mea caussa inspecti.

α) In bibliotheca regia Monacensi C. Maohtius V. D. complures inspexit codices. Hi sunt:

1) Emmeranensis E. 59. (El) membr. sec. XI. formae quadratae continet foliis X-XXXII. et XXXV-LXI. Ciceronis Somnium Scipionis cum Macrobii Commentariis usque ad lib. II. cap. 9. finem, scripturis discrepantibus et glossis partim inter lineas partim ad marginem adscriptis. Est hic codex eius generis cuius est cod. F. Continet enim ea quae leguntur in cod. C additis ex alio codice iis quae antecedunt, sed non, ut in codice F, etiam iis quae sequuntur. Post lib. I. cap. 14. § 20. inseruntur fol. XXXII. ab alia, ut videtur, manu epistolae quae feruntur Senecae et D. Pauli cum praefatione Hieronymi, et schemata quaedam mathematica cum interpretationibus. Fol. XXXV. demum incipiunt reliqua inde a paragr. 21. nulla praeposita inscriptione, ab eodem librario a quo prior pars operis Macrobiani, ut videtur quidem, scripta. Cap. 15. § 8. eadem inserta sunt quae in codd. CF cum inscriptione: DE DECEM CIRCIS. Ante c. 20. § 9. legitur eadem inscriptio quae in cod. C, nisi quod recte scriptum est Ambrosii. In fine libri

I. et in principio libri II. eadem quae in cod. C omissa sunt, et (II, 1, 2.) post verba *complet aures meas* inserta est inscriptio: DE MVSICO STELLARVM MODVLAMINE. Libri. II. caput 9. eodem modo atque in illo codice desinit in verba: *ut* .. *non requirat*, et sequuntur eadem excerpta e Plinii Naturali Historia. Lib. I. c. 19. §§ 18. et 19. omittuntur eadem quae in C addita sunt a manu secunda [6]).

2) Emmeranensis D. 78. (E2) membran. sec. XI. formae quadratae continet foliis XCIV-CXVII. Commentarios in Somnium Scipionis a lib. I. c. 14. § 21. usque ad lib. II. cap. 5. § 1. verba: *etiam adversos stare vobis*. Congruit paene omnino cum cod. C, ita tamen, ut non ab ipso illo esse descriptus, sed ex eodem fonte manasse videatur. Omissa, etiam in fine libri I. et in principio libri II., a veteri manu sunt suppleta. Excerpta illa Pliniana leguntur in hoc cod. fol. LXXVI.

3) Emmeranensis F. 60. (E3) membran. sec. XIII. continet inter alia foliis C-CXXX. v. Expositionem Commentariorum Macrobii ab initio usque ad lib. I. cap. 9. verba γνῶθι σεαυτὸν, quae non tanti est, ut describatur. Agitur enim de consilio Platonis itemque Ciceronis in conscribendis libris de re publica et de partibus philosophiae, et prima quidem verba haec sunt: *Plato omnium philosophorum doctissimus X volumina composuit in re publica:* deinde fol. CII. transitur ad titulum his verbis: *Titulus vero talis est: Macrobii Ambrosii Orinecresis in Somnium Scipionis commentum incipit.* Vox *commentum* explicatur e Prisciani libro de exhortationibus puerorum, deinde nomina propria sic explicantur: *Macrobius vero dictus quasi longa via, utpote qui a terra usque ad coelum incipiens tractatum extendit; a macros quod est longus et bios quod est via. Ambrosius vero dictus est quasi deorum cibus; unde ambrosia quaedam herba est quae in sacrificiis deorum apponi solebat, ambrosia quasi cibus deorum appellata est. Contraxit autem hoc nomen, quia de immortalitate deorum et animarum tractavit. Quilibet enim spiritus ab antiquis appellati sunt dii. Orinecresis sive Oricresis est quasi somniorum iu-*

---

[6]) Eiusdem generis etiam alius codex Monacensis esse videtur (zz. 475.) membran. sec. XII. qui formae quadratae foliis I-LXII. continet Macrobii Commentarios in Somnium Scipionis subiecto ipso Somnio. Fol. I. legitur: AMBROSII MACROBII COMMENTVM IN SCIPIONIS SOMNIVM INCIPIT. Ubi incipit codex C, nulla quidem invenitur inscriptio, sed folium XXVI. incipit ab his verbis literis uncialibus scriptis: .. VNC VIDEAMVS QVAE SINT HAEC DVO NOMINA, et post cap. 20, § 9. inseritur inscriptio: ITEM EIVSDEM AMBROSII MACROBII DE SOLIS MAGNITVDINE. Sed post lib. II. cap. 9. nulla est distinctio, neque leguntur hoc loco verba: *ut* ... *requirat*. Fol. LIX. libri II. subscriptio haec est: MACROBII AMBROSII CŌMT̄A EX CICERONE IN SOMNIVM SCIPIONIS EXPLICIVNT. Fol. LX. legitur: INCIPIT SOMNIVM SCIPIONIS, cuius finis sine ulla subscriptione est fol. LXII. v. Duo alios codices Monacenses nec Machtius suscepto munere scholastico avocatus inspicere potuit, nec mihi aliquot dies postea Monachii commoranti, ut perlustrarem, tempus suppetivit. Hos I. G. Krabingerus in literis ad me datis sic describit: „Emm. G. 3. membr. sec. XII. in 4°. Insunt foliis I-XLIX. Somnium Scipionis et Macrobii Commentariorum libri II. cum glossis marginalibus et interlinearibus. Fol. XLIX. v. legitur: MACROBII AMBROSII V. C. ET ILL. COMMENTA EX CICERONE IN SOMNIVM SCIPIONIS EXPLICIVNT FELICITER.“ et „Bibl. Elect. 407. membr. sec. XII. in 4° continet foliis XLVI. Somnium Scipionis et Macrobii Commentar. librum I. cum inscriptionibus: *Somnium Scipionis* et: *Incipit Macrobius*, sine ulla inscriptione.“

dex, ideo scilicet, quia ostendit et diiudicavit quae somnia vera sunt et quae aliquid designant et quae non. Simili ratione etiam sequentia exponuntur [7]).

β) In bibliotheca regia Parisina praeter codicem Regium 6371. (P1), quem perlustravit totum, alios singulis quibusdam locis inspexit adhibita editione Bipontina, atque excerpta mecum communicavit Theodorus Pressel V. D. Hi sunt:

4) Regius 6367. (P3) membran. sec. XIV. foliorum CXIX. formae maximae altidissimo scriptus est binis columnis. Continet foliis I–VI. Ciceronis Somnium Scipionis; foliis VII–LIX. Commentarios Macrobii. Libri secundi principium litera picta signatur. In eodem codice leguntur Saturnaliorum libri tres.

5) Regius 6370. (P4) membran. sec. (ut videtur) IX., elegantissime scriptus CXII. foliorum formae mediae continet Macrobii in Somnium Scipionis Commentarios et (in ultimo folio) fragmentum Saturnaliorum libri I. Melioribus certe hic codex est adnumerandus. Nulla distinctio est lib. I. c. 14. § 21. In fine libri I. habet subscriptionem illam ad Symmachi emendationem spectantem, de qua vid. supra cap. IV. p. XLVII.

6) Regius 6677. (P6) membran. sec. XV. foliis CCLXXXV. formae maximae continet Macrobii Saturnaliorum libros VII., et inde a fol. CXXIII. Ciceronis Somnium Scipionis cum Macrobii commentariis, et Platonis Timaeum Latine, cum commentario Chalcidii. Nulla distinctio est lib. I. c. 14. § 21. Congruit hic codex maxime cum editionibus veteribus.

γ) In bibliotheca Guelferbytana unum eumque solum codicem qui hos Commentarios integros contineat (nam Gud. 259. chart. in 4. sec. XV. continet tantum excerpta, Gud. 9. Commentariorum lib. II. capp. 16 et 17. et Extrav. 126; 1, chart. in 4. sec. XV. exeuntis lib. I. c. 1. 2. et initium tertii) C. P. C. Schoenemannus V. Cl. bibliothecae praefectus, comiter ac libenter mea causa perscrutatus est. Hic est

7) Gudianus 153. (Gu.), apud F. A. Ebertum 662., membran. sec. XIII. formae quadratae foliis CVII–CLI. continet Commentarios in Somnium Scipionis. Nulla in eo legitur inscriptio, nisi ante lib. I. cap. 12. in margine a manu secunda: QVALITER AĨE DESCENDT̅ DE CELO: nulla distinctio est I, 14, 21. et post lib. II. cap. 9. Finem libri II. excipiunt excerpta quaedam de animis et de rebus ad astronomiam pertinentibus. Consentit II, 7, 10. cum H2 in scriptura: *ad tropicorum signa.* (Vid. praeterea I, 15, 18; II, 3, §§ 1 et 4; II, 4, 5; II, 5, 25; II, 7, §§ 10 et 18.)

δ) Ex codicibus bibliothecae Bernensis excerpta quaedam praeter locos quos modo memoravi spectantia ad I, 2, 13; I, 3, 9; I, 10, 12; I, 15, 7; I, 16, 4; I, 20, 23. II, 4, §§ 2, 3, 7; II, 5, 13; II, 9, 9; II, 15, 18; II, 16. §§ 14 et 24. pertinentia liberalissime mecum communicavit Albertus Iahnius V. Cl. bibliothecae praefectus. Codices sunt hice:

8) Bongarsii, in catalogo Sinneri 347. (H1 i. e. Helveticus I.) membran. sec. XI. (apud Sinnerum X.) formae quadratae, binis columnis scriptus,

---

[7]) Conf. c. I. p. III. et infra, 9, cod. H2. Similis expositio dicitur esse in cod. Emm. G. 92. fol. XXIV–XXXVIII. incipiens a verbis: *Plato inter philosophos peritissimus librum de re publica composuit.*

eiusdem generis est ac cod. C, continet enim foliis I-XXV. Commentarios in Somn. Scip. a lib. I. c. 14. § 21. usque ad lib. II. capitis 9. finem, et excerpta e lib. I. c. 3. et e Plinii Naturali Historia: iisdem, quae in illo codice, omissis, et additis in principio et lib. I. c. 20. iisdem inscriptionibus.

9) Bongarsii 436. (H2) membran. sec. XIII. (ap. Sinn. XII.) foliorum LXXVI. formae quadratae paulo maioris continet foliis I-III. v. Ciceronis Somnium Scipionis. Sequuntur addita a manu recentiori inscriptione: *Prologus in macrobio*, similia atque in codicibus O et E3: *Macrobius olim cretes hoc est somniorum index vel interpres* (cf. cap. I. p. III.) *commentatus est in scipionis apocalipsi. id est revelacione. quam ei revelaverunt iam caelo recepti vel affricanus avus vel paulus pater. ut refert m. cicerio in sexto libro de re publica. Cuius revelacionis misteria et ciceronis magnifica verba multisque sensibus referta praedictus vir sigillatim discuciens hunc librum composuit in quo diligenter ad heustachium filium disseruit de nature* (sic) *animae vitiisque ac virtutibus, de diversitatibus et nominibus somniorum; nec non et de natura numerorum et divisione, de sideribus quoque et stellis, de numero et magnitudine caelestium circulorum, de posicione ac magnitudine caeli et terrae, de magnitudine et defectu nec non et cursu solis et lunae et septem planetis et armonia caeli. Unde macrobius dictus est, quasi macrobios, quod latine sonat longa via, utpote de caelo ad terram. Qui et ambrosio mediolanensi episcopo, qui, ut multis placet, auctor fuit in hoc libello describendo.* Sinnerus adnotavit: „*Longa via* legi nequit, quia, etsi id graeco conveniret, ridiculae rationi huius nominis, quae hic affertur, non congrueret", at conferas supra codicem E3. A folii III. media pagina priore incipiunt Commentarii addita a recentiori manu inscriptione: *Incipit expositio Macrobii in sompnium Scipionis.* Inter folia XXXI. et XXXII. folia complura exciderunt, quare desiderantur cap. 16. § 4. verba: *enim haec terra*, et quae sequuntur usque ad capitis 18, § 10. primum verbum: *Luna.* In fine libri II. legitur *Explicit feliciter Macrobius.* Praeterea nullae inveniuntur inscriptiones, et desiderantur librorum litterae initiales. Plures quam in exemplaribus typis editis ad marginem delineatae sunt descriptiones et complura schemata ad logicam aliasque disciplinas pertinentia.

10) S. Arnulphi Mecii, in cat. Sinn. 265. (H3), membran. sec. XII. (ap. Sinn. XI.) foliorum LXXXIII. formae quadratae continet fol. XLVIII-LIX. eadem quae cod. H1.

11) Bernensis 266. (H4) membr. sec. XIV. (ap. Sinn. XII.) foliorum XCI. variae formae continet foliis I-XIV. binis columnis scriptam Expositionem Macrobii in Somnium Scipionis (quae est inscriptio seculi XVI., evanida inscriptione vetere; in infima paginae parte legitur: *Commentum in macrobium mathematicum*) usque ad lib. II. c. 1. § 20. verba: *Hic numerus sonum parit.* Expositionis prima verba sunt: *Plato philosophorum doctissimus*, ultima: *Hoc loco videtur macrobius contrarius Boetio.* Inter fol. VIII. et IX. aliquot folia excidisse videntur, namque expositio transit a lib. I. c. 6. § 35. ad c. 11. § 2., sed etiam in ipso folio X. (pag. 2. col. 1., transit a c. 12. § 14. ad c. 19. § 12., id quod in margine est notatum.

ε) E bibliotheca Leidensi complures codices ad Macrobium edendum adhibuisse I. Gronovium supra retuli. Sed neque ita eos discrevit, ut suum cuique tribueret signum, et nonnullis locis attulit quae ego in meo-

rum codicum nullo inveni. Gestiebam scire, qui codices conservarentur in bibliotheca Leidensi, numque ea quae protulisset Gronovius in iis legerentur. Enotavi ergo locos mihi moventes dubitationem (I, 6, §§ 43, 45, 61, 76; I, 8, 2; I, 11, 2; I, 14, 24; I, 19, §§ 15, 18, 20; I, 20, 10; I, 21, 29; II, 5, §§ 6 et 27; II, 7, §§ 10, 16, 18; II, 10, 15; II, 12, §§ 2 et 8; II, 13, 3; II, 15, 18; II, 16, §§ 1 et 23.), et per literas petivi a I. Geelio V. Cl., ut de codicibus Leidensibus ad me rescriberet, meque faceret certiorem, quid illis locis in quovis legeretur. Idque facile impetravi ab eximia illius Viri humanitate. Misit mihi descriptionem codicum a se ipso factam et excerpta quaedam opera Alphonsi Heckeri, iuvenis egregii studiis Callimacheis et Anthologicis nobilitati, unde perspexi I. Gronovium nihil nisi quod re vera invenisset codicibus suis tribuisse, sed saepe scripsisse *Mss.*, ubi singuli vel pauci tantum aliquid exhiberent, id quod ipsis locis licet videre. Codices autem illi a Geelio sic sunt descripti:

13) Leidensis (L1) „Bibliothecae publicae Lat. fol. 46. anno MCCCCLXXVI. scriptus continet Commentarios in Somnium Scipionis et Saturnalia. Graeca omissa et hic illic inserta vel margini apposita ab alia manu.“ Ex hoc codice nihil potui proferre nisi inscriptiones et subscriptiones operis utriusque, in quibus Macrobius vocatur *Macrobius Aurelius Theodosius*, ut in Edd. et in cod. Bar. Nam Heckerus eum non perlustravit, ut post inventam artem typographicam scriptum. Erravi, ubi eum commemoravi, ad Comm. I, 6, §§ 45, 61, 76; I, 8, 2; I, 10, 16; I, 11, 2; I, 14, 24. Qui error inde natus est, quod sero intellexi me Heckeri lemmata pro scripturis codicis L1 vendidisse. Vide, ne hic sit codex chartaceus Gronovii.

14) Leidensis (L2) „Bibliothecae publicae Lat. Oct. mai. 157. Seculi XIII. Macrobius in Somnium Scipionis. Sine inscriptione, et deest folium postremum, quippe desinit in verbis lib. II. c. 17. § 1.: *Africanus qualiter exercitio*. Scholia in margine et glossae inter versus ad primum librum. Primus et secundus contigui sunt, sine inscriptione: Graeca Graecis literis: figurae astronomicae.“ Videtur esse Gronovii membrana altera. Vid. ad Comm. I, 6, 45., ubi pro L3V3 legendum est: L2V2, et pro L123V2Edd. paulo supra: Edd.Gr.12V3, et ad I, 10, 16.

15) Gronovii (Gr.1) 78 (9). Oct., cuius descriptionem requiro.

16) Gronovii (Gr.2) „Fol. 13. Seculi XV. duabus columnis. Macrobius in Somn. Scipionis. Inscriptio: *Incipit sompnium scipionis quod macrobius exponens ad eustachium filium suum duos edidit libros etc.* Praemissum Somnium.“ Heckerus adiecit: „Plurima folia excisa sunt, ita ut lacuna sit inde a verbis: *compositione formantur* (I, 14, 21.) usque ad (I, 21, 13.) *in id principium noctis secundae*, et a (I, 21, 33.) *inaequalem ve . .* usque ad (II, 3, 11.) *sub aequore pontus*. Desinit plane (II, 5, 16.) in verbis: *quae est ab i usque.*“

17) Gronovii (Gr.3 vel Fragm. Gron.) „Quart. 20. Fragmentum Comm. Macrobii in Somn. Scipionis duabus columnis pulcerrime scriptum. Sec. X. Deest Somnium. Desinit in lib. I. c. 6. verba: *aqua aer et ignis tribus sine dubio interstitiis.*“ Heckerus adiecit: „Constat IV. foliis. Continet fol. I. Commentarii in Somn. Scip. I, 1 et 2. usque ad (§ 3) verba: *irrisit naturae*, folia II. et III. (I, 3, 12.) verba: *Est enim oraculum*, et sequentia usque ad (c. 5, § 10.) *fiatque tribus*, fol. IV. verba

(c. 6, § 22.): *corporis ab impari* et seqq. usque ad (c. 6, § 34.) *tribus sine dubio interstitiis.*"

18) Vossianus (V1) „Lat. quart. 2., seculi X. Fragmentum XXIII. foliorum Commentariorum Macrobii in Somnium Scipionis. Incipit à verbis (I, 6, 46.): *Ab altera vero parte.* Desinit in verbis (lib. II. extr.): *quo universa philosophiae continetur integritas.* Utrimque hoc fragmentum habet assuta diversae naturae et aetatis." Heckerus adiecit: „Deficit rursus in verbis (I, 14, 20.): *de immortalitate sententia.* In novo folio prima verba sunt (II, 10, 1.): *quod doctrinae propositum.* Continet codex praeter nugas aliquot monachorum Saturnaliorum partem, I, 1. [§ 4.]: *quae viros et doctos* et seqq. usque ad I, 2. [§ 11.]: *perfrui raro admodum;* fol. II: c. 4. [§ 7.]: *quoque festi habentur*, usque ad [§ 23.]: *die pristino;* fol. III., quod non integrum marginibus arrosis c. 9. [§ 14.]: *carminibus deorum*, usque ad c. 10. [§ 9.]: *ideo sacrificari.*" Apparet in hoc codice desiderari eam ipsam Commentariorum partem quae legatur in cod. C et similibus, ut in einsmodi codicis supplementum hic videatur esse scriptus. An Ga.3 et V1 eiusdem codicis sunt fragmenta?

19) Vossianus (V2) „Lat. quart. 44., seculi XI–XII., initio lacer. In primo folio recto est finis Somnii sine subscriptione, in verso incipiunt Commentarii. In marginibus primi libri sunt multa scholia cum glossis inter versus. Habet pro ea aetate multa literarum compendia, sed accurate scriptus est, Graeca Graecis literis. Adsunt figurae astronomicae." Videtur esse Gronovii membrana antiquior, de qua re vid. supra (ad L2).

20) Vossianus (V3) „Lat. oct. 127., sec. XIII., continet Macrobii Commentarios in Somnium Scipionis. Praemissum Somnium. Liber I. [ut cod. F] desinit in verbis (II, 1, 1.): *earum modulatione disputatur.* Subscriptum: *Finit primus. incipit liber secundus.* In fine non integer: desinit in (II, 15, 20.) verbis: *vivendi finem habeat necesse est.* Glossae et pauca scholia in margine: Graeca Graecis literis: figurae astronomicae." Heckerus ex hoc codice et e cod. Ga.1 enotavit compendium scripturae *H* pro *enim*, quod invenitas etiam in codd. B et R2.

ζ) In bibliotheca Gottingensi unus est codex Commentariorum in Somnium Scipionis, cuius specimen ex lib. II, cap. 1. sumptum perhumaniter ad me misit F. Guil. Schneidewinus V. Cl., et, si tanti esse videretur, se curaturum esse totum codicem cum exemplari typis descripto conferendum est pollicitus. Is est:

21) Gottingensis (Gott.) sec. XIII. vel XIV. e meliore quidem codice, quales sunt B et G, videtur fluxisse, sed negligentissime scriptus est. Verebar ergo, ne hoc codice collato augeretur corruptelarum potius quam emendationum numerus.

η) In bibliotheca Laurentiana F. de Furia V. Cl. duo codices iisdem fere Commentariorum locis quibus codices Bernenses inspectos esse supra retuli meo rogatu inspiciendos curavit. Hi sunt:

22) Mediceus (M1) Cod. XIV. Plut. LI. sec. XI.

23) Mediceus (M2) Cod. VI. Plut. LXXVII. sec. XIII.

Inde intellexi hos codices non eiusdem generis esse ac C et F, sed cum reliquis meis ita congruere, ut digni non essent qui excuterentur toti.

Praeterea multa in multis bibliothecis servantur horum Commentariorum exemplaria manu scripta quae excutere omnia operae pretium non est,

cum hoc opus multo minus quam Saturnalia sit corruptum. Vel enumerare ea quae in codicum mss. catalogis memorantur longum est.

De ratione si quaesiveris quae inter hos codices intercedat, externa potius quam interna reperies discrimina. Atque primum quidem ab aliis discernendi sunt codices ii qui contineant partem tantum operis, a lib. I. cap. 14. § 21. usque ad lib. II. capitis 9. finem, quales sunt CE2H13, et ii qui e talibus codicibus orti sunt additis et iis quae antecedunt et iis quae sequuntur, quales sunt F et H2, vel iis tantum quae antecedunt, qualis est B1, quibuscum coniungendus est V1 qui ea continet quae in codicibus CE2H13 non leguntur. Deinde commemorandi sunt ii quos e recensione Symmachi fluxisse docet subscriptio libri I., B2P1 et 4 et cod. S. Maximiani, conf. p. XLVII. Restant reliqui, BSGR1Bxa.P6, codices Oanani, Leidenses praeter V1.

Ad bonitatem codicum si spectamus, nullus est adeo egregius, ut reliquis omnibus antecellat. Ceteris paulo deteriores esse videntur ii quos primo loco nominavi. E reliquis alii aliis locis inter se congruunt haud salvo discrimine a libri I. illa subscriptione sumpto, ut minime sit absurdum, si quis censeat omnes fluxisse ex archetypo illo a Symmacho emendato, relicta in aliis subscriptione, in aliis deleta. Codices, qualis est C, excerpendi studio deberi patet. Codex S videtur fluxisse ex exemplari quod homo quidam doctus ad suum arbitrium correxerit: cum eo fere consentiunt, magis certe quam reliqui, codices P et Bxa. et, qui huic geminus est, L. Quamobrem ego codices BGR12 potissimum sum secutus.

II. Codices excerptorum e libro de differentiis et societatibus Graeci Latinique verbi.

1) Parisinus (P), Regius 7186., primum P. Pithoei, postea Colbertinus, membran. sec. XI. continet 1). Boethii tractatum de arithmetica. 2) Excerpta illa, quae, postquam eorum praefationem Henr. Stephanus inseruit epistolae editioni quae a. MDLXXXV. prodiit praemissae, a. MDLXXXVIII. ex hoc ipso codice primus edidit I. Opsopoeus (cf. p. LIV.). Mea causa cum edit. Bipont. collatus est a Th. Pressel V. D.

2) Vindobonensis (V) 16/R. 85., apud Endlicherum CCCXXII., olim monasterii S. Columbani de Bobio, membran. sec. VIII. vel IX., foliorum CLIX. formae quadratae continet fol. CXI. v. cum inscriptione: *Theodosius Macrobius de Graecorum coniugationibus sic ait*, fragmentum quod pertinet ad cap. 3. (cf. p. 233 sq.), et foliis CLVII. sqq. cum inscriptione: *Incipiunt pauca excerpta de libro Macrobii Theodosii. Theodosius Symmacho suo salutem dicit* cet. excerpta quae pertinent ad praefationem et ad capita 1–9. et 23., edita a Iosepho ab Eichenfeld et Stephano Endlichero in Analectis grammaticis, Vindobonae MDCCCXXXVII., unde ea recepi in apparatum criticum. Adhaerent addita nulla inscriptione excerpta e Macrobii Commentar. in Somnium Scipionis lib. I. cap. 3. de somniis et cap. 6. de futuri partus discretione.

3) Borbonicus „N. XVII. cod. chartac. sec. XV. vel XVI., qui inter alia continet IV. Excerpta quaedam ex libello *Macrobii Theodosii* ut habet titulus, *de differentiis et societatibus Graeci Latinique verbi:* alia tamen forma et expositione ac edita: nam Latina prolixe et ferme unice auctor persequitur.“ Haec habet Iannelli in Catal. bibl. Borbon. Neap. MDCCCXXVIII. 4°. p. 13 sq. Hunc codicem videri esse descriptum e codice Vindobonensi monuimus supra, cap. II. p. XIII. sq.

His adiiciendus est

Vindobonensis (V in fragm. de verbo) 17/B. 254. apud Endlicherum CCCXXI., olim Bobiensis, membran. sec. IX., qui continet illud Incerti fragmentum de verbo ad Severum, de quo vid. supra, p. XIV., et p. 278 sqq. Quum primus codicis quinternio mutilatus et a compactore positus sit post secundum, hoc fragmentum incipiens a codicis folio XIV. v. col. a. implet folia XV. et XVI. et praeterea I–VIII. Nam folia XIV. XV. XVI. sunt quinternionis I. folia VI. VII. VIII., eiusdem folia IX. et X. interciderunt, unde orta est lacuna in fine capitis 2., et quinternionis II. folia I–VIII. nunc totius codicis sunt folia I–VIII. Reliqua huius quinternionis folia explent Probi excerpta de nomine.

III. Codices Saturnaliorum.

a) Ab aliis ad Saturnalia emendanda adhibiti.

1) Ioach. Camerarii codex, quem illi miserat Iustinus Goblerus, scriba Confluentinus. Vid. supra, p. LIII. Simillimus est hic codex meo P1, ut paene idem esse possit videri. Ubi sit nunc, vel quid eo factum sit, non liquet: certe E. Dronkius V. Cl., Gymnasii Fuldensis Director, me fecit certiorem neque hunc codicem neque gentem Goblerianam nunc extare Confluentiae.

2) Henr. Stephani codex „quem commodato vir doctissimus Pet. Pithoeus dedit" idem est ac meus P1. Vid. supra, p. LIV.

3) Is. Pontani Anglicanus, („Cantabrigiensis, codex vetus, scriptus liber, calamo exaratus, scriptura, prisca lectio"; semel, ad VII, 3, 13. legitur: „in scriptis quos vidi") est meus codex A. Conf. supra p. XXXV sq. et p. LIV sq. [8]) .

4) Iac. Gronovii chartaceus („prisca scriptura, charta academica, lectio scripta, Ms. Leidensis") solus fuit quem ei suppeditaret ad emendenda Saturnalia bibliotheca Leidensis. Pauca, ut ait ipse, ex eo margini allevorat. Fortasse hic est cod. L1. Conf. supra, p. LV. et p. LXXVII.

5) Thuaneus (THUAN.). Ad ultima libri V. capita, inde a cap. 19. § 24., Iac. Gronovius e schedis patris sui protulit nonnulla, quae ille e codice Thuaneo enotaverat, ad verba Graeca quae illis capitibus inserta sunt spectantia. Simillimus hic quoque est meo P1. Eundem esse putaveris, quamvis obstet nomen. Neque tamen praetermittendum est in illo exemplari editionis Gronovianae in quo leguntur excerpta e codicibus Anglicis inveniri etiam nonnulla e codice Thuaneo enotata. Ex his quaedam ad Sat. I, 11, 45; I, 17, §§ 44, 48, 59; I, 18, §§ 12, 20, 22. pertinentia mecum communicata sunt, quae ubi a codice P1 discrepant, ita discrepant, ut minus diligenter possint videri exscripta, ut I, 17, 44. e Thuaneo enotatum est *Φηριφίῃ*, ubi in P est *ΦΗΡΙΦΙ*; ib. § 48. ex illo *Κιλλαῖος*, ubi hic habet *CΚΙΛΑΙΟC*, et I, 18, 22. ex illo *ΑΛΙΑΧΗΜΑ* et *ΑΨΥΦΑΟΤΕ*, ubi hic *ΜΙΜΗΜΑ* et *ΑΥΝΦΑΟΤΕ*. Maior autem discrepantia est in Commentariorum uno loco, quo solo inveni ali-

---

[8]) Quae in editionis II. auctario notarum leguntur: Ora codicis Scriveriani (ad lib. I, 4, 24. et VI, 1, 15.), margo Scriverii (ad lib. VI, 1, 36.), Scriveriani libri ora (ad lib. VI, 2, 18), Rescripserat Scriverius ad oram libri sui (ad lib. III, 2, 13.), Adnotavit Scriverius ad marginem libri sui (ad lib. III, 18 (II, 14), 6), ea referenda sunt ad exemplar typis descriptum quod Scriverius commodaverat Pontano. Conf. ad I, 17, 1.: monente charta libro Scriverii hoc loco interiecta, et ad V, 1, 7.: Scriverius scheda quadam interposita contextui adiecerat. Etiam I. Meursii veterem codicem typis descriptum fuisse exemplar docui supra, p. LXIII.

quid enotatum II, 10, 15, ubi Thuaneus dicitur habere *instituente*, non, ut P, *instruente*, et in subscriptione libri I., in qua in illo non, ut in hoc, dicitur commemorari emendatio Symmachi.

F. Guil. Schneidewinus V. Cl. reliquias Graecorum cum poetarum tum aliorum scriptorum a Macrobio Sat. lib. V. cap. 17 sqq. servatas emendavit [9]) adhibito codice Parisino, qui est meus P1.: et versus Laberii lib. II, cap. 7, § 3., ad quos emendandos [10]) praeter illum Parisinum et Gudianum, qui est meus G, ab eo adhibitus est

6) Montispessulanus (M) „a F. Duebnero olim inspectus, satis vetustus, sed ut raro editis meliora praebeat.“ [11])

b) A me vel ab aliis mea causa cum exemplaribus typis descriptis collati.

1) Cantabrigiensis (A i. e. Anglicus) signatus a vetere manu A. 130., a recentiore in charta fronti praeposita 260., membran. sec. XIII., formae maximae, binis columnis non ab uno quidem librario scriptus, sed scriptura non multum discrepante, in quavis pagina habet XXXVI. lineas stilo plumbeo vel argenteo ductas supra scriptis a recentiore manu verbis: Macrobius in Saturnalibus. Continet Apuleii librum de deo Socratis et Saturnalia et ordine et defectibus congruentia cum exemplaribus ante Pontanum editis, nisi quod liber III. finitur verbis (c. 18. § 9.): *indictum non relinquemus*, ut desit huius capitis pars altera et capita 19 et 20, atque Graeca raro excedunt singulas voces, in quibus saepe confunduntur *ΛΔΔ*, *Γ* et *T*, *H* et *N*, et omissa pleramque indicantur literis Gr. Literae initiales compluree variis coloribus sunt pictae: in primo libro, inde a cap. 18., ut in editionibus quibusdam veteribus leguntur inscriptiones quibus significentur dii de quibus est sermo. De scriptura nihil notavi, nisi quod pro litera *n* saepe legitur maiuscula *N*, eaque ultra solitum modum dilatata, inprimis lib. V. cap. 22. in uno folio in quo etiam lineae sunt breviores, quo facilius expleretur spatium huius folii, quod excipit alia manus. Compendia haud rara, vel ad totas voces pertinentia, ut ÷ pro *est*, *Kl'as* pro *Kalendas*, *grã* pro *gratia*, ꝯ saepissime legitur pro *us*, saepe pro *con* vel *cum*; *y* signatur puncto, *ii*, ubi non simplex ponitur *i*, duobus apicibus. Orthographia fere eadem est quam ego expressi, sed legitur: *harena cohercere Ippocrates yperbole Aristotiles velud haut littera hiemps* alia. Distributio per dies commemoratur in inscriptione libri I. et in subscriptionibus librorum II et VII. Numerus librorum omnino nullus indicatur. Liber IV. a tertio nulla inscriptione separatur, liber V. inscribitur: *De stilo Virgilii*, liber VI.: *Finit de his quae Virgilius a Graecis traxit. De his quae a veteribus Latinis Maro transtulit.* Post librum VI. inseruntur glossae quaedam, epitaphium Senecae quod legitur in epistolarum

---

[9]) Vid. Zeitschrift f. d. Alterth. Wissensch. 1843. Mai. N. 59 sqq. „Beiträge zur Herstellung der Graeca in Macrobius Saturnalien“, et Rheinisch. Museum für Philologie. Neue Folge. III. Jahrg. fasc. I. p. 70 sqq. „Aeschylos Aetna und die Paliken“.

[10]) Vid. Rhein. Museum f. Phil. N. F. II. Jahrg. fasc. III. p. 636 sqq.

[11]) Gust. Haenelius in catal. libror. mss. qui in bibliothecis Galliae etc. asservantur (Lips. 1830. 4°.) duos commemorat codices in bibliotheca scholae medicae Montispessulanae. a) Macrobii Saturnalia sec. XIII. membran. in 4. ex libr. orat. coll. Trecensis notat. H. 224. b) Macrobii Saturnalia ... sec. IX. membr. 4. Cod. Pithoei et coll. Trecensis notat. H. 225.

editione principe (s. l. et a.), versus Maximiani, de quo vid. H. Meyeri Anthol. Lat. vol. I. p. XXXI. 90., Ciceronis, vid. Orell. vol. IV. part. II. p. 572., sed etiam alia quaedam huic ibi tribuuntur quae non magis apud Orellium invenias quam in editionibus Lucani sex versus qui huius poetae esse dicuntur, Ausonii epigramma LXXII., Ovidii versus ex Ponto IV, 3, 35–40., quos excipit liber VII. nulla addita inscriptione. Hunc codicem ab Is. Pontano esse excussum, sed ea quae ille in eo se invenisse simulavit eum non continere ostendi supra p. XXXV sq. Summa Iosephi Romilly V. D. liberalitate mihi contigit, ut eum conferrem cum edit. Zeunii.

2) Parisinus (P vel P1), Regius 6371., primum Pet. Pithoei, postea Colbertinus, membran. sec. XI., cuius descriptionem, quum contineat etiam Commentarios in Somnium Scipionis, posui supra p. LXVII. Saturnaliorum continet libros omnes, sed aliter ac vulgo numeratos. Liber I. inscribitur: ... PRIMI DIEI SATVRNALIORVM LIBER I. INCIPIT. In eiusdem fine legitur: ... EXPLICIT LIBER I. SATVRNALIORVM. INCIPIT SECVNDVS. In fine libri II. vacuae sunt relictae IV lineae. In fine libri III. legitur: EXPLICIT LIB. II. SATVRNALIORVM. INCIPIT TERTIVS IN LAVDE VIRGILII. Libri IV. V. VI. non distinguuntur, nisi quod in fine libri V. nullo interposito spatio leguntur verba: *Quae sunt quae sumsit Virgilius ab antiquis Latinorum poetis.* Liber VII. inscribitur: INCIPIT LIB. IIII. DE DIVERSIS QVAESTIONIBVS. In fine nulla est subscriptio. Commemoratur ergo distributio in dies non nisi in inscriptione libri I. In libri I. capitis 18. principio legitur: DE LIBERO PATRE. Graeca, omisso tantum oraculo quod legitur I, 7, 28., in eo leguntur scripta literis uncialibus. Haec Theodorus Pressel V. D., qui hunc codicem contulit cum ed. Bipont., ita exscripsit, ut ipsos literarum apices redderet accuratissime. Saepe confunduntur literae *ΑΛΔ*, *ΣΕΘΟ* (nam literarum *Σ* et *Ε* forma ubique est rotunda), *ΗΝΠΤΤ*, *ΓΤΡ*, *ΖΞ*, *ΜΩ* (nam harum literarum formae sibi sunt simillimae), *ΠΡ*, *ΙΥΕΙ*, *ΕΗ*, *ΟΩ*, *ΤΘ*. Ubi parvo intervallo sequuntur eaedem literae, saepe a librario ab una ad alteram aberrante omissa est altera cum literis interiectis. Non raro complures literae vel voces integrae in alium versum sunt translatae.

3) Salisburgensis aulicus 38. (S), nunc Monacensis, membran. sec. XV. continet etiam Commentarios in Somnium Scipionis. Quam ob rem eum descripsi supra p. LXVI sq. Saturnalia in septem libros sunt distributa: sed praeter primum omnes carent inscriptionibus, relicto spatio ubi insererentur. Nomina propria et summaria haud raro in margine leguntur rubro colore scripta, quo etiam Graeca quaequae adsunt scripta sunt, literis minusculis. Sed multo plura omissa sunt, in libris V. VI. VII. fere omnia.

4) Bambergensis (B) M. V. 5, in Iaeckii catal. 873., membran. sec. X. foliorum LXIV. formae quadratae minoris, habet in quavis pagina lineas XXIII. non divisas, stilo sine ullo colore ductas, quarum prima et ultima quaeque excurrit in marginem. Continet Saturnaliorum libros tres usque ad lib. III. c. 19. § 5. verba: *Vides hic et citreum nominari et omnia.* Liber secundus a primo non separatur. In principio libri I. legitur: ... CONVIVIORVM PRIMI DIEI SATVRNALIORVM INCIPIT FELICITER, et in fine libri II.: ... CONVIVIORVM PRIMI DIEI SATVRNALIORVM EXPLICIT. Liber III., ut in principio et in fine

mutilus, et inscriptione et subscriptione caret. In primo libro inde a cap. 18. ut in cod. A. leguntur complures inscriptiones quibus indicentur dii de quibus agitur: et post eas prima quaeque verba scripta sunt literis uncialibus. Scriptura est illius aetatis minuscula. Pro *ii* plerumque legitur *i*, litera *y* puncto notatur; pro *n* saepe scribitur N. Compendiis literarum solent significari literae *m* et *n*, syllabae *ter tur tra*, praepositiones *per prae pro*, rarius *post*, et *non est* (modo *ē* modo ÷) et *esse*. Orthographia ea fere est quam ego expressi. Graeca verba scripta sunt literis uncialibus: eadem quae in cod. P notavi in iis inveniuntur menda. Contuli cum ed. Bipont.

5) Gudianus (G) 312., in Eberti catalogo bibliothecae Guelferbytanae 650., membran. sec. XIII. foliorum LXXVIII. formae quadratae minoris. In singulis paginis sunt lineae modo XXIV., modo XXV., modo XXVI., aut nullo aut certe pallidissimo colore ductae, quarum binae caeque primae excurrunt in marginem binis lineis signatum. Membranae nec colore nec densitate aequales, et a compluribus librariis non eodem tempore codex videtur exaratus. Continet, ut cod. Bambergensis, tres libros priores, sed tertium integrum. Vetus manus involucro inscripsit: „Tres libri Saturnalium Macrobii ambrosii theodosii rari et boni in isto volumine continentur", sed in folio primo vacuo legitur a manu recentiore: „Macrobii Saturnalium libri quatuor. Ceteri desunt.", quam ob rem Ebertus scripsit inesse quattuor libros priores. Inscriptiones in principio libri I. et in fine libri II. eaedem sunt atque in cod. B., nisi quod in hocce additur: *Incipit secundus*. In fine libri III. legitur tantum EXPLICIT. In principio libri I. a librario omissa sunt verba: *Multas variasque res*, in B. literis uncialibus scripta: quae in margine adscripta sunt a manu recentiore. In praefationis fine legitur inscriptio PROLOGVS. Capitis secundi prima litera rubro colore picta est. Inde a cap. 18. eaedem fere atque in cod. B. leguntur inscriptiones. Liber secundus incipit in eodem versu quo finitur primus. Hunc codicem ex eodem fonte ac codicem B. fluxisse apparet. Sed eius orthographia est corruptior, ut habet semper *michi nichil*, et interdum *sollempnis tragecerat* similia. Compendia scripturae multo sunt frequentiora, vel ad totas voces pertinentia, ut *Kl'.* pro *Kalendas*, *dn̄r* pro *dicuntur*, *mx*ᵉ pro *maxime*, *ūc͡dia* pro *verecundia*. Scriptura multo minus elegans: semel, fol. XLIX., in verbo *referamus* (II, 1, 15.), ultima syllaba *mus* est distracta, ut expleretur ultima folii linea. Folium sequens ab alia manu scriptum est. Graeca maxima ex parte, longiora omnia, omissa sunt adscripta in ipso versu nota *ut in Gr.* Contuli cum edit. Zeunii [12]).

6) Bernensis (H vel H1) 514. membran. sec. IX. formae quadratae, continens librum septimum Saturnaliorum in usum meum collatus est ab Alberto Iahnio V. Cl. bibliothecae praefecto cum edit. Bipont.

7) Bernensis (H2) 404., olim Franc. Danielis, membran. sec. XII. continet librum V. inde a capite 13. et libros VI. VII. Eius scriptura est lectu difficillima: quam ob rem eum vir doctissimus tantum a principio

---

12) Praeterea C. P. C. Schoenemannus V. Cl. inspexit codicem Gudianum 253., apud Ebertum 551., chartac. sec. XV. exeuntis, formae quadratae, collectanea et excerpta varia in Italia conscripta continentem, foliis CCLXV-CCLXXIX. ex Macrobii Saturnaliorum libris I. et II.: sed facile mihi persuasit vir doctissimus haec excerpta levissime ac temere instituta Macrobium emendaturo nihil omnino prodesse.

libri VII. usque ad cap. 5. § 12. excussit. Neque ego plura desideravi.

c) Excussi ab aliis, sed nondum ad Saturnalia emendanda adhibiti.

E Iac. Gronovii codicibus Anglicis, de quibus vid. supra p. LXXII., huc pertinent:

1) Bodleianus (Bodl. vel „Angl." vel „Ms.").

2) Baroccianus (Bar).

3) S. Benedicti („B" vel Ben.).

4) Cantabrigiensis (C vel Cant.) commemoratur ad lib. II. c. 1. § 13., et saepius inde a lib. V. c. 3. § 17. Videtur hic codex nullus alius esse nisi meus A. Namque quae codici peculiaria sunt, ea in A leguntur ita, ut exscribentis menda quaedam subesse videantur. Cf. II, 1, 13. C. *Fusii nm*, A *Fusii Vivaculi;* V, 6, 9. C *thiesia*, A *thresia;* V, 11, 8. C et A *Virgilius* pro *vester;* ib. 9. C et A *absciseam;* V, 13. 41. C *taciturnam*, A *tacituram;* V, 14, 8 C et A *respondentur;* V, 16, 8 C *dō reto*, A *dō retto;* V, 21, 19. C *ad Ετηρα idem*, A *ΛΛΕFYTHPΛ id.:-*.

Praeterea huc pertinent quae leguntur in Bernensi exemplari editionis Camerarianae (Bas. a. MDXXXV. fol.) excerpta e duobus codicibus *H*1 et *H*2, de quibus vid. supra p. LXXIII.

d) Singulis quibusdam locis ab aliis mea causa inspecti.

α) In bibliotheca Laurentiana tres codices omnibus fere locis difficilioribus adhibita editione Camerarii inspiciendos curavit Franciscus de Furia V. Cl., Latina dumtaxat, nam Graeca in omnibus aut desiderantur aut mendosissime scripta sunt.

1) Mediceus (M1) codex VIII. plutei LI., de quo in Bandinii Catalogo tom. II. fol. 528. legitur: „Codex membranaceus Ms. in 4. Saec. XII. optime servatus, dignus certe qui cum edito conferatur. Constat foliis scriptis 127." Continet Saturnaliorum libros VII. In principio libri legitur: ... SATVRNALIORVM LIBER I. INCIPIT, et in eius fine: ... SATVRNALIORVM LIBER PRIMVS EXPLICIT FELICITER: in libri II. fine: ... CONVIVIORVM PRIMI DIEI SATVRNALIORVM LIBER II. EXPLICIT, et in libri III. fine: CONVIVIORVM SECVNDI DIEI EXPLICIT. In principio libri V. DE STILO VIRGILII. Liber VI. cum hoc coniungitur, et initium libri VII. nulla certe inscriptione signatur: in eius fine legitur: ... CONVIVIORVM TERTII DIEI LIBER EXPLICIT FELICITER. Quamobrem Bandinius in descriptione codicis M2 refert tam in illo quam in hoc codice Saturnalia in quinque dividi libros. Verba Graeca, ubi pauca sunt, integra leguntur literis maiusculis exarata: ubi vero sunt plura, tantummodo initium. Quae adsunt in margine repetuntur, ac cetera supplentur manu sec. XV., docta illa quidem et elegante.

2) Mediceus (M2) codex XXXVI. plutei LXV., olim Matthiae Corvini Hungariae regis a Bandinio tom. II. fol. 759. sic describitur: „Codex membranaceus ms. in 4. sec. XV. nitidissimus cum titulo aureo et pictura in principio. ... Constat foliis scriptis 116." Continet Saturnaliorum libros septem in quinque libros divisos. In fronte legitur: ... SATVRNALIORVM LIBER PRIMVS INCIPIT, in fine libri I.: .. LIBER PRIMVS EXPLICIT . INCIPIT SECVNDVS, in fine libri II.: .. SATVRNALIORVM LIBER II. EXPLICIT . INCIPIT III., in fine libri III.: SATVRNALIORVM LIBER III. EXPLICIT . INCIPIT IV., in fine libri IV.: ... SATVRNALIORVM LIBER IIII. EXPLICIT . EIVSDEM INCIPIT LIBER QVINTVS

ET VLTIMVS. Tres reliqui libri continui sunt. Septimo subscriptum est: .. SATVRNALIORVM LIBER QVINTVS ET VLTIMVS EXPLICIT FELICITER. DEO GRATIAS. Verba Graeca plerumque integra leguntur in tribus prioribus libris, sed in quinto omnino deficiunt, vacuo relicto spatio ad ea supplenda.

3) Mediceus (M3) codex XXV. plutei XC., olim bibliothecae Gaddianae, de quo Bandinius tom. III. fol. 459.: „Codex membranac. Ms. in 4. sec. XIII. cum Graecis verbis suis locis antiqua manu adiectis et cum summariis et notulis marginalibus varia manu, num. 26 antiquitus designatus. Constat foliis 103.“ Continet foliis I-XCVII. Saturnaliorum libros VII. Libri primi inscriptio est: ... CONVIVIORVM PRIMI DIEI SATVRNALIORVM INCIPIT, eiusdem subscriptio: .. SATVRNALIORVM LIBER I. EXPLICIT FELICITER. SECVNDVS LIBER. Libri II. subscriptio haec est: .. CONVIVIORVM PRIMI DIEI SATVRNALIORVM EXPLICIT. In margine ab alia sed antiqua manu legitur adscriptum *Tertius dies.* Libri III. subscriptio est: .. CONVIVIORVM SECVNDI DIEI EXPLICIT. Inter libros IV. et V. nulla facta est distinctio. Inter libros V. et VI. legitur: FINIT DE HIS QVAE VIRGILIVS A GRAECIS TRAXIT . DE HIS QVAE A VETERIBVS LATINIS MARO TRANSTVLIT. Libri VII. principium nulla inscriptione neque ulla alia distinctione signatur. In fine libri VII. legitur: FINIS ... CONVIVIORVM TERTII DIEI EXPLICIT. Verba Graeca maioribus literis, sed plerumque mendose ac sine intervallo quo unum ab altero distinguatur, scripta sunt a librario Graeci sermonis adeo imperito, ut nullum fere verbum mendis careat, raro integra [13]).

β) In bibliotheca Monacensi praeter codicem S unus tantum continuam quandam Saturnaliorum partem continet [14]), quem C. Machtius V. D. compluribus locis inspexit. Hic est

4) Emmeranensis E. 55. (E), membr. sec. XIII. Continet foliis CXV.-CXXXVI. Saturnaliorum librum VII., sed haud magni est pretii.

γ) In bibliotheca regia Parisina a Theodoro Pressel V. D. com-

---

[13]) Praeter hos Saturnaliorum codices Bandinius in catalogo bibliothecae Laurentianae alios quosdam posuit:

1) Tom. II. fol. 529.: „Cod. IX. plut. LI. Macrobii Theodosii Viri Clarissimi et Illustris conviviorum Saturnaliorum libri III. priores, quorum postremus excepta prima pagina manu seculi XV. et quidem elegantissima suppletus fuit. Heic quoque Graeca verba suis locis habentur in ipso textu exarata. Codex membran. in 8. Sec. XIII... Constat foliis 118.“

2) Ib. fol. 534.: „Cod. XII. plut. LI. Macrobii Theodosii Saturnaliorum libri VII. anepigraphi praeter primum, ut supra in cod. VIII. huius plutei, cum Graecis verbis multis in locis alia manu suppletis. Codex membran. in 4. Sec. XV. elegantissime exaratus. ... Constat foliis scriptis 159.“

3) Tom. IV. p. 175.: „Bibliothecae e Florentino S. Crucis coenobio in Laurentianam translatae plut. XXIV. cod. IX. Macrobii Saturnaliorum liber VII. cum prologo et liber II. ... Codex membran. in 4. min. sec. XIII. exeuntis, num. 668. notatus. Constat foliis scriptis 41.“

[14]) Cod. Wessobrunnensis 4. foliis CLXXII-CLXXIV. continet excerpta e Saturnalibus, lib. I. c. 7. de Papirio et lib. II. c. 7. de iocis Caesaris Augusti. Duo alii codices qui etiam excerpta Macrobiana continent, Cod. Lat. Hardt. 631. fol. LXXIV-LXXVI., et Cod. Lat. 798., quondam Petri Victorii, qui continet varia, forte Petri Criniti manu, vix ullius momenti esse dicuntur.

plures codices Saturnalia continentes mea causa sunt perlustrati praeter Regium 6371. (P1) quem excussit totum. Hi sunt

5) Regius 5797. (P2), membran. sec. XIII. formae quadratae, continens inde a fol. LVII. Saturnaliorum libros tres priores. Graeca verba scripta sunt literis maiusculis, sed non omnia adsunt. In fine libri II. legitur: ... CONVIVIORVM PRIMI DIEI SATVRNALIORVM EXPLICIT.

6) Regius 6367. (P3), membran. sec. XIV., continens inde a fol. LX. Saturnaliorum libros I. et II. cum inscriptione: ... INCIPIT LIBER SATVRNALIORVM, et subscriptione: EXPLICIT LIBER. Graeca verba adsunt literis maiusculis scripta.

7) Regius 6370. (P4), membran. sec. IX., continens fol. CXII. tantum Saturnaliorum principium usque ad praef. § 6. cum inscriptione: EIVSDEM SATVRNALIORVM LIBER I.

8) Regius 8676. (P5), membran. sec. XIV., continens foliis XLVII. Saturnaliorum libros I. II. III. et VII. binis columnis scriptos sine ulla inscriptione.

9) Regius 8677. (P6), membran. sec. XV., formae maximae continens foliis I-CXX. Saturnaliorum libros VII. Libro I. inde a cap. 18. inseruntur inscriptiones variae, in eius fine legitur: .. SATVRNALIORVM LIBER I. EXPLICIT, in fine libri II.: .. CONVIVIORVM PRIMI DIEI ET SECVNDI SATVRNALIORVM V. C. LIBER II. EXPLICIT. INCIPIT TERTIVS FELICITER, in fine libri III.: .. CONVIVIORVM SECVNDI DIEI EXPLICIT LIBER TERTIVS. INCIPIT QVARTVS FELICITER. Liber V. inscribitur: DE STILO VIRGILII. LIBER V. CONVIVIORVM TERTII DIEI. In fine cap. I. legitur: DE RHETORICIS OBSERVATIONIBVS VIRGILII FINIT, et in fine libri V.: FINIT DE HIS QVAE VIRGILIVS A GRAECIS TRAXIT. NVNC DE HIS QVAE A VETERIBVS LATINIS MARO TRANSTVLIT DICETVR. ET INCIPIT LIBER SEXTVS, in fine libri VI.: ... LIBER SEXTVS EXPLICIT. SEQVITVR LIBER SEPTIMVS FELICITER, in fine libri VII.: ... SATVRNALIORVM LIBER SEPTIMVS ET VLTIMVS EXPLICIT FELICITER. Verba Graeca literis minoribus scripta leguntur tantum in libris duobus primis.

10) Regius 8678. (P7), membran. sec. XV. formae quadratae, continens Saturnaliorum libros VII. in V libros divisos. Liber I. inscribitur: INCIPIT LIBER MACROBII DE SATVRNALIBVS FELICITER. In fine libri I. legitur: EXPLICIT LIBER PRIMVS. INCIPIT SECVNDVS, in fine libri II.: EXPLICIT LIBER SECVNDVS. INCIPIT TERTIVS, in fine libri III.: EXPLICIT LIBER TERTIVS. INCIPIT QVARTVS. Libri V. principium signatur tantum litera maiori: in eius fine legitur: EXPLICIT LIBER QVARTVS. INCIPIT V. Duo ultimi libri sine ulla inscriptione continuantur. Verba Graeca in duobus primis libris leguntur literis maioribus scripta.

δ) In bibliotheca Borbonica quinque sunt codices manu scripti Saturnalia vel partes quasdam eorum continentes [15]). Praestantissimi spe-

---

[15]) Praeter codicem CCCIV. Iannellius commemorat

1) „CCCCII. Cod. chart. fol. sec. XV. Habet Saturnaliorum libros VII. a verbis praefationis: *aliqua est illic acuta* primo folio deperdito. Graeca verba saepe ab alia manu et ad oram apposita, saepe prorsus omissa."

2) „CCCCIII. Cod. chart. fol. sec. XV. Saturnaliorum libri VII. Ad calcem: *Explicit liber septimus Macrobii Theodosii conviviorum finit*, sed *non finis est operis, ut in promptu est agnoscere considerare volenti.* Graeca desunt."

cimen mecum communicavit F. Guil. Schneidewinus V. Cl., a quo rogatus H. Keilius V. D. nonnulla, Graeca praesertim, e libri V. capitibus 19. et 20. contulit cum edit. Bipont. Hic est

11) Borbonicus CCCCIV. (N i. e. Neapolitanus), quem Iannellius in catalogo bibl. Borbon. p. 267. sic descripsit: „Cod. membr. fol. parv. quadrata forma, claro et accurato charactere descriptus sec. XI. vel XII. Habet VII. libros usque ad verba: *quia his loquendi laberinthis impares nos fatemur, age Vetti*, lib. VII. cap. 5. [§ 2.] Titulus I. libri literis rufis et maioribus hic: MACROBII THEODOSII V. C. ET ILLVSTRIS CONVIVIORVM PRIMI DIEI SATVRNALIORVM INCIPIT. Graeca verba omnia adsunt ab eadem manu forma maiuscula.“ Hic codex meo P similis esse videtur.

Apparet omnes hos codices Saturnalia continentes ex eodem fluxisse exemplari, quum omnes pari modo sint manci atque mutili. Codices B et G eiusdem esse originis pro certo potest affirmari: iique Macrobii verba satis integra exhibere videntur: propterea in tribus iis quos continent libris hos potissimum secutus sum. In reliquis libris verba Latina praecipue accommodavi ad codices A (quem ipse excussi totum) et M3. (quem praestantissimum e Mediceis esse sero intellexi: alioqui totum eum cum exemplari typis descripto curassem conferendum): verba Graeca emendavi ad exemplum codicis P, qui solus fere omnia continet et in his diligentissime est excussus, quum in verbis Latinis non omnes minutiae pari diligentia ex eo sint enotatae. In his igitur codicem P secundo loco posui cum recentissimo codice S, ut iis obtemperarem, ubi quae legerentur in illis codicibus non viderentur referre Macrobii manum.

---

3) „CCCCV. Cod. membr. fol. parvo sec. XV. Habet libros septem. Graeca plerumque desunt.“

4) „CCCCVI. Cod. membr. 4°. sec. XI. vel XII. Habet Saturnaliorum libros duos priores. Graeca assunt, forma maiuscula. Olim Iani Parrhasii et Ant. Seripandi.“ Hic codex videtur eius generis esse cuius sunt B et G, et continere libros III. Nam huius libri finem in exemplaribus post Pontanum editis finem libri II. esse constat.

Keilius, qui codicem Borbonicum CCCCIV. inspexit, Schneidewino scripsit se in Italia nullum integrum Saturnaliorum codicem vidisse Mediceis vetustiorem, sed in bibliotheca Vaticana unum qui contineret tantum partem quandam eorum. In catalogo bibliothecae D. Marci quae est Venetiis, „praeside et moderatore Laurentio Theupolo, MDCCXLI.“, p. 185 sq. memorantur quattuor Saturnaliorum codices seculi XIV. et unus seculi XVI. Bernardus de Montfaucon in Bibliotheca bibliothecarum praeter supra dictos memorat p. 418. Florentiae in bibliotheca Benedictinorum B. Mariae Saturnaliorum codicem membr. scriptum a. MCCCCLXI., p. 425. in bibliotheca S. Marci Dominicanorum unum cum subscriptione: *Saturn. conviviorum tertii diei liber ultimus explicit*, p. 485. Patavii in bibliotheca S. Iohannis in Viridario: „Macrobii Saturnalia“, Mediolani in bibliotheca Ambrosiana: „Saturnalia pergam. ter. D. Gust. Haenelius in catalogo libror. mss. qui in bibliothecis Galliae cet. asservantur, Lipsiae MDCCCXXX., praeter codices Montispessulanos Col. 482. in bibliotheca publica Trecensi: „Macrobii Saturnalia sec. XIV. membran. 4. not. Q. Q. III, 41.“, Col. 770. in bibliotheca publica Tornacensi: „Macrobii Saturnalia et S. Scip. sec. XIV. membr. 4.“, et Col. 931. in bibliotheca Escorialensi: „sec. XIII. et XIV. membr. 4. quater“, Col. 971. in bibliotheca regia Madritensi: „Macrobii Saturn. bis“, Col. 994. in bibliotheca Toletana ecclesiae maioris: „Macrobii Saturnal. sec. XV.“ Bruxellis denique F. Guil. Schneidewinus mihi scripsit in epistola se vidisse in bibliotheca Burgundica codicem Saturnaliorum sec. XII. num. MLVIII. signatum.

CAPUT SEXTUM.

DE EDITIONIBUS OPERUM MACROBII.

Qui de Macrobii operibus bene meruerint, et quid quisque ad ea emendanda contulerit, demonstravimus supra cap. IV. p. LI. sqq. Restat, ut enumeremus editiones, et adiiciamus quidquid praeter singulorum librorum inscriptiones, quas suis locis posuimus, de cuiusque forma et specie dicendum est [1]).

VENETA I. (v vel v1). Editio princeps [2]) (folia CLXVI.* formae maximae, e quibus III. sunt vacua, versuum XL.). Subscribitur: *Macrobii Aurelii Theodosii viri consularis et illustris Saturnaliorum libri impressi Venetiis opera et impensa Nicolai Ienson Gallici. M. CCCC. LXXII.*, sed continet etiam Ciceronis Somnium Scipionis cum Commentariis Macrobii, omissis tantummodo verbis I, 21, 10.: *lege discurrere* et quae sequuntur usque ad § 11.: *et sibi invicem nuntiarent et.* Saturnaliorum libri partim in capita dividuntur, sed non eodem modo atque in editionibus recentioribus: nec nisi quinque primis primi libri capitibus adduntur numeri. Reliquis, ut librorum numeris et descriptionibus quae erant Commentariis addendae, relicta sunt spatia. Idem factum est, ubi omissa sunt verba Graeca, quae maiore quidem ex parte adsunt, Homerica praesertim, accentibus minus accurate positis. Orthographia eadem est quae in codicibus recentioribus, nisi quod pro *ss* et *tt* legitur interdum *sc* et *ct*, ut *noscet* et *admictere* Compendia scripturae inveniuntur fere eadem atque in codicibus seculi XII. (Conf. supra pag. LI.). Usus sum exemplari bibliothecae Universitatis Erlangensis, quod, ut ceteras editiones, contuli cum Zeuniana.

Brixiensis I. (folia CXCI.* versuum XXXVII.). Subscribitur: *Macrobii Aurelii Theodosii viri consularis et illustris saturnaliorum libri impressi Brixae* (sic) *per Boninum de Boninis de Ragusia. M. CCCC. LXXXIIII. die VI. Iunii.* Continet eadem quae Veneta I. cum iisdem lacunis iisdem inscriptionibus iisdemque fere literarum compendiis. Literae initiales desiderantur, sed additae sunt descriptiones [3]) mathematicae et geographicae, et in margine passim indicatur argumentum. Usus sum exemplari bibl. Univ. Wirceburg.

Brixiensis II. (folia CLXXVI.* versuum XXXVII.). Subscribitur: *Macrobii Aurelii Theodosii viri consularis et illustris saturnaliorum libri impressi Brixiae per Boninum de Boninis de Ragusia. M. CCCC. LXXX. die XV. Maii.* Haec ex antecedentis exemplari facta est, in quo interciderant folia XCVII. et XCVIII., in quibus quae leguntur: Sat. I, 24, 11. *ut paene vitio mentis* usque ad II, 2, 4. *et novissime domum quae,*

---

[1]) Nullam recepi editionem quin aut habeam ipse aut viderim aut cognoverim esse in certa aliqua bibliotheca. In quibus nihil eiusmodi adnotavi, eae in meo sunt apparatu. Signum * foliorum numero additum significat numerum in editionis singulis foliis non esse notatum.

[2]) Alii putaverunt editionem principem prodiisse ante annum MCCCCLXVIII. sed vid. supra p. LI.

[3]) In hac editione, ut in sequentibus (ex iis quarum scripturae discrepantiam inserui apparatui critico v3-g), Commentariorum libro II. cap. 2. § 16. inseritur descriptio numerorum Platonis quam signavi 1a., propterea quod in nullo codice manu scripto eam me videre memini.

in hac editione omissa sunt haud indicata lacuna. Etiam forma utriusque editionis est eadem, nisi quod in hac versus sunt latiores et scriptura arctior. Usus sum exemplari bibl. publ. Bambergensis, in quo praeterquam quod coloribus pictae sunt literae initiales, etiam prima pagina picturis est ornata.

Veneta II. (folia LXXXIX. versuum XXXVIII. vel XXXIX.). Subscribitur: *Macrobii Aurelii Theodosii viri consularis et illustris saturnaliorum libri impressi Venetiis. Anno domini M. CCCC. LXXXXII. die XX. VIIII. Iunii.* Continet eadem eodem modo comparata atque editiones antecedentes. Ipse hanc editionem non vidi. Sed Monachii, ubi septem eius sunt exemplaria (in quorum uno, Inc. c. a. 2737[a]., leguntur margini adscriptae adnotationes, sed nullius momenti), I. G. Krabingerus, quae eius est humanitas, mea causa eam inspexit.

Veneta III. (v2; folia XXXVI. et LXXXVI. versuum XLV–XLVII.). Subscribitur: *Macrobii Aurelii Theodosii viri consularis et illustris saturnaliorum libri impressi Venetiis a Philippo Pincio Mantuano. Anno a nativitate domini M. CCCCC. die XXIX. octobris. Augustino Barbadico Serenissimo Venetiarum duce.* Haec editio omnino fere congruit cum Veneta I. Ne suppleta quidem sunt ea quae in illa desiderantur Comm. I, 21. Eadem habet literarum compendia, sed minus est nitida: in margine passim indicatur argumentum, et additae sunt descriptiones. Litera initialis tantum Somnio Scipionis a typographo addita est: reliquae minusculis tantum signantur literis. Usus sum exemplari bibl. Univ. Erlang. [4])

Brixiensis III. (folia IV.* et CLVIII. versuum XLI.). Titulus est: *Macrobius de Somno* (sic) *Scipionis: nec non de Saturnalibus libri. summa diligentia suo nitori restituti sunt. In quo plus quam ter mille errores corriguntur: graecumque quod in olim impressis deerat fere omnibus locis reponitur.*

Macrobius Lectoribus.

Qui mutilus dudum et crebris erroribus auctus
Macrobius nulli paene legendus eram
Taberi (sic) *ac Pyladae cura magnoque labore*
Nunc iterum mihimet redditus ecce legor.

Subscribitur: *Macrobii Aurelii Theodosii viri consularis et illustris saturnaliorum libri impressi Brixiae per Angelum Britanicum. M. CCCCCI. die XVIII. mensis Ianuarii.* Haec editio eadem fere quae antecedentes habet: easdem librorum inscriptiones, eandem imperfectam Saturnaliorum in capita divisionem, easdemque fere lacunas. Nam perpauca Graeca suppleta, nec multa praeterea emendata sunt: descriptiones paululum mutatae: argumentum in margine passim indicatum. In hac prima comparet *Index vocabulorum Macrobii.* Usus sum exemplari bibl. publ. Norimberg.

Ex hac editione expressa esse videtur

---

[4]) Hac editione usus est Iac. Gronovius. Vid. appar. crit. ad Sat. I, 18, 17. et 21, 20. Eadem esse videtur quam ad I, 22, 7. dicit „priscam editionem Venetam" et ad Comm. I, 5, 3.: „Beroaldinam": quo iure, nescio. — Commemorantur etiam editiones Mediolani apud Scinzenzeler, MCCCCXCVIII. fol., et a Meursio (vid. sup. p. LXIII.) Bononiae a. MDI. Neutram neque ego in ulla bibliotheca inveni neque alius quicquam se vidisse retulit.

Veneta IV. (v8), Riviana, Iuntina prior, (folia CXXII. versuum XLVI.). Titulus rubro colore insignitus hic est: *En tibi lector candidissime. Macrobius: qui antea mancus: mutilus: ac lacer circumferebatur: nunc primum integer: nitidus et suo nitori restitutus in quo graecae maiestatis dignitas quoad eius fieri potuit superstes reperitur.* Signum crucis equitum Melitensium excipiunt verba: *Ioannes rivius recensuit*, quae sequitur signum lilii, quale est in stemmate regum Francogalliae, cum literis *L. A.* Subscribitur: *Macrobii Aurelii viri consularis et illustris Saturnaliorum libri noviter recogniti: infinitisque erroribus expurgati: quam diligentissime nunc primum impressi Venetiis per Augustinum de Zannis de Portesio ad instantiam Do. Lucam Antonium de Giunta. Anno Dñi. M. D. XIII. Die XV. Iunii.* In tituli pagina aversa legitur epistola: *Ioannes Rivius Venetus. Raphaeli regio gravissimo ac eruditissimo viro Salutem. ... Decimo Calendas Iulii M. D. XIII.* E qua epistola protuli nonnulla p. LIX. In cuiusque libri principio praeter magnam literam initialem ab ipso typographe exornatam exstat pictura ligno incisa. Saturnaliorum singulis capitibus praepositae sunt literae similiter ornatae, sed minores. Alioquin omnino Brixiensi III. haec gemina est Quae ergo enotavi ex hac, in illa quoque legi putanda sunt.

E Veneta IV. factae sunt Ascensianae.

Ascensiana I. (folia VI.* et CXVII.). Titulus est: *Macrobius integer nitidus suoque decori a Ioanne Rivio restitutus. Cum indicio et amplo et veridico.* Prelum Ascensianum sequuntur verba: *Venundatur ab Iodoco Badio et Ioanne Parvo.* Subscribitur: *Macrobii Aurelii viri consularis et illustris Saturnaliorum iLbri* (sic) *noviter recogniti: infinitisque erroribus expurgati: quam diligentissime nunc rursum impressi Parrhisiis acturatione Ascensiana. Ad Kalendas Februarias Calculo Romano M. D. XV.* Hanc editionem vidi olim in biblioth. publ. Bamberg.: sed eius titulum accuratissime descriptum debeo I. G. Krabingero V. Cl.

Ascensiana II. (folia V.* et C.). Titulus est: *Macrobius integer nitidus suoque decori ab I. Rivio superioribus annis et nunc cura Ascensianorum multo diligentius restitutus Parrhisiis apud Iod. Badium. M. D. XIX.* Accedit Censorinus de die natali. Hanc quoque editionem vidi Bambergae. Titulum suggessit Ebertus l. c.

IVNTINA altera (i, folia XIIII.* et 279., 8° min., versuum XXX.). Titulus est: *Hoc volumine continentur. Macrobii interpretatio in somnium Scipionis a Cicerone confictum. Eiusdem Saturnaliorum libri septem. Haec omnia Nicolaus Angelius vir apprime eruditus summa diligentia correxit imprimique curavit*, subiecto signo crucis equitum Melitensium. Subscribitur: *Impressum Florentiae opera et sumptu Philippi Iuntae. Anno a nativitate. D. XV. supra mille. mense Iulio. Leone Decimo Pontifice.* In ultimi folii pagina aversa picti sunt duo pueri cum cornibus copiae lilii signum tenentes. In tituli pagina aversa legitur: *Nicolaus Angelius Bucinensis, Ioanni Salviato iuveni praestantissimo S. P.* Sequitur epistola, e qua protuli nonnulla p. LII., et fol. III. *Index vocabulorum Macrobii* idem atque in Brixiensi III. et Veneta IV. Etiam inscriptiones eaedem sunt, nec suppleta Graeca quae in illis desiderantur. Librorum literae initiales minoribus tantummodo literis indicantur. Usus sum exemplari bibl. publ. Norimberg. [5])

[5]) Repetitam esse hanc editionem Venetiis anno MDXXI. a Tacuino

COLONIENSIS I. (cl, folia VI.* et 146. versuum XLV.). Titulus figuris ornatus hic est: *Macrobii Aurelii Theodosii viri consularis in Somnium Scipionis libri duo: et septem eiusdem libri Saturnaliorum. — Hoc oratus sit lector, ut, priusquam de nostra sive cura sive incuria pronuntiet, haec exemplaria diligenter cum aliis conferat, ac tum quae quibus anteferenda sint iudicet. — Apud sanctam Coloniam.* Subscribitur: *Coloniae apud Eucharium Cervicornum. Anno supra sesqui millesimum vicesimo primo. Mense Augusto.* — Arnoldus Vesaliensis, qui hanc editionem curavit, in aversa tituli pagina posuit *Ad studiosos epigramma* Graece et Latine; in fol. II.* legitur epistola: *Arnoldus Vesaliensis studioso Lectori salutem ... Vale. Coloniae.*, e qua protuli nonnulla supra, p. XII., deinde *Index ordine alphabetico congestus.* Vesaliensis in hac editione primus libros ita, ut fit in recentioribus editionibus, divisit in capita, hisque praemisit summaria. In margine passim indicatur argumentum et notantur libri e quibus Macrobius singula quaedam citavit: aliquoties afferuntur scripturae discrepantes. Loci Homerici plerique ex ipso poeta sunt suppleti. Vid. sup. l. c. Usus sum exemplari bibl. publ. Norimberg.

Coloniensis II. (c vel c2, folia X.* et 140. versuum XLV.). Titulus figuris ornatus hic est: *Macrobii Aurelii Theodosii viri consularis in somnium Scipionis libri duo: et septem eiusdem Saturnaliorum. Nunc denuo recogniti et multis locis aucti. Eucharius Cervicor. excudebat. Anno M. D. XXVI.* Subscribitur: *Coloniae apud Eucharium Cervicornum aere et impensa M. Godefridi Hittorpii civis Coloniensis, Anno M. CCCCC. XXVI. pridie nonas Ianuarias.* In tituli pagina aversa legitur idem atque in edit. Colon. I. epigramma Graece et Latine, fol. II.*: *Arnoldus Vesaliensis candido lectori S. D. ... Coloniae. X. calendas Ianuarii M. D. XXV.* (e qua, ab editionis I. epistola nuncupatoria diversa, protuli nonnulla p. LIII.), et *Eiusdem Ode Sapphica hendecasyllaba* versuum XXXII. Reliqua omnino fere congruunt cum editione I.

Coloniensis III. (folia complura * et paginae 463., 8°.). Titulus est: *Macrobii Aurelii Theodosii viri consularis in Somnium Scipionis libri II. Eiusdem Saturnaliorum libri VII. Nunc denuo recogniti et multis locis aucti. Coloniae, opera et impensa Ioannis Soteris. Anno MDXXVII. Mense Augusto.* Subscribitur: *Coloniae apud Ioannem Soterem, aere et impensa eiusdem. Anno MCCCCCXXVII. Mense Augusto.* Prorsus eadem haec editio, qua usus est Zeunius, continet atque Coloniensis II. Cuius rei auctor est I. G. Krabingerus V. Cl. Nam in bibl. reg. Monac. duo sunt exemplaria.

ALDINA (a, folia XVIII, quorum quattuor sunt vacua, et 322., sed folia 293–322. occupat Censorinus, 8° min., versuum XXX.). Titulus est: *Macrobii in Somnium Scipionis ex Ciceronis VI. libro de rep. eruditissima explanatio. Eiusdem Saturnaliorum Libri VII. Censorinus De die natali, additis ex vetusto exemplari nonnullis, quae desiderabantur;* sequitur signum officinae Aldinae, piscis circa ancoram flexus, addito nomine *Aldus.* Subscribitur: *Venetiis in aedibus Aldi, et Andreae Asulani soceri. M. D. XXVIII. mense Aprili.* In ultimi folii pagina aversa iterum signum est officinae. Fol. II. et III.* legitur epistola: *Donatus Veronensis Io.*

---

de Tridino referunt Ebertus (Allgem. Bibliograph. Lexic. vol. II. p. 14.) et F. L. A. Schweigerus (Handbuch d. class. Bibliograph. Vol. II. part. II. pag. 586.).

Bapt. Rhamnusio Graece et Latine doctissimo ac Venetae reip. Secretario S. P. D. . . . Vale. Sequitur foliis IV–XIII.* index, cui praemisit Donatus haec verba: *Comparato hunc nostrum indicem, Candide Lector, cum caeteris qui ante hunc diem impressi sunt: videbis quam bene tibi consultum sit nostris laboribus. non modo enim copiosiorem deprehendes: sed etiam absque omni fraude numerorum constantem fidelemque. unquam* (sic) *te mittet usquam, quin ibidem sis inventurus quod quaerebas.* In fol. XIII. v. et XIV.* leguntur *Virgilii versus a Macrobio expositi κατὰ στοιχεῖον.* Libri non dividuntur in capita, nec quidquam legitur in margine. Literae initiales omissae indicantur parvulis literis. Ciceronis Somnium Scipionis iisdem literis scriptum est ac verba Macrobii, quibus quae ex illo inserta sunt, literis sunt descripta uncialibus. Praeter meum exemplar huius editionis usus sum alio quod est in bibl. reg. Monac., olim P. Victorii, inscriptis margini nunc praeciso notulis quibusdam, quas ad Saturnalia pertinentes transscripsi.

HERVAGIANA (h, folia XIX.* et paginae 334. versuum XL.). Titulus est: *Macrobii Ambrosii Aurelii Theodosii viri consularis et illustris in Somnium Scipionis libri II. Eiusdem Saturnaliorum libri VII. ex vetustissimis manuscriptis recogniti et aucti.*

Ioachimus Camerarius Lectori.

Haec qui forte vides autoris scripta, videto,
Quam quoque vulgatis sint meliora prius.
Haec bona nunc Musis operata dantur ab arte
Hervagii, quae iam tot dedit ante tibi.
Quid sed ego memorem correcta, expleta, reposta,
Quotque quibusque modis, quotque quibusque locis?
Pauperis est numerare pecus, simul omnia laudem
Non aliqua in nostris pars quota rebus habet.
Qui tamen et nostri numerum vult scire laboris,
Annumeret versus totius ille libri.

Sequitur signum officinae Hervagianae, Mercurius triceps stans in columna cui adscriptum est *Hervag.*, et deinde *Basileae ex officina Ioan. Hervagii. Anno M. D. XXXV.* In tituli pagina aversa leguntur *Autores, quorum testimonio in his libris usus est Macrobius*, et fol. II.* epistola: *Nobili ac generoso domino Paulo Baroni ad Schuuartzenberg, Pabenbergae et Vuirceipurgi &c, Collegae Canonico .. Ioachimus Camerarius. QV. S. D. ... Vale.*, e qua protuli nonnulla supra, p. LIII. Fol. IV.* incipit novus *Rerum ac verborum in Macrobii libros index*, quem sequitur p. I. Macrobii Commentariorum in Somnium Scipionis liber I. omisso Ciceronis Somnio Scipionis. Praeterea in hac editione leguntur eadem fere quae in Coloniensibus, sed multifariam emendata atque aucta, Graeca praesertim, quibus e codice sumptis in lib. V. non adduntur adnotationes Vesaliensis, sed et hic et alias aliae novae. Usus sum exemplari quod mihi commodavit Ioachimus Meyerus V. D. Professor Norimbergensis praeter illud quod e bibliotheca publica Bernensi mihi miserat Albertus Iahnius V. D., de quo vid. p. LXXIII.

Ex hac editione factae sunt

1) Editiones Gryphianae.

a) Lugdunenses.

Gryphiana I, 8°. Titulus est: *Macrobii Ambrosii Aurelii Theodosii, viri consularis et illustris, In Somnium Scipionis lib. II. Saturnalio-*

rum lib. VII. Ex variis ac vetustissimis codicibus recogniti et aucti. Sequitur signum officinae, gryps stans in lapide quadrato super globum alatum, additis verbis: *Virtute duce, comite fortuna. Lugduni apud Seb. Gryphium. MDXXXVIIII.* Leguntur in ea fere omnia quae in edit. Hervagiana, omissa tamen epistola nuncupatoria et addito Somnio Scipionis. Pauca tantum mutata sunt, et paucis locis leguntur scripturae discrepantes quas illic non invenias. Indices ad voluminis finem reiecti sunt, 1) *Index rerum et verborum huius operis,* 2) *Autores, quorum testimomonio in his libris usus est Macrobius.* Exstat Monachii.

Eandem formam eundemque titulum habent

Gryphiana II., a. MDXLII., et

Gryphiana III., a. MDXLVIII., quae exstant Monachii.

Gryphiana IV. (g, paginae 567. et folia XXXV.* versuum XXXI.), a. MDL. Praeter unum exemplar quod est in meis libris alterum, de quo vid. p. LXIX., ad me misit Eduardus Osenbrüggen V. Cl.

Gryphiana V., a. MDLVI., et

Gryphiana VI., a. MDLX., exstant Monachii.

Gryphiana VII. (12°), a. MDLXXXV., eundem habet titulum, nisi quod additur: *Cùm indice locupletissimus* (sic). Unum exemplar exstat Erlangae, unum Monachii.

b) Venetae (si modo plures sunt).

Gryphianam Venetam, quae prodierit *Venetiis apud Ioh. Gryphium,* in 8°, a. MDLXV. exstare Gottingae refert Schweigerus. Alteram anni MDLXXIV., 8°, idem commemorat cum Eberto.

2) Stoerianae, quae factae sunt e Gryphiana VII.

Stoeriana I. (12°, paginae 745. versuum XXIX. et folia XLIX.* indices continentia.). Titulus est: *Macrobii Ambrosii Aurelii Theodosii, viri consularis et illustris, In Somnium Scipionis lib. II. Saturnaliorum Lib. VII. Ex variis ac vetustissimis codicibus recogniti et aucti. Cum Indice locupletissimus* (sic). Sequitur pictura, duo pueri sedentes qui tenent coronas. *Apud Iacobum Stoer MDXCVII.*

Stoeriana II., priori gemina, 12°, apud *Iac. Stoer.* MDCVII. Schweigerus addit: (*Genev.*). Exstat Monachii.

In omnibus his editionibus in Saturnaliorum libris leguntur adnotationes quibus Arnoldus Vesaliensis demonstravit lacunas (vid. p. XXXII.), et in marginibus breves notae modo plures modo pauciores quibus indicantur vel argumentum vel scripturae discrepantia. Eodem pertinere videntur editiones, quas commemorant Ebertus et Schweigerus ll. cc., Lugduni apud Theob. (Schw. Theod.) Paganum MDLX. 8°, et Venetiis apud Hi. Scotum.

STEPHANIANA (s, folia VII.* titulum et epistolas continentia, paginae 578. versuum XXXIII., folia XL.* indices continentia). Titulus est: *Aurelii Macrobii Ambrosii Theodosii, Viri Consularis et illustris, In Somnium Scipionis Libri II. Eiusdem Conviviorum Saturnaliorum Libri VII. De hac editione lege ad lectorem epistolam Henrici Stephani: a quo tibi dabuntur etiam quaedam excerpta ex eiusdem Macrobii libro, quem inscripsit De differentiis et societatibus Graeci Latinique verbi. Parisiis cum privilegio Caesaris et Gallorum Regis in decennium. Anno M. D. LXXXV.* Titulum sequuntur epistolae: *Iacobo Danesio, Regis in Senatu Parisiensi Consiliario. ... Vale. Parisiis. XI. Cal. April.* et: *Henricus Stephanus lectori lectionis Macrobii studioso. ... Vale,*

e quibus protuli nonnulla p. LIII. sq. Ciceronis Somnium Scipionis desideratur. Vesaliensis summaria singulorum capitum leguntur pagg. 158-162. et 570-578. praemissis inscriptionibus: *Summa capitum, prout vulgo commentarius in somnium Scipionis ex Ciceronis libro de republica sexto distinctus est*, et: *Summa librorum et capitum, prout vulgo libri Saturnaliorum distincti sunt.* Sequuntur: *Autores quorum testimonio in his libris usus est Macrobius*, et *Index rerum et verborum huius operis*, cui praemittuntur haecce: *Lectorii* (sic) *admonitio de sequente Indice. Monendus es, lector, quaedam vocabula in hoc indice inventum iri quae in superioribus non extant, vicissimque in hoc desideratum iri nonnulla quae illi habent* cet. Huius editionis curam H. Stephanus mandavit Ludovico Carrioni, qui omisit descriptiones Commentariis in Somnium Scipionis appictas et adnotationes in antecedentibus editionibus cum in margine adscriptas tum Saturnaliorum quibusdam libris subscriptas, sed lacunas indicavit in Saturnaliorum libri I. fine, in lib. II, c. 2. § 14., lib. III. post cap. 12., in fine librorum III. IV. VI. VII., additis asteriscis.

OPSOPOEI editio princeps excerptorum grammaticorum. Titulus est: *A. Macrobii Theodosii de differentiis et societatibus Graeci Latinique verbi libellus nunc primum in lucem editus cum notis I. Opsopoei. Parisiis apud Dionys. Duvallium. MDLXXXVIII.* *) 8°. Exstat in bibliotheca regia Parisiis, sed in alienis manibus erat, cum Theod. Pressel V. D. a me rogatus eam erat inspecturus.

Receptus est hic libellus in *Grammaticae Latinae auctores antiquos* qui *opera et studio Heliae Putschii* prodierunt *Hanoviae, typis Wechelianis, MDCV.* 4°. p. 2727-2775., et alia eiusdem libri excerpta in *Analecta grammatica maximam partem anecdota quae ediderunt Iosephus ab Eichenfeld et Stephanus Endlicher. Vindobonae MDCCCXXXVII.* 4°. p. 185-192. Conf. p. XIII.

PONTANI editio prior. (p vel pl, 8°, folia VIII.*, pagg. 697. versuum XXXIII., folia XXVII.* indices et Meursii notas continentia). Titulus est: *Aur. Theodosii Macrobii V. Cl. et inlustris opera. Ioh. Isacius Pontanus recensuit: et Saturnaliorum libros Ms. ope auxit, ordinavit, et Castigationes sive Notas adiecit. Ad amplissimum virum Arnoldum Witfeldium regni Daniae Cancellarium. Contenta hoc libro vide pagina sequenti: quibus accedunt I. Meursii breviores Notae.* Sequitur pictura, palma cum ramo oleagineo colligata, addito insuper circino et vinculo in quo inscripta sunt verba: *Labore et industria. — Lugduni Batavorum ex officina Plantiniana. Apud Franciscum Raphelengium. M. D. XCVII.* In pagina sequenti legitur: *Contenta hac editione. Commentarius in Somnium Scipionis. Saturnaliorum Libri septem. De differentiis et societatibus Graeci Latinique verbi Libellus. Ad quae omnia Ioh. Isaci Pontani Castigationes sive Notae. Accessit, praeter Indicem rerum et verborum, Syllabus Auctorum quorum testimoniis Macrobius usus est.* Sequitur fol. II.* epistola: *Nobiliss. et Ampliss. viro Arnoldo Witfeldio ab Odersberch, regni Daniae Cancellario Io. Isacius Pontanus. S.... Vale. Lugduni in Batavis XV. Kal. Octob.* ꝏ. *D. IIIC.*, et fol. V*v. *epigrammata IV. in Aur. Macrobium a Ioh. Isac. Pontano restitutum composita a Iosepho Scaligero Iul. Caes. filio, P. Ber-*

---

*) Alii hunc libellum iam anno MDLXXXIII. prodiisse referunt; sed vid. p. LIV.

tio, *Fr. Dousa*, *Fr. Raphelengio F. F.*, *ἐγκώμιον Ioh. Isacio Pontano Ambrosii Aur. Macrobii vindici et adsertori auctore P. Scriverio*, *Ἐπίγραμμα Ἰωάννῃ Ἰσακίῳ Ποντάνῳ Μακροβίου ἀμύντορι ... ἔγραψα Ὑγειανὸς ὁ Γρότιος*, idemque ab eodem Latine versum. Sequuntur fol. VIII.* *De Macrobio eiusque Scriptis testimonia et alia quaedam ad Lectorem*. Somnium Scipionis ut ab ed. Stephan. abest. Saturnaliorum libri III. capita 13-20. Pontanum transtulisse in librum II., ubi essent capita 9-16., eumque in principio librorum III et IV. et in fine librorum III. et VI. affinxisse quaedam quae e codice Cantabrigiensi se sumpsisse simularet docuimus supra p. xxxv. sq. et p. xlv. sq. Haec se de scripto addidisse in margine adnotavit, praeterea nihil. Recensionem secutus est Lud. Carrionis, sed addidit praeter libellum de differentiis cet. ex Opsopoei editione descriptum p. 586-663. suas *ad libros Saturnaliorum notas*, p. 664-668. *In libellum de differentiis* cet. *Ioh. Opsopoei et Ioh. Isacii Pontani breviores notas*, primum Opsopoei, praemissis verbis: *Libellus hic, Lector, P. Pithoei munus est. Dedit eum primus eiusdem Pithoei liberalitate Ioh. Opsopoeus, adiectis his, quae subdimus, Monitis sive Notis;* deinde (p. 666.) Pontani praemissis verbis: *Haec, ut dixi, Opsopoeus. Nos quae postmodum animadvertimus et illustris viri Iosephi Scaligeri indicio accepimus (communicaverat enim is nobiscum exemplar suum appositis ad oram locorum aliquot emendationibus) ista sunt:*, p. 669-687. *Collectanea ad Aur. Macrobii Commentarium in Somnium*, p. 687-697. *Omissa.* Indices sequuntur *Ioh. Meursii ad Macrobii Saturnaliorum libros breviores Notae* (quae leguntur etiam in Meursii operibus editis ab I. Lami, Florent. MDCCXLV. fol. Vol. VI. p. 247-261.).

Pontani editio altera (p2, folia XV.*, pagg. 768., versuum XXXIV., fol. XXIV.* indices et errata continentia). Titulus est: *Aur. Theodosii Macrobii V. Cl. et inlustris Opera. Ioh. Isacius Pontanus secundo recensuit: adiectis ad libros singulos Notis. Quibus accedunt Ioh. Meursii breviores Notae.* Seqnitur pictura, homo terram fodiens, adscriptis verbis: *Fac, Spera. — Lugduni Batavorum. Ex officina Ioannis Maire. M. D. CXXVIII.* In pagina aversa legitur, ut fere in edit. I.: *Contenta hac editione ... Castigationes sive Notae. Ioh. Opsopoei et Ioh. Isacii Pontani Notae ad libellum de Graeco Latinoque verbo. Accessit Syllabus Auctorum quorum testimoniis Macrobius usus est, ad haec Index Rerum et Verborum copiosissimus: nec non Auctores qui in Collectaneis vel Notis laudati, illustrati vel emendati. Ioh. Meursii Breves Notae ad Macrobium.* Sequitur fol. II.* epistola: *Illustri ac magnifico viro D. Christiano Frisio cet. Ioh. Isacius Pontanus. S. D. ... Dat. Hardevici Gelrorum XII. Cal. Quintil. Anno Christi MDCXXVII.* et fol. V.* eadem carmina atque in ed. I., p. vii.*v. testimonia aliquanto aucta, fol. IX.*v., ut in edit. Stephan., quamquam singulis quoque capitibus praeposita sunt summaria, *Summa librorum Macrobii et Capitum, prout hac editione a Ioh. Isacii* (sic) *Pontano distincti sunt.* Somnium Scipionis hic quoque est omissum. Verba scriptoris sequuntur p. 607-635. *Collectanea ad Aur. Macrobii Commentarium in Somnium Scipionis*, p. 636-730. *Ad Aur. Macrobii libros Saturnaliorum Notae*, p. 731-736. *In libellum de differentiis* cet. *Ioh. Opsopoei et Ioh. Isacii Pontani breviores Notae*, ut in ed. I., p. 737-746. *Auctarium Notarum ad Macrobium ex codice praesertim V. Cl. P. Scriverii*, ad Saturnalia tantum pertinens, p. 747-764. *Ioh. Meursii ad Macrobii Saturnaliorum libros breviores Notae.* Denique *Syllabum*

auctorum cet. (p. 765–768.) reliqui sequuntur indices nullis paginarum numeris signati. Descriptionibus omnino carent Pontani editiones [7]).

GRONOVIANA (d, 8°, folia XIV.* dedicationem cet. et Somnium Scipionis continentia, pagg. 704. versuum XXXIII., folia XXXIV.* indices continentia). Titulus, cui ex adverso posita est pictura de inciso aere expressa, in qua depingitur somnium Scipionis et per aedium fores apertas conspicitur convivium Saturnaliorum, hic est: *Aur. Theodosii Macrobii V. Cl. et inlustris Opera. Accedunt Notae integrae Isacii Pontani, Ioh. Meursii, Iacobi Gronovii. Lugduni Batavorum, Ex officina Arnoldi Doude, Cornelii Driehuysen,* 1670. *Cum Privilegio.* Inscritur parva pictura, pelecanus pullos suo sanguine pascens adscriptis verbis: *Vivimus ex uno.* In pagina aversa legitur: *Aur. Theodosii Macrobii V. Cl. et inlustris Commentarius in Somnium Scipionis lib. II. Saturnalia lib. VII. De differentiis et societatibus Graeci Latinique verbi libellus. Cum integris et ex chirographo auctis Ioh. Isacii Pontani, Ioh. Meursii, Iacobi Gronovii Notis.* Sequitur fol. II.* dedicatio: *Reverendissimo et Celsissimo Principi ac Domino D. Ferdinando, Dei gratia Episcopo Paderbornensi* cet., *Libero Baroni de Furstenberg,... Lugduni a. d. VI. Idus Maias A. C. MDCLXX.*, et fol. III.*v. Praefatio, cui subiiciuntur Addenda e cod. Oxoniensi et Excerpta illa mathematica quae posui p. 218 sqq., fol. VIII.* *De Macrobio eiusque scriptis testimonia et alia quaedam* e Pontani edit. II., fol. X.* *M. Tullii Ciceronis Somnium Scipionis*, praemissis verbis: *Scipio loquitur* (non ergo haec editio p. 3. in earum numero erat referenda in quibus non legeretur Somnium), et fol. XV.*v. *Summa privilegii D. D. Ordd. Hollandiae West-Frisiaeque.* Macrobii operibus omnes quae in Pontani edit. II. leguntur adnotationes suis quaeque locis subiectae sunt, auctae I. Gronovii notis. Liber et caput in quavis pagina notatur in hac sola editione, namque tam in prioribus, inde a Coloniensi I., quam in posterioribus tantum libri signantur. Indices iidem sunt atque in Pontani edit. II., e qua haec facta est additis dumtaxat descriptionibus et praeterea paucis mutatis. Conf. p. xv. Usus sum exemplari quod est in bibliotheca gymnasii Suevofurtensis.

Ex hac editione profectae sunt quae sequuntur:

Londinensis, 8°, cuius titulus est: *Aur. Theodosii Macrobii opera. Accedunt integrae Is. Pontani, Ioh. Meursii, Iac. Gronovii notae et animadversiones. Editio novissima cum indice rerum et vocum locupletissimo.*

---

[7]) Inde profecta esse dicitur editio Oxoniensis a. MDCLXV. 8°. Sic Schweigerus l. c. Ebertus hanc editionem omisit. In editionis Bipontinae notitia literaria p. xii. legitur: „Haec repetita Oxonii, nescio an 1665., ita ut notae subiicerentur ipsis Macrobii verbis," et p. xiii.: „1665. — 8. Macrobii opera c. adnott. varr. cura Georgii Hornii optime prodiisse refert I. F. Nolten in IV. L. L. aetatibus earumque scriptt. ad calcem Lexici Antibarb. ed. 1744, nescimus an eadem cum seq. quam Fabricius s. a. laudat Oxoniensem," et „..... Oxonii, 8. repetita est ed. Pontani Lugdun., ita ut notae, quae antea ad Macrobii calcem reiectae erant, textui subiicerentur; quod observat Fabricius in B. L. ed. Hamburg. 1721. Vol. I., p. 623. [ed. Ernest. vol. III. p. 184.]. Oxoniensem certe repetivit Iac. Gronovius, ita ut meliorem faceret ex penu a patre Io. Frid. ipsi relicta. „Ego neque hanc editionem usquam, neque eiusmodi quidquam inveni apud Iac. Gronovium. Immo hic in Addendis quae praefationi subiecit: „Augenda haec, inquit, ex Ms. Oxoniensi Bodleiano", ex eoque plures deinceps locos emendavit. Cf. p. lxiv. Non ergo editionem sed codicem Oxoniensem ante oculos se habuisse confirmat.

Londini typis M. C. et B. M. Impensis T. Dring et C. Harper. MDCXCIV. Haec editio, quam ipse non vidi, dicitur esse nec satis correcta nec satis elegans *). Exstat Monachii.

Patavina, 8°, cuius titulus est: *Aur. Macrobii Ambrosii Theodosii quae exstant omnia diligentissime emendata et cum optimis editionibus collata, ut ex praefatione manifestum. Patavii MDCCXXXVII.* De hac editione vid. supra p. LVI. Exstat Monachii. I. G. **Krabingerus** Eberto adstipulatur.

ZEVNIANA (z, 8°, folia VIII.*, pagg. XVI. et 848. versuum XXXIV, folia LII.* indices continentia). Titulus est: *Aur. Theodosii Macrobii V. C. et illustris opera cum notis integris Isacii Pontani, Io. Meursii, Iac. Gronovii, quibus adiunxit et suas Io. Car. Zeunius. Lipsiae impensis G. Theophili Georgii. MDCCLXXIV.* Sequitur fol. II.* dedicatio: *Viro magnifico illustri Carolo Andreae Belio, in aula Pr. Elect. Sax. a consiliis, poeseos professori ordinario* cet., fol. V.* praefatio, e qua pretuli nonnulla p. LVI. Huic subscribitur: *Scripsi Lipsiae in ipsis Nundinis vernis MDCCLXXIV.*, p. I. sequitur praefatio I. Gronovii et reliqua quae in huius editione leguntur, eodem ordine, nisi quod Addenda ibi adiuncta praefationi hic suis locis et excerpta illa mathematica hic adnotationibus ad Comment. lib. II. cap. 5. sunt inserta, et additae Somnio Scipionis adnotationes quaedam criticae, et inde a Saturnaliorum libro V. notantur in quavis pagina loci poetarum aliorumque scriptorum ad quos respicit Macrobius, et libello de differentiis cet. subiectae sunt etiam Zeunii adnotationes. Eiusdem *Animadversiones in Macrobii Somnium Scipionis et in Saturnalia*, quibus inseritur etiam notatio locorum usque ad Saturnal. lib. IV. cap. 3. § 5., leguntur pagg. 761-848. Sequuntur *Indices* et *Corrigenda*.

BIPONTINA (b, 8°, vol. I. pagg. XIV. et 361. versuum XXXI., vol. II. pagg. 339. et folia L.* indices continentia). Titulus est: *Aurelii Theodosii Macrobii V. C. et illustris opera ad optimas editiones collata. Praemittitur notitia literaria. Accedunt indices. Studiis societatis Bipontinae. Editio accurata. Biponti ex typographia societatis MDCCLXXXVIII.* Volumini I, quod continet Notitiam literariam et Commentarios in Somnium Scipionis (omisso ipso Somnio) et Saturnaliorum libros I. et II., addita est imago Honorii, volumini II., quod continet Saturnaliorum libros III-VII et libellum de differentiis cet. et indices, imago Theodosii. *Notitiae literariae de Macrobio ex Io. Alb. Fabricii Bibliotheca Latina a Io. Aug. Ernesti auctius edita T. III., lib. III.*, c. 14. subiectus est pag. VI sqq. *Index editionum Macrobii auctior Fabricio-Ernestino inque III. aetates* (Aetas I. 1468-1535.; aetas II., *Camerariana*, 1535-1597.; aetas III., *cum notis variorum* 1597-1788.) *digestus*. Adnotatione haec editio caret omnino. Descriptiones adduntur in duabus tabulis volumini I. adiectis.

De **Maximi Planudis** Commentariorum in Somnium Scipionis **versione Graeca** vid. supra, p. XLVIII. sq. Addo verba G. H. **Schaeferi** ad Gregorium Corinth. p. 876. quem edidit anno MDCCCXI.: „Hanc Planu-

---

*) **Mahul** l. c. (Annales encyclop. p. 71.) ait **Fournier** (Nouveau dictionnaire de bibliographie, II[e] édition, Paris 1809, 8°.) de hac editione pronuntiasse haec: „D'après un examen approfondi nous avons reconnu, que l'édition de 1694. n'était qu'une copie très-incorrecte de la précédente sans aucune augmentation tant dans les notes que dans l'index.“ Cf. **Schweiger**. l. c.

dis versionem, aut potius fragmentum eius, e codice Augustano in primo Anecdotorum Graecorum tomo ante hos octo annos editurus erat Christianus Fridericus Matthaei, operaeque Tauchnitzii nostri quatuor primas plagulas elegantissime impressas iam absolverant, cum lugubris mors redemtoris (Io. Chr. Frid. Rochii, optimi viri, sed mercaturam librariam infelicissime facientis) utilissimum institutum suffocavit."

In sermonem Germanicum nondum versa sunt opera Macrobii.

Versiones Francogallicas Schweigerus commemorat tres *). Duae nuper in lucem editae sunt:

Macrobe, oeuvres complètes, Varron de la langue latine, Pomponius Méla, oeuvres complètes. Avec la traduction en Français publiées sous la direction de M. Nisard, Professeur d'éloquence latine au collége de France. Paris I. I. Dubochet et Compagnie, Editeurs. 1845. (pagg. II. et 710. in duas columnas divisae, 8° max.) P. I. legitur: „*Nous en devons la traduction à M. Mahul, lequel n'a pas peu ajouté au prix de son travail en l'accompagnant de notes très-complètes ainsi que d'une dissertation sur la vie et les ouvrages de Macrobe*, et p. II.: *Le texte adopté pour Macrobe est celui de l'édition des Deux-Ponts.* Versio in quavis pagina subiicitur verbis Macrobii. Quae ad Macrobium pertinent in hoc volumine haec sunt: p. 1–8. *Notice sur Macrobe*, (Est dissertatio illa Alphonsi Mahul, de qua vide supra, p. LVII.), p. 9–113. *Commentaire du Songe de Scipion tiré de la république de Cicéron*, p. 114–116. *Notes sur le Commentaire du Songe de Cicéron*, p. 117–145. *Traité sur la différence et la concordance des verbes Grecs et Latins*, p. 146–417. *Les Saturnales*, p. 418–471. *Notes sur Macrobe* (i. e. ad Saturnalia). Vid. supra, p. LVII. et Münchner gelehrte Anzeigen 1845. N. 217 sqq.

Oeuvres de Macrobe. Traduction nouvelle par MM. Henri Descamps, N. A. Dubois, Laass d'Aguen, A. Ubicini Martelli. Paris C. L. F. Panckoucke Editeur. Tome premier 1845. *Tome second* 1846. 8°. Vol. I. (pagg. 549.) continet p. 1–30. *Notice sur Macrobe*, cuius ultima verba haec sunt: „*M. Mahul avait fait si bien, que nous n'avons pas cherché à mieux faire … Le texte que nous avons adopté est celui de l'édition de Padoue* (1736.), *qui a servi de copie aux éditeurs de Deux-Ponts. Nous n'en connaissons pas de meilleure. N. A. Dubois.* p. 31–501. *Les Saturnales* (Libb. I–IV.). *Traduction nouvelle par M. A. Ubicini Martelli, Professeur de l'Université* (in quavis sinistra pagina sunt Latina, in quavis dextra versio Francogallica), p. 502–546. *Notes sur les Saturnales de Macrobe*, p. 547–549. *Table des matières du tome premier.* Vol. II. p. 5–461. *Les Saturnales, Livres V, VI, VII. Traduction nouvelle par M. Henri Descamps*, p. 462–485. *Notes sur les Saturnales de Macrobe*, p. 487–494. *Table alphabétique des noms propres cités dans les Saturnales*, p. 495–597. *Table des matières du tome deuxième.* Volumen tertium ad me nondum pervenit. Vid. supra, p. LVII. et Münchner gel. Anzeig. 1847. N. 153 sqq.

---

*) Cf. l. c. p. 588.: „Les oeuvres de Macrobe traduites par C. G. D. R. Y. Avec le texte. 2 Tom. 8 Paris. Barrois. 1826. — — trad. par Ch. de Rosoy, 2 Tom. 8. Paris, Didot 1826–27. — — trad. par Th. Lopart, 3 Tom. 8. Paris, Désanges 1826." Ultima haec versio num in lucem prodierit Schweigerus ipse dubitat.

EXPLICATIO COMPENDIORUM

VOLUMINIS PRIMI.

---

1) Signa codicum

a) in Commentariis in Somnium Scipionis.

„Angl.“ Bodleianus aliusve codex Anglicus I. Gronovii.
Conf. prologomena p. LXXII.
B Bambergensis M. IV. 15. sec. XI. . . . . - LXIV.
Bar. Barroccianus . . . . - LXXIII.
Ben. vel „B“ Collegii S. Benedicti . . . . ibid.
Ber. Berolinensis sec. XIIII. . . . . - LXX.
Bodl. Bodleianus . . . . - LXXII.
C S. Corbiniani, Frisingensis 164., nunc Monac., sec. IX. - LXIV. sq.
D Darmstadiensis sec. XII. vel XIII. . . . . - LXXI.
E1. S. Emmerani E. 59., nunc Monac., sec. XI. . . . - LXXIII. sq.
E2. - - D. 78., - - - - . . . . - LXXIV.
E3. - - F. 60., - - sec. XIII. . . ibid.
F Frisingensis 162., nunc Monacensis, sec. X. et XI. - LXV. sq.
G Excerpta e cod. S. Galli in exempl. ed. Gryph. a. MDL. - LXIX. sq.
Gott. Gottingensis sec. XIII. et XIV. . . . . - LXXVIII.
Gr.1. Gronovii 78. (9.) oct., nunc Leidensis, . . . - LXXVII.
Gr.2. - Fol. 13. - - sec. XV. ibid.
Gr.3. vel Fragm. Gron. Gronovii, Quart. 20. - - sec. X. ibid.
Gu. Gudianus 153., nunc Guelpherbytanus, sec. XIII. . - LXXV.
H1. Bongarsii, nunc Bernensis 347., sec. XI. . . . . . - LXXV. sq.
H2. - - - 436., sec. XIII. . . . . - LXXVI.
H3. S. Arnulphi Mecii, - - 265., sec. XII. . . . ibid.
H4. Bernensis 266., sec. XIV. . . . . ibid.
*H*1 et 2. Excerpta e codicibus in exempl. Bernensi
edit. Camerar. . . . . - LXXIII.
I Gothanus, sec. XIII. . . . . - LXXI.
L vel Linc. Collegii Lincolniani. . . . . - LXXII. sq.
L1. Leidensis biblioth. publ. Lat. fol. 46. sec. XV. . - LXXVII.
L2. - - - - oct. mai. 157. sec. XIII. ibid.
M Benedictoburensis, nunc Monacensis, sec. XII. . - LXIX.
M1. Mediceus Cod. XIV. Plut. LI. sec. XI. . . . . - LXXVIII.
M2. - - VI. - LXXVII. sec. XIII. . . ibid.
„Ms.“ Bodleianus (nisi additur nomen aliquod) . . . - LXXII.
O Osannianus sec. XIII. . . . . - LXXI. sq.
„Ox“ Oxonienses Gronovii . . . . - LXXIII.

P vel P1 **Parisinus** 6371. sec. XI. Conf. prolegomena p. LXVII.

P3. - 6367. - XIV. . . . . - LXXV.

P4. - 6370. - IX. . . . . ibid.

P6. - 8677. - XV. . . . . ibid.

R1. **Rehdigeranus** sec. XIII. . . . . - LXVII. sq.

R2. - - XI. vel XII. . . . . - LXVIII. sq.

S **Salisburgensis** 38., nunc Monacensis, sec. XV. . . - LXVI. sq.

T **Tegernseecensis** 1471., - - sec. XII. . . - LXIX.

THUAN. **Thuaneus** . . . . - LXXIII.

V1. **Vossianus** Lat. quart. 2., nunc Leidensis, sec. X. - LXXVIII.

V2. - - - 44. - - sec. XI-XII. ibid.

V3. - - oct. 127. - - sec. XIII. ibid.

b) in excerptis e libro de differentiis et societatibus Graeci Latinique verbi.

P **Parisinus** 7186. sec. XV. . . . Conf. prolegomena p. LXXIX.

V **Vindobonensis** 16. sec. VIII. vel IX. . . . . . . ibid.

c) in fragmento de verbo.

V **Vindobonensis** 17. sec. IX. . . Conf. prolegomena p. LXXX.

Codicum penitus excussorum signa post editiones posita indicant nihil ex iis esse enotatum: signum („ “), ubi nullum additur nomen, pertinet ad codices Anglicos I. Gronovii. Cf. praefat. p. XI. — *a p. m.* est *a prima manu*, *a sec. m.* *a secunda manu*, *sup.* *supra addito*, *in mg.* *in margine*. Reliqua facile intelligentur.

2) Signa editionum.

v Editiones **Venetae**. . . . . Conf. prolegomena p. LXXXVIII. sqq.
v1 anni MCCCCLXXII., v2 anni MD., v3 anni MDXIII.

i **Iuntina** anni MDXV.. . . . . - XC.

c Editiones **Colonienses Arnoldi Vesaliensis**. . - XCI.
c1 anni MDXXI., c2 anni MDXXVI., c3 anni MDXXVII.

a **Aldina** anni MDXXVIII. . . . . p. XCI. sq.

h **Hervagiana Ioach. Camerarii** anni MDXXXV. . - XCII.

g **Gryphiana** anni MDL. . . . . - XCIII.

s **Stephaniana** anni MDLXXXV. . . . . - XCIII. sq.

p Editiones **Pontani**. . . . . - XCIV. sqq.
p1 anni MDXCVII., p2 anni MDCXXVIII.

d **Gronoviana** (Lugd. ap. Doude et Driehuysen) anni MDCLXX. . . . . - XCVI.

z **Zeuniana** anni MDCCLXXIV. . . . . - XCVII.

b **Bipontina** anni MDCCLXXXVIII. . . . . ibid.

e **Analecta grammatica** ed. a **Iosepho ab Eichenfeld** et **Steph. Endlicher**. Vindob. MDCCCXXXVII. - XIII.

Signum (-) indicat supplenda esse signa editionum inter duas nominatas positarum, ut *v-g* idem sit quod *vicahg*, *s-b* idem quod *spdzb*. Conf. praefat. p. XI. *F. Modii N. L.* vel *ep.* significat F. Modii Novantiquas Lectiones, quae prodierunt Francofurti a. MDLXXXIV., *Meurs.* Meursii breviores notas, quae primum prodierunt in ed. p. I., *Barth.* Barthii Adversaria, quae prodierunt a. MDCXXIV. Conf. prolegom. p. LIV sq. et p. LXIII. Reliqua nominum compendia non est quod explicemus.

MACROBII
AMBROSII THEODOSII
V. C. ET INL.
COMMENTARII
IN SOMNIUM SCIPIONIS.

SOMNIUM SCIPIONIS

EXCERPTUM EX

M. TULLII CICERONIS

LIBRO VI. DE RE PUBLICA.

I. Cum in Africam venissem M.' Manilio consule ad quar- 1
tam legionem tribunus, ut scitis, militum, nihil mihi fuit potius,
quam ut Masinissam convenirem, regem familiae nostrae iustis de
causis amicissimum. Ad quem ut veni, conplexus me senex conla- 2
crimavit, aliquantoque post suspexit ad caelum et: Grates, inquit,
tibi ago, summe Sol, vobisque reliquis, caelites, quod, ante quam
ex hac vita migro, conspicio in meo regno et in his tectis P. Cor-
nelium Scipionem, cuius ego nomine ipso recreor: ita numquam
ex animo meo discedit illius optumi atque invictissimi viri memo-
ria. Deinde ego illum de suo regno, ille me de nostra re publica
percontatus est, multisque verbis ultro citroque habitis ille nobis
consumptus est dies. Post autem apparatu regio accepti sermonem 3
in multam noctem produximus, cum senex nihil nisi de Africano

[Mss. BFMPR12G. Edd. vicagz.

Somnium Scip. M. T. C. exerptum ex libro sexto de republica B. *Somnium Scipionis P. Affricani excerptum ex libro VI M. Tullii Ciceronis de re puplica* R2. *Incipit Somnium Scipionis sumptum ex libris Ciceronis Tullii de re publica* P. *Incipit Somnium Scipionis a Cicerone* (ut videtur quidem, nam paene evanuit inscriptio) F. Reliqui codices carent inscriptionibus. *Somnium Scipionis ex Ciceronis libro de re publica excerptum* vi. *Somnium Scipionis ex libro sexto Ciceronis de republica excerptum* c. *Somnium Scipionis quod unum ex libro sexto Ciceronis de rep. extat* a. *M. Tull. Ciceronis Somnium Scipionis ex libro de repub sexto* g. Non legitur Somnium Scipionis in hspdb.

I, 1. *M.' Manilio* z e coni. Sigonii. *A Manlio* BPR1 (R2 a sec. m.) vE. *A Mallio* R2 a p. m. *Annio Manlio* ic. *Anitio Manlio* F. „in pervetusto codice" Barth. Adversar. 37, 16. *Anitio Manilio* Mag. *Anitio Mallio* G. — *consule* Mss. vc. *Cos.* iagG. *consuli* z. — *mihi fuit potius* FMPR12Gv. *fuit mihi potius* B. *mihi potius fuit* icg. 2. *aliquanto post* (sup. add. *que* R12. *: aliquanto post*· ic. *aliquanto: post* v. *aliquandoque post* F a sec. m. — *ad caelum* BFGvi (PR2cE *coel.*). *in coelum* MR1agz. — *et inquit. Grates* R. — *tibi summe sol ago* R12v. — *Grates tibi ago summe sol qui antequam* etc. „Ms." Barth. l. c. — *reliquis* BFMR2vE. *reliqui* PR1icagz. — *in regno meo* P. — *et in his* R2v. — *nomine ipso recreor* P (M a sec. m.) az. *nom. recreor ipso* ic. *nom. ipse recreor* BFR12 (M a p. m.) vgG. — *itaque* PcgE. — *discedit* BFMR12icgGE. *discessit* Pva. *descendit* z. — *de regno suo* v. — *percunctatus est* R1 (P om. *est*). — *ultra citraque* G. — *ille dies nobis consumptus est* M. *ille nobis est consumptus dies* PgG. 3. *autem* om. B. — *regio apparatu* R2vicz. — *suscepti* M. — *perduximus* P. —

loqueretur, omniaque eius non facta solum sed etiam dicta memi-
nisset. Deinde, ut cubitum discessimus, me, et de via et qui ad
multam noctem vigilassem, artior quam solebat somnus conplexus
4 est. Hic mihi (credo equidem, ex hoc quod eramus locuti: fit enim
fere, ut cogitationes sermonesque nostri pariant aliquid in somno
tale quale de Homero scribit Ennius, de quo videlicet saepissime
vigilans solebat cogitare et loqui) Africanus se ostendit ea forma,
quae mihi ex imagine eius quam ex ipso erat notior. Quem ubi
agnovi, equidem cohorrui, sed ille: Ades, inquit, animo et omitte
timorem, Scipio, et quae dicam trade memoriae.

II. Videsne illam urbem, quae parere populo Romano coacta
per me renovat pristina bella nec potest quiescere (ostendebat autem
Carthaginem de excelso et pleno stellarum, illustri et claro quodam
loco), ad quam tu oppugnandam nunc venis paene miles? Hanc
hoc biennio consul evertes, eritque cognomen id tibi per te partum,
quod habes adhuc a nobis hereditarium. Cum autem Carthaginem
deleveris, triumphum egeris, censorque fueris, et obieris legatus
Aegyptum Syriam Asiam Graeciam, delegere iterum consul absens,
2 bellumque maximum conficies, Numantiam excindes. Sed cum eris
curru in Capitolium invectus, offendes rem publicam consiliis per-
turbatam nepotis mei. Hic tu, Africane, ostendas oportebit patriae
lumen animi ingenii consiliique tui. Sed eius temporis ancipitem
video quasi fatorum viam. Nam cum aetas tua septenos octies solis
amfractus reditusque converterit, duoque hi numeri, quorum uter-
que plenus, alter altera de causa, habetur, circuitu naturali sum-
mam tibi fatalem confecerint, in te unum atque in tuum nomen se
tota convertet civitas: te senatus, te omnes boni, te socii, te Latini
intuebuntur: tu eris unus, in quo nitatur civitatis salus; ac, ne
multa, dictator rem publicam constituas oportet, si inpias propin-
3 quorum manus effugeris. Hic cum exclamavisset Laelius inge-
muissentque vehementius ceteri, leviter arridens Scipio: *St! quaeso,
inquit, ne me e somno excitetis, et *parumper eius audite cetera.

Mss. BFM (T inde a § 3. verbis fletu represso) PR12G.]
eius non solum facta BR2. non solum eius facta v. — et defessum via ic. et fessum de via gG. de via et fessum a. 4 Hic ego mihi R2. hic ergo mihi v. — saepe fere (R1 a sec. m.) vic. saepe (om. fere) M (R1 a p. m.) G. — aliquid in somnio F a p. m. in somnio aliquid B. — illa forma z. — qua i. — notior erat R2vic. — ut agnovi Edd. — corrui Gv. — memoriae trade vic.

II, 1. P. R. PR1. publicae rei F. rei publicae R2v. — per me coacta B. — Ostendebat ... loco] cf. Comm. I, 4, 5. — autem om. M. — et illustri g. — tibi id cognomen R2vi. cognomen hoc tibi c. nomen id tibi P. — paratum R1G. — a nobis adhuc hereditarium F. adhuc haereditarium a nobis R2vic. — deleveris cartaginem B. — CENS. fueris (om. que) a. — Graeciamque v. — deligere Fac. — absens consul Mia. — et bellum R2v. bellum (om. que) ic. — conficiens M. — excindens gG.

2. Capitolium (om in) icaz. — perturbatam consiliis R2. Edd. — ingeniique tui consiliique B. — Nam cum ... effugeris] cf. Comm. I, 5, 2. — anfractus solis B. — hii R12G. — nitatur (sup. add. in) R2. — manus propinquorum B. 3. exclamasset icazM. — ceteri vehementius R2vicaz. — leniter Edd. — St! quaeso scripsi e coniectura. Cf. Cic. ep. ad fam. XVI, 24. Ego vix teneor, quin accurram. Sed st! literas tuas exspecto. Et quaeso BFPR1 (R2 a sec. m.) gGE. quaeso M (R2 a p. m.) vicaz. — a somno MR2vica. — suscitetis M. — parumper eius

III. Sed, quo sis, Africane, alacrior ad tutandam rem publi- 1
cam, sic habeto: omnibus qui patriam conservaverint adiuverint
auxerint, certum esse in caelo definitum locum, ubi beati aevo sem-
piterno fruantur. Nihil est enim illi principi deo, qui omnem
mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius quam concilia
coetusque hominum iure sociati, quae civitates appellantur. Ha-
rum rectores et conservatores hinc profecti huc revertuntur. Hic 2
ego, etsi eram perterritus, non tam mortis metu quam insidiarum
a meis, quaesivi tamen, viveretne ipse et Paulus pater et alii quos
nos extinctos arbitraremur. Immo vero, inquit, hi vivunt, qui e
corporum vinculis tamquam e carcere evolaverunt: vestra vero
quae dicitur vita mors est. Quin tu aspicias ad te venientem Pau-
lum patrem. Quem ut vidi, equidem vim lacrimarum profudi: ille 3
autem me conplexus atque osculans flere prohibebat. Atque ego,
ut primum fletu represso loqui posse coepi: Quaeso, inquam, pa-
ter sanctissime atque optume, quoniam haec est vita, ut Africanum
audio dicere, quid moror in terris? quin huc ad vos venire pro-
pero? Non est ita, inquit ille. Nisi enim cum deus is, cuius hoc 4
templum est omne quod conspicis, istis te corporis custodiis libera-
verit, huc tibi aditus patere non potest. Homines enim sunt hac
lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo me-
dium vides, quae terra dicitur: hisque animus datus est ex illis
sempiternis ignibus, quae sidera et stellas vocatis, quae globosae et
rotundae, divinis animatae mentibus, circulos suos orbesque confi-
ciunt celeritate mirabili. Quare et tibi, Publi, et piis omnibus re- 5

[Edd. vicagz. (sc. avi verba) scripsi e coniectura. *Parumper* coniecisse Buherium dicit Moser ad h. l., ubi vid. aliorum coniecturas. Cf. de re p. I, 7 *dent operam parumper atque audiant eos. parum rebus* BFPR12E. „melior liber“ Barthii l. c. *pax sit rebus* (quod putaverim ortum e glossa *pauxillum*) M (R1 a sec. m.). Edd. „Ms.“ Barth. l. c. qui coniecit *pax sit tribus.*

III, 1. *Sed quo sis ... fruantur*] cf. Comm. I, 4, 4. *Sed quo sis ... huc revertuntur* cf. Comm. I, 8, 1. — *tutandum* z. *tuendam* M. — *conservarint* z. — *definitum* BPR2. „meliores libri“ Gron. ad Comm. I, 4, 4. *diffinitum* FMR1v. *et definitum* ic. *ac definitum* z. *ac diffinitum* a. — *sempiterno aevo* io. —. *Nihil enim est* MgG. — *omnem hunc mundum* gz. — *quicquid* (sup. add. *quod quidem*) F. — *iure soluti* M. — *civitates vocantur* P. — *Earum* Comm. l. c. Mss. et Edd. — *reventur* (M a. p. m.) gG. 2. *Hic ego ... arbitraremur*] cf. Comm. I, 10, 1. — *metu mortis* z. — *et ipse* R1. — *pater Paulus* Mvic. — *exstinctos* (om. *esse*) Edd. R12G. — *arbitrabamur* vica. *arbitramur* (F a p. m.) gG. — *Immo ... mors est*] cf. Comm. I, 10, 6. — *hii vivunt* BFMR12gG. *ii vivunt* vicaz. *ubi vivunt* P. — *ex corp.* gz. — *vinclis* BR2G. — *evolarunt* B. — *dicitur esse* Comm. l. c. Mss. plerique. — *patrem Paulum* R2vic. 3. *amplexus* FMa. — *osculatus* M. — *Quaeso, inquam ... defugisse videamini* (§ 5.)] cf. Comm. I, 13, 3. et 4. — *haec vita est* F. — *audio Africanum* R2v. — *propero venire* R2v. 4. *est inquit ita* B. — *enim cum deus is* BFTR1vgG. *enim deus is* (om. *cum*) PR2a. *enim deus* (om. *cum* et *is*) M. *enim is* (om. *cum deus*) ic. *deus is* (om. *enim cum*) z. — *est quod cernis* (om. *omne*) M. — *non poterit* B. — *in templo hoc* Comm. l. c. et I, 14, 1. Mss. et Edd. — *medium* BMR1 (FR2 a sec. m.) vicaz; Comm. ll. cc. Mss. et Edd. *medio* TPgG (FR2 a p. m.). — *his quibus* M. — *rotundae et globosae* R2vica. — *circos* Comm. ll. cc. Mss. plerique. 5. *piis hominibus* M. — *est animus*

tinendus animus est in custodia corporis, nec iniussu eius, a quo ille est vobis datus, ex hominum vita migrandum est, ne munus humanum adsignatum a deo defugisse videamini. Sed sic, Scipio, ut avus hic tuus, ut ego qui te genui, iustitiam cole et pietatem, quae cum magna in parentibus et propinquis, tum in patria ma-
6 *xima est. Ea vita via est in caelum et in hunc coetum eorum qui iam vixerunt et corpore laxati illum incolunt locum quem vides (erat autem is splendidissimo candore inter flammas circus elucens),*
7 *quem vos, ut a Grais accepistis, orbem lacteum nuncupatis. Ex quo omnia mihi contemplanti praeclara cetera et mirabilia videbantur: (erant autem eae stellae quas numquam ex hoc loco vidimus, et eae magnitudines omnium quas esse numquam suspicati sumus: ex quibus erat ea minima, quae ultima a caelo, citima terris, luce lucebat aliena: stellarum autem globi terrae magnitudinem facile vincebant). Iam ipsa terra ita mihi parva visa est, ut me imperii nostri, quo quasi punctum eius attingimus, poeniteret.*

IV. Quam cum magis intuerer: Quaeso, inquit Africanus, quousque humi defixa tua mens erit? Nonne aspicis, quae in templa veneris? Novem tibi orbibus vel potius globis conexa sunt omnia, quorum unus est caelestis, extimus, qui reliquos omnes complectitur, summus ipse deus, arcens et continens ceteros, in quo sunt
2 *infixi illi qui volvuntur stellarum cursus sempiterni. Cui subiecti sunt septem qui versantur retro, contrario motu atque caelum. E quibus unum globum possidet illa quam in terris Saturniam nominant: deinde est hominum generi prosperus et salutaris ille ful-*

Mss. BFMTPR12G.]

R1azFMT. — *invisu* B. — *nobis* Pvica. — *migrandus* B. — *humanum* om. Comm. l. c. — *diffugisse* Comm. l. c. Mss. plerique. *defuisse* B. *detestati fuisse* F. — *Sed sic Scipio ... quem vides* (§ 6.)] cf. Comm. I, 4, 4. — *et ut ego* v. — *cum magna sit* T. *cum sit magna* gz. „In membranis legitur: *quae cum parentibus et propinquis in patria maxima est*, in altero codice: *quae cum a parentibus.*“ Barth. l. c. — *maxima* om. vi. — *maximae. Et ea* FM. 6. *relaxati* P. — *vixere* Comm. l. c. Mss. et Edd. — *incolunt illum* B. — *Erat autem ... videbantur* (§ 7.)] cf. Comm. I, 4, 5. *Erat autem ... nuncupatis*] ib. I, 15, 1. — *circus lucens* P. *elucens circulus* vica. — *a gragis* B. 7. *Ex quo ... facile vincebant*] cf. Comm. I, 16, 1. — *mihi omnia* R2; Comm. I, 16, 1 Mss. plerique. *mihi* (sup. add. *omnia* ante *mihi*) R1. *omnia nihil* B. — *contemplandi B.* — *cetera* om. Comm. I, 4, 5. — *mirabilia* (om. *et*) R1. — *autem* om. R2. — *hae stellae* B (F a sec. m.) Tvic. *heae st.* R12. — *hae magnitudines* (F a sec. m.) Tvic. *heae magn.* R1. — *quas* (add. a sec. m. *esse*) R2. — *ex quibus autem* M. — *ea erat* P. *erat illa* z. — *caelo* (om. *a*) Baz. *in caelo* R1 a sec. m. — *proxima terris* G. — *lucebat luce* M. — *stellarum autem ... vincebant* om P. — *Iam vero ipsa* FMvic. — *parva mihi visa* BMR1g. *mihi visa parva* F. — *eius punctum* M.

IV, 1. *magis cum* T. — *tua erit mens* R2. *erit tua mens* vic. *mens erit* (om. *tua*) (B a p. m.) G. — *Non* (om. *ne*) R1. *numne* g. — *quae contemplaveris* F a p. m. — *Novem ... nutu suo pondera* (§ 3.)] cf. Comm. I, 17, 2-4 — *con exa* (fuit *conv.*) R2. — *caelestis est* FM. — *extimus* (*i* in ras.) R12 (R2 sup. add. *u*). — *complectitur omnis* vi (c. *omneis*). *conpl. oms* R2. — *summus* om. P. — *infixi sunt* z. — *stellarum* „non est in membranis“ Barth. l. c. 2. *Huic* Comm. l. c. § 3. Mss. et Edd. — *subiecti* (om. *sunt*) PR12Gvic. — *versantar raro* P. — *Ex quibus* zM. — *possidet quem* (om. *illa*) R2. — *saturni* (sup. add. *am*) *nominant* R2. *saturniam vocant* FM. — *deinde* (om. *est*) vic. —

*gor qui dicitur Iovis: tum rutilus horribilisque terris quem Mar-
tium dicitis: deinde subter mediam fere regionem sol optinet, dux
et princeps et moderator luminum reliquorum, mens mundi et tem-
peratio, tanta magnitudine, ut cuncta sua luce lustret et conpleat:
hunc ut comites consecuntur Veneris alter, alter Mercurii cursus:
in infimoque orbe luna radiis solis accensa convertitur. Infra au-* 3
*tem iam nihil est nisi mortale et caducum praeter animos munere
deorum hominum generi datos: supra lunam sunt aeterna omnia.
Nam ea quae est media et nona, tellus, neque movetur; et infima
est, et in eam feruntur omnia nutu suo pondera.*

V. Quae cum intuerer stupens, ut me recepi: Quid? Hic, 1
*inquam, quis est qui conplet aures meas tantus et tam dulcis so-
nus? Hic est, inquit, ille qui intervallis coniunctus inparibus, sed
tamen pro rata parte ratione distinctis, inpulsu et motu ipsorum
orbium efficitur, et acuta cum gravibus temperans varios aequabili-
ter concentus efficit. Nec enim silentio tanti motus incitari pos-
sunt, et natura fert, ut extrema ex altera parte graviter, ex altera
autem acute sonent. Quam ob causam summus ille caeli stellifer* 2
*cursus, cuius conversio est concitatior, acute excitato movetur sono,
gravissimo autem hic lunaris atque infimus. Nam terra, nona, in-
mobilis manens una sede semper haeret, complexa medium mundi
locum. Illi autem octo cursus, in quibus eadem vis est duorum,
septem efficiunt distinctos intervallis sonos, qui numerus rerum om-
nium fere nodus est. Quod docti homines nervis imitati atque
cantibus aperuerunt sibi reditum in hunc locum, sicut alii, qui
praestantibus ingeniis in vita humana divina studia coluerunt.*

[Edd. v cagz.
prosper vic. — *tunc* R2vl. — *et horribilisque* vl. *et horribilis* v3ic. — *Martem* (R2 a p. m.) vicag. — *compleat et lustret* R2v. *illustret et compleat* z. — *consequentes* P. *sequuntur* g. — *alter Veneris* zFMT. — *succensa* v. 3. *Infra autem eam* Comm. l. c. Mss. et Edd. — *generi hominum munere deorum* gz. — *omnia aeterna* M. — *in ea* P. — *referuntur* Comm. l. c. Mss. plerique. — *suo nutu* z. *motu* g in mg.

V, 1. *Quem cum* R1 a p. m. — *et me* R1 a p. m. — *Quid? ... in hunc locum* (§ 2.)] cf. Comm. II, 1, 2 et 3. — *Quis hic* gG. — *quid inquam est* (om. *hic* et *quis*) v. — *imparibus coniunctus* R2. *convinctus inp.* M. *disiunctus inp.* Comm. II, 1, 2; 2, 21; 3, 12 et 16. Mss. et Edd. et Favonius Eulogius p. 412 Or. — *pro rata ratione* (om. *parte*) R1. *pro rata partium ratione* F. „scriptum exemplar" Barth. l. c. *pro rata pari ratione* i. *pro rata portione* agz. — *distinctus* i. — *conficitur* vicz. — *qui acuta* (om. *et*) gz. — *varios* om. g. — *aequaliter* i. — *tanta* M. — *gravetur* v. — *sonetur* v. 2. *caeli stellifer ille summus cursus* R1. *summus ille stellifer coeli cursus* c. *sum. ille coeli stelliferi cursus* g. — *concitatior est* vic. *est incitatior* g — *acute* Comm. II, 1, 3; 4, 1 et 4 Mss. paene omnes. *acute et* BTP (R1 a sec. m.) R2G. *acuto et* (R1 a p. m.) Edd. FM. — *excitatio* B. — *ima sede* R2. Edd. At cf. Comm. II, 4, 7 *ut causa sit terrae in una sede semper haerendi nec in quamlibet partem permittatur moveri.* — *mundi medium locum* P. *med. locum mundi* R2vic. — *Ille* F a p. m. — *autem* om. P. — *vis est modorum* (T a p. m.) PR1vic (g in mg.). *vis est m°* R2 a p. m. *vis est duorum modorum mercurii et veneris* F. *vis est duorum Mercurii et Veneris* az. Verba *Mercurii et Veneris*, quae „absunt a Ms." Barthii, in margine adduntur in B. Vid not. ad Comm. II, 1, 3. — *septem distinct* (om. *efficiunt*) B. Videtur natum esse ex *distincunt* pro *distinguunt* — *modus est* (R2 a p. m.) z improbante Zeunio ipso. — *Qui docti* B. — *aperuere* Pagz. — *divina* om. B (R1 add. a sec. m.).

3 *Hoc sonitu oppletae aures hominum obsurduerunt. Nec est ullus hebetior sensus in vobis: sicut, ubi Nilus ad illa quae Catadupa nominantur praecipitat ex altissimis montibus, ea gens quae illum locum adcolit propter magnitudinem sonitus sensu audiendi caret. Hic vero tantus est totius mundi incitatissima conversione sonitus, ut eum aures hominum capere non possint: sicut intueri solem adversum nequitis, eiusque radiis acies vestra vincitur. Haec ego admirans referebam tamen oculos ad terram identidem.*

VI. Tum Africanus: Sentio, inquit, te sedem etiam nunc hominum ac domum contemplari. Quae si tibi parva, ut est, ita videtur, haec caelestia semper spectato, illa humana contemnito. Tu enim quam celebritatem sermonis hominum aut quam expetendam consequi gloriam potes? Vides habitari in terra raris et angustis in locis et in ipsis quasi maculis, ubi habitatur, vastas solitudines interiectas, eosque qui incolant terram non modo interruptos ita esse, ut nihil inter ipsos ab aliis ad alios manare possit, sed partim obliquos, partim transversos, partim etiam adversos stare vobis,
2 *a quibus expectare gloriam certe nullam potestis. Cernis autem eandem terram quasi quibusdam redimitam et circumdatam cingulis, e quibus duos maxime inter se diversos et caeli verticibus ipsis ex utraque parte subnixos obriguisse pruina vides, medium autem*
3 *illum et maximum solis ardore torreri. Duo sunt habitabiles: quorum australis ille, in quo qui insistunt adversa vobis urgent vestigia, nihil ad vestrum genus: hic autem alter subiectus aquiloni, quem incolitis, cerne quam tenui vos parte contingat. Omnis enim terra, quae colitur a vobis, angustata verticibus, lateribus latior, parva quaedam insula est circumfusa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quem Oceanum appellatis in terris, qui tamen tanto*

Mss. BFMTPR12G.]

3. *Hoc sonitu ... obsurduerunt* om P. — *completae* Mvag. — *ullis* vl. — *in nobis. ubi sicut* F a p. m. — *cataduppa* F a p. m. MT. *catadupta* R1. *cataclupa* vl. — *praecipitatur* FR1vic. — *locum* add. a sec. m. BR1. — *mundi sonitus incit. conv.* v. — *incitissima* c. — *eius radiis* (om. *que*) v. — *acies vestra sensusque* (sup. a sec. m. s. *visus*) *reverberatur* F.

VI, 1. *Tunc* vic. — *inquit sentio* FM. — *etiam* (om. *nunc*) P. — *celebritate* M. — *gloriam consequi* Mgz. — *Vides habitari ... quam sit parvus vides* (§ 3.)] cf. Comm. II, 5, 1-3. — *in terra* om. R2v. — *masculis* B. — *eosque* Sic h. l. unus P. *hosque* Mss. rell. et Edd. At Comm. l. c. in omnibus Mss. et Edd. legitur *eosque*. — *incolunt* Edd.; Comm. l. c. Mss. plerique. — *meare possit* R1. — *partim transversos* om. BTPR12G. *partim versos* (in mg. *transversos*) g. *partim aversos* z. — *partim omnes adversos* v. — *vobis stare* M. — *expectare* (F a sec. m.) Picaz; Comm. l. c. Mss. et Edd. omnes. *spectare* BFMTR12vgG. Quod defendit Arntzen ad Plin. p. 166. Sed natum esse videtur e pronuntiatione qua nunc utuntur Itali. Ex epist. ad Att. II, 3. Forcellinus profert *spectare*, sed in ed. Orell. sine ulla discrepantia legitur *exspectare*. — *certe* add. a sec. m. R1. 2. *quibusdam quasi* i. *quasi* (om. *quibusdam*) v. — *ipsis verticibus coeli* vic. — *parte* add. a sec. m. R1. — *abriguisse*. M. 3. *adversa nobis urguent vestigia* P. *adv. vobis vestigia urgent* TR1. — *nil* FM. — *quem incolitis* om. v. *quem colitis* G. — *Omnis autem* vi. — *angustata* Mss. vicag. „Ms.“ Barth. l. c. *angusta* z.; Comm. l. c. et II, 9, 8 Mss. paene omnes. — *infula est* B. *est insula* Comm. ll. cc. et II, 9, 6 Mss. plerique. — *quod Oceanum*

nomine quam sit parvus, vides. Ex his ipsis cultis notisque terris 4
num aut tuum aut cuiusquam nostrum nomen vel Caucasum hunc, quem cernis, transcendere potuit, vel illum Gangen tranatare? Quis in reliquis orientis aut obeuntis solis ultimis aut aquilonis austrive partibus tuum nomen audiet? Quibus amputatis cernis profecto quantis in angustiis vestra se gloria dilatari velit. Ipsi autem, qui de nobis locuntur, quam loquentur diu?

VII. Quin etiam si cupiat proles illa futurorum hominum 1
deinceps laudes uniuscuiusque nostrum a patribus acceptas posteris prodere, tamen propter eluviones exustionesque terrarum, quas accidere tempore certo necesse est, non modo non aeternam sed ne diuturnam quidem gloriam adsequi possumus. Quid autem inter- 2
est ab iis qui postea nascentur sermonem fore de te, cum ab iis nullus fuerit qui ante nati sunt, qui nec pauciores et certe meliores fuerunt viri: praesertim cum apud eos ipsos, a quibus audiri nomen nostrum potest, nemo unius anni memoriam consequi possit? Homines enim populariter annum tantummodo solis, id est 3
unius astri, reditu metiuntur: cum autem ad idem, unde semel profecta sunt, cuncta astra redierint, eandemque totius caeli descriptionem longis intervallis retulerint, tum ille vere vertens annus appellari potest, in quo vix dicere audeo quam multa hominum secula teneantur. Namque ut olim deficere sol hominibus extinguique 4
visus est, cum Romuli animus haec ipsa in templa penetravit: quandoque ab eadem parte sol eodemque tempore iterum defecerit,

[Edd. vicagz.

R2 Edd.; Comm. II, 5, 3 Mss. paene omnes. *qui oceanus appellatur* „in libris est.“ Barth. l. c. — *in terra* (sup. *is*) M. — *tanto tamen* g.
4. *vides ex his ipsis cultis notisque terris. Nam* P (R2 *Num*). — *cuiusque* BFM. — *Gangem* Edd. — *transnatare* (F a sec. m.) R1z *transnare* ag. — *Vis in* P. *Vix in* BG. *Vel quis in* R2vic. — *abeuntis* Tvz. — *tuum* (om. *nomen*) „membranae“ Barth. l. c. — *audiat* P. — *nostra* v. — *gloria se* z. — *dilatare* T. — *de vobis* (F a sec. m.) Micgz. — *loquentur* PR2Ga. — *diu loquentur* z.
VII, 1. *Quin etiam ... possumus*] cf. Comm. II, 10, 1. — *Quin* (om. *etiam*) v. — *posteris nostrum a patribus acceptas* R12. *nostr. acceptas a patribus post.* Comm. l. c. Mss. plerique. — *a parentibus* g. — *certo tempore* B. — *non modo* (om. *non*) R1z. 2. *Quid enim* v. — *interest* (sup. *prodest*) F. — *ab his qui* BFMR2G vica. — *cum ab his* BFMT (R1 *ab* add. a sec. m.) R2Gvica. — *ante te* Pg. „membr.“ Barth. l. c. — *nati sint* agz. — *ut certe* B. — *me meliores* R1. — *Praesertim cum ... esse conversam* (§ 4.)] cf. Comm. II, 11, 1-3. — *praesertim cum* (T a sec. m.) Pvicaz; Comm. l. c. Mss. et Edd. *cum praesertim* FM (R1 a sec. m.) g. *praesertim* (om. *cum*) (TR1 a p. m.) R2G. *dum praesertim* B. — *apud vos* (sup. *eos*) *quibus* (om. *ipsos a*) M. — *nomen nostrum potest audiri* g. *audiri* (add. a sec. m. ante *nomen*) F. — *nostrum nomen* R1. *nomen vestrum* FM. — *ne unius* g. — *posset* R1 a sec. m. 3. *Homines autem* vic. — *populariter annum* (F a sec. m.) PR1agz. „in vetusto cod. est.“ Barth. l. c.; Comm. l. c. Mss. plerique. Cf. Cic. de legg. I, 6, 19; de finn. II, 6, 17. *loquelariter annum* B (F a p. m.) MR2G. Probat Scalig. ad Fest. s. v. *Am.* p. 305. Lind. *annum loquelariter* T. *annum* (om. *populariter*) vic. — *tantum* (om. *modo*) vic. — *reditum* FR1 (R2 a p. m.) vicag. — *re ipsa autem. Cum ad idem autem* v1. *re ipsa autem cum ad idem* v3ic; Comm. l. c. Mss. paene omnes. — *tunc ille* vic. — *audeo dicere* R1. — *secula hominum* Mz. 4. *sol deficere* vic. — *omnibus* BR2. — *quando* (om. *que*) M (F eras. *que*). *ita quandoque* caz. — *eadem* (om. *ab*) z.

tum signis omnibus ad principium stellisque revocatis expletum annum habeto. Huius quidem anni nondum vicesimam partem scito
5 *esse conversam. Quocirca si reditum in hunc locum desperaveris, in quo omnia sunt magnis et praestantibus viris: quanti tandem est ista hominum gloria, quae pertinere vix ad unius anni partem exiguam potest? Igitur alte spectare si voles, atque hanc sedem et aeternam domum contueri, neque te sermonibus vulgi dederis nec in praemiis humanis spem posueris rerum tuarum. Suis te oportet inlecebris ipsa virtus trahat ad verum decus: quid de te alii loquantur, ipsi videant; sed loquentur tamen. Sermo autem omnis ille et angustiis cingitur iis regionum quas vides, nec umquam de ullo perennis fuit, et obruitur hominum interitu, et oblivione posteritatis extinguitur.*

VIII. Quae cum dixisset: Ego vero, inquam, Africane, si quidem bene meritis de patria quasi limes ad caeli aditum patet, quamquam a pueritia vestigiis ingressus patris et tuis decori vestro non defui, nunc tamen tanto praemio exposito enitar multo vigi-
2 *lantius. Et ille: Tu vero enitere et sic habeto, non esse te mortalem, sed corpus hoc: nec enim tu is es, quem forma ista declarat: sed mens cuiusque, is est quisque, non ea figura quae digito demonstrari potest. Deum te igitur scito esse, siquidem est deus qui viget, qui sentit, qui meminit, qui providet, qui tam regit et moderatur et movet id corpus cui praepositus est, quam hunc mundum ille princeps deus: et ut mundum ex quadam parte mortalem ipse deus aeternus, sic fragile corpus animus sempiternus movet.*
3 *Nam quod semper movetur, aeternum est: quod autem motum adfert alicui quodque ipsum agitatur aliunde, quando finem habet motus, vivendi finem habeat necesse est. Solum igitur quod sese movet, quia numquam deseritur a se, numquam ne moveri quidem*

Mss. BFMTPR12G.]

cum ab eadem c; Comm. l. c. Mss. plerique. — *iterum* om. M. — *stellisque ad principium revecatis* vi. *stellisque ad idem princip. revoc.* ca. *ad idem princip. stellisque revoc.* gz; Comm. l. c. Mss. omnes. — *exemplum annum* M. — *habeo* P. — *Cuius quidem anni* vic. *Huius quippe anni* F. 5. *sunt omnia* BM. — *ista est* R1. — *gloria hominum* (om. *ista*) v. — *suspectare volens* i. — *atque ad hanc* M. — *contuere* BPR1. *eligere* G. — *dedideris* BTPR1. *dederis* FMR2G Edd. — *illecebris oportet* vica. — *quod de te* vi. — *Sermo enim ille omnis* vic. — *iis* Pz. *his* BFMR12vicagG. *iis* om. T.

VIII, 1. *o Africane* R1 a sec. m. (g *Aphr.*) z. — *equidem* (om. *si*) vi. — *a pueris* (sup. *ricia*) M. — *patriis* gzG. — *vestro non* add. a sec. m. R1. — *non tamen* vl. — *praemio tanto* vic. — *proposito* Edd. — *enitar* om. gG. 2. *Tu vero ... movet*] cf. Comm. II, 12, 1. — *Tu vere* FPR2. — *et te habeto non esse mortalem* vic. *et sic habeto non esse te mort.* a. *te* add. a sec. m. post *mortalem* F. — *igitur scito te* g. — *deus est* Mgz. — *qui praevidet* F a p. m. — *et id movet corpus* R1. — *princeps ille* g. — *et ut ille mundum* (F a sec. m.) P; Comm. l. c. Mss. et Edd. *et ut ipse mundum* vgG. *et ut ipse mundus* R1 (R2 *ut* add. a sec. m.). — *quadam parte* (om. *ex*) Comm. l. c. Mss. paene omnes. — *mortalis* TG. — *aeternis* P. 3. *Nam quod ... et aeterna est* (IX, § 1.)] cf. Comm. II, 13, 1-5. Disp. Tusc. I, 23. Platon. Phaedr. p 245 Steph. — *ipsum* om. z. — *aliunde* BMP Edd. G; Comm. l. c. Mss. plerique. *alicunde* FTR12. — *quā finem* B. — *movendi finem* P. — *quod sese movet* icagzBFR1G. *quod se movet* (R2 a p. m.) v. *quod de se*

desinit; quin etiam ceteris quae moventur hic fons hoc principium
est movendi. Principio autem nulla est origo; nam e principio ori- 4
untur omnia, ipsum autem nulla ex re alia nasci potest: nec enim
esset id principium, quod gigneretur aliunde. Quod si numquam
oritur, nec occidit quidem umquam; nam principium extinctum nec
ipsum ab alio renascetur nec ex se aliud creabit, siquidem necesse
est a principio oriri omnia. Ita fit, ut motus principium ex eo sit 5
quod ipsum a se movetur: id autem nec nasci potest nec mori, vel
concidat omne caelum omnisque natura et consistat necesse est, nec
vim ullam nanciscatur, qua a primo inpulsa moveatur.

IX. Cum pateat igitur aeternum id esse quod a se ipso mo- 1
veatur, quis est qui hanc naturam animis esse tributam neget? In-
animum est enim omne quod pulsu agitatur externo: quod autem
est animal, id motu cietur interiore et suo: nam haec est propria
natura animi atque vis. Quae si est una ex omnibus, quae sese
moveat, neque nata certe est et aeterna est. Hanc tu exerce optu- 2
mis in rebus: sunt autem optumae curae de salute patriae, quibus
agitatus et exercitatus animus velocius in hanc sedem et domum
suam pervolabit: idque ocius faciet, si iam tum, cum erit inclusus
in corpore, eminebit foras et ea quae extra erunt contemplans quam
maximè se a corpore abstrahet. Namque eorum animi qui se cor- 3

[Edd. vicagz.
movet P (R2 a sec. m.) *quod de se movetur* M. *quod se ipsum movet* Comm. l. c. Mss. et Edd., et Tusc. l. c. § 53. — *ne moveri* (add. a sec. m. *quidem*) R1. *ne quidem moveri* vi. *se moveri quidem* G. 4. *Principii autem* Comm. l. c. § 2. Mss. et Edd., Tusc. l. c. § 54. — *origo est* B. — *e principio* BR2.; Comm. l. c. Mss. omnes. *ex principio* Edd. FMTPR1. *et principio* G. — *fieri nascive potest* R2. — *esse id principium* B. *princ. est id* M. *id esset princ.* vic. *esset hoc princ.* g. *esset princ.* (om. *id*) z. — *nasceretur* F a p. m. — *si nunquam moritur* R1. *si non oritur* Comm. l. c. Mss. et Edd. — *nec umquam occidit quidem* R1. *ne unquam quid. occid.* B. — *ab alia renascetur* B. *ab alio nascetur* T. *renascitur ab alio* M. — *aliud aliquid* B. — *a principio necesse est* R1. — *omnia oriri* M. *cuncta oriri* R1. 5. *quod a se ipsum movetur* vli. *quod a se ipso movetur* R1v3c. *quod ipse movetur* P. *et a se aequetur* B (F a p. m.; R1 a sec. m.). — *nec moveri* (F a p. m.) MR2. — *licet concidat* BF a sec. m. — *consistat* (om. *et*) vicgz. „Ms.“ Barth. l. c. — *necesse enim* (om. *est*) *nec ullam vim* „Mss.“ Barth. l. c. — *ulla* B. — *quam* R2Gv. *quae* gz. *quia* „Mss.“ Barth. — *pulsa* F a p. m. *impulsu* (F a sec. m.) Edd. R2G. „Ms.“ Barth.

IX, 1. *Cum igitur pateat* B. — *aeternum esse* (om. *id*) BT. *id aeternum esse* vi. — *quod a se moveatur* (om. *ipso*) FM. *quod ipsum se moveat* Comm. l. c. § 5. Mss. et Edd. *quod se ipsum moveat* Tusc. l. c. § 54. — *qui* om. M. — *attributam* (om. *esse*) T. *esse tribuendam* P. — *in animam est enim* P. *in animum est* (om. *enim*) R2. *inanimatum vel inanimum autem est* v. *inanimum autem est* ic. — *agitur* F (R1 a p. m.). — *quod enim* vic. — *est animal* BFTR1Gc. *animal est* gz. Tusc. l. c. (Plato l. c. ἔμψυχον.) *est anima* PR2vi; Comm. l. c. Mss. et Edd. *anima est* M. — *natura propria* FMgz. — *animae* Edd. — *quae se ipsa moveat* Comm. l. c. Mss. plerique. *quae se ipsa* (vel *ipsam*) *semper moveat* Tusc. l. c. — *si nata* F. — *est certe* z.
2. *Hanc tu ... revertuntur* (§ 3.)] Comm. II, 17, 2 et 3. — *tu* om. g. — *in optimis rebus* MgzG. — *hae optimae* vic. — *exercitatus et agitatus* M. — *pervolabis* M. — *tunc erit* (sup. add. *cum*) R1. — *inclusus erit* vic. — *emanabit* F a sec. m. — *erunt* om. M. — *extrahet* vic. 3. *Nam*

poris voluptatibus dediderunt earumque se quasi ministros praebuerunt inpulsuque lubidinum voluptatibus obedientium deorum et hominum iura violaverunt, corporibus elapsi circum terram ipsam volutantur, nec hunc in locum nisi multis exagitati seculis revertuntur. Ille discessit: ego somno solutus sum.

Mss. BFMTPR12G. Edd. vicagz.]

(om. *que*) z. — *voluptatibus corporis* vic. — *dederunt* BM. *dedidere* g. — *praebuere* g. — *iura* om. M. — *violarunt* P. *violavere* g. — *in hunc locum* M. — *seculis* (sup. add. a sec. m.: *periculis*) F. — *revertentur* M. — *solutus* (om. *sum*) BTR1Ga. *statim solutus sum* g.

Explicit Somnium B. *Explicit Somnium Scipionis ex Ciceronis libro sexto excerptum* R2.

MACROBII AMBROSII THEODOSII

V. C. ET INL.

COMMENTARIORUM

IN SOMNIUM SCIPIONIS

LIBER PRIMUS.

I. Inter Platonis et Ciceronis libros, quos de re publica uterque constituit, Eustachi fili, vitae mihi dulcedo pariter et gloria, hoc interesse prima fronte perspeximus, quod ille rem publicam ordinavit, hic retulit: alter qualis esse deberet, alter qualis esset a maioribus instituta, disseruit. 1
In hoc tamen vel maxime operis similitudinem servavit imitatio, quod, cum Plato in voluminis conclusione a quodam vitae reddito, quam reliquisse videbatur, [4] 2

[Mss. BFMTSPR12GBɴɴ. Edd. vicahgspdzb.

Incipit Macrobii Ambrosii in idem somnium comtorum liber primus R2. *Macrobii Ambrosii Theodosii VC. et Ill. Com. in somnio Scipionis* B. *Macrobii Ambrosii Theodosii viri clari et illustris commentaria ex Cicerone in somnium Scipionis incipiunt* Cod. 2 Barthii (Advers. 37, 17.). *Macrobii Ambrosii Theodosii V. C. et in L. commenta ex Cicerone in somnium Scipionis* Fragm. Gron. *Incipit Commentum Macrobii Ambrosii Menicrisis* R1. *Macrobii Ambrosii Oriniocensis in somnium Scipionis commentarium incipit* Cod. 1 Barthii l. c. *Macrobii Ambrosii V. C. et Inl. in somnium Scipionis liber primus ad Eustachium filium incipit foeliciter* SG. *Macrobii Ambrosii Theodosii V. C. et illustris de somno Scipionis liber incipit feliciter* P6. *Incipit liber Macrobii super somnium Scipionis* V2. *Macrobii Aurelii Theodosii V. C. et illustris in somnium Scipionis expositionis quam elegantissimae liber primus* Livic (a *expositionum liber I.*; hg *Aurelii*, et in marg. *Ambrosii*). *Aurelii Macrobii Ambrosii Theodosii V. C. et inlustris* (zb *illustr.*) *commentarius ex Cicerone in Somnium Scipionis liber primus* s-b.

I. *Caput I. Quae differentia et quae similitudo sit inter Platonis ac Ciceronis de republica libros; curque aut ille indicium Eris* (chg *Eri*), *aut hic somnium Scipionis operi suo asciverit* ch-b. (In a nulla est capitum distinctio; in s „Summa capitum, prout vulgo commentarius in somnium Scipionis distinctus est" additur in fine, pagg. 158-162.) 1. *Ciceronisque* v. — *quos de re publica uterque constituit* FMTBɴɴ.i-gGP4L. „quatuor scripti, quod non video, cur vulgato sit posthabendum." Gron. *quos uterque de r. p. constituit* B. *quos de r. p. utrumque constitit constituisse H.* *quos de r. p. utrumque* (v *utrunque*, R2 a sec. m. *utrosque*) *constituisse constat* SPR12vs-b. — *Eustathi* a-bP. — *pariter dulcedo* s-bP. — *prospeximus* v-h. — *debuit* libri Barthii l. c. — *a maioribus esset* R2. — *ordinata* (sup. add. a sec. m. *vel instituta*) R1. 2. *tamen etiam vel* Bɴɴ. — *servabit* F. — *intentio* FML (E1 sup. *imitatio*). — *in volum. conclusione*] lib. X, p. 614. Steph. — *a quodam Eri vitae reddito* „Ms. Est hic *Er Platonicus* quem eodem hoc capite [§ 9.]

indicari faciat, qui sit exutarum corporibus status animarum, adiecta quadam sphaerarum vel siderum non otiosa descriptione, rerum facies non dissimilia significans a Tulliano Scipione per
3 quietem sibi ingesta narratur. Sed quid vel illi commento tali vel huic tali somnio in his potissimum libris opus fuerit, in quibus de rerum publicarum statu loquebantur, quove attinuerit inter gubernandarum urbium constituta circulos orbes globosque describere, de stellarum modo, de caeli conversione tractare, quaesitu dignum et mihi visum est, et aliis fortasse videatur, ne viros sapientia praecellentes nihilque in investigatione veri nisi divinum sentire solitos aliquid castigato operi adiecisse superfluum suspicemur. De hoc ergo prius pauca dicenda sunt, ut
4 liquido mens operis de quo loquimur innotescat. Rerum om-

Mss. BFMTSPR12GBer.]

Platonicum Erem vocat." Pont. „Recte puto *Eri* additum a priscis librariis." Barth. l. c. *a quod. Er vitae redd. H.* „Noster antiquissimus: unde non *Eri* faciendum, quod amplecti videtur Isaacius (*Erum* vocari video, sed sine auctore, ab aliis), sed *Ere*, ut c. 2 [§ 5.]. Neque hoc nomen a priscis librariis recte additum dicimus, sed ab ipso auctore." Gron. *a quod. vitae redd. Er* R2. *a quod. ex vita redd.* Bar. — *a corporibus* „prisca lectio" Barth. l. c., „Ms." Pont. „Non addo cum Barthio et Isaacio particulam *a*, etsi mihi quoque in uno inventam. Arnob. lib. II. [c. 16.] *postquam (animae) sunt corporibus humanis exutae.*" Gron. (In ed. Hildebr. est *sumptae.* Idem V. D. ad Apul. Met. III, 26. coniecit *secretae.*) — *adiecta his* SR2Ber.Bar.v-h (in F *his* add. a sec. m.). — *facies rerum* R2. — *narratur ingesta* h. 3. *Sed quid vel illi* FSGL. *sed vel quid illi* R1. *sed quid illi* (*vel* add. post *illi*) R2. *sed quod vel illi* vicas-bBMTSPBer. *sed quod vel* (om. *illi*) hg. — *tali commento* MT. *commento* (om. *tali*) R2. — *quibus* (om. *in*) FR1G. — *in quibus libris de rei publicae statu* Ber. — *loquebantur* BFTR1G P4a. *loquebatur* S (R2 add. a sec. m. *n*) Edd. MPBer. — *quoque* s-b. — *instituta* Ber. — *orbi* B. — *motu* coni. Zeunius. Vid. not. — *ut mihi* (sup. add. *et*) F. — *nec viros* P. — *investigatione* (om. *in*) SgG (R2 sup. add. *in*). *in vestigatione* (ut *in* sit praepositio) v-h. — *veritatis* B. — *sollicitos* (sup. add. *vel solitos*) R2. — *superfluum castigato operi adiecisse* R2. — *igitur prius* B. *prius ergo* v-g. — *mens intenta operis H.* — *loquitur* FTGBer.P4 (R1 in mg.). — *innotesceret* G. — Post *innotescat* legitur in R2 *Incipit praefatio eiusdem*, in Bar. *incipit*

I, 2. Non *otiosa descriptione*] i. e. non inepta. Cf. II, 9, 1 *non otiosa inspectione;* I, 20, 13 *tam otiosus tamque ab omni serio feriatus;* II, 5, 28 *non otiosus lector.*

3. *vel illi ... vel huic*] i. e. vel Platoni vel Ciceroni.

de stellarum modo] „Si *modus* est verbum sanum, auctor intellexit de magnitudine et pulchritudine siderum. Verum fortassis legi debet *motu* h. e. cursu. Nam *motus siderum coelique conversio* fere a Cicerone coniunguntur, quem noster, uti alios quosdam, saepe imitari est conatus, non modo in sententiis sed et in verbis singulis. Sic Cic. Nat. D. II, 5 [15.] occurrit *aequabilitas motus, conversio coeli.* Invent. I, 34 [59.] *Signorum ortus et obitus et annuae commutationes,* pro Flacco [37, 94.] *quanto in motu temporum, quanta in conversione rerum,* de legg. I [8, 24.] reperiuntur *perpetui cursus* et *conversiones coelestes.*" Zeun. Viri docti coniecturam commendant verba ipsius Macrobii c. 3. § 13. *quod caelum caelique circulos conversionisque concentum, stellarum etiam ac luminum motus ... concepit.* At teneo vulgatum. Macrobius videtur respicere *caeli ac siderum naturam motum ac modulamen,* ut ait II, 12, 3. Cf. I, 14, 26. *motus similis et idem est modus meandi* et II, 14, 6. *modum astruit quo anima movetur.*

nium Plato et actuum naturam penitus inspiciens advertit in omni sermone de rei publicae institutione proposito infundendum animis iustitiae amorem, sine qua non solum res publica sed nec exiguus hominum coetus nec domus quidem parva constabit.
5 Ad hunc porro iustitiae affectum pectoribus inoculandum nihil aeque patrocinaturum vidit, quam si fructus eius non videretur cum vita hominis terminari. Hunc vero superstitem durare post hominem qui poterat ostendi, nisi prius de animae inmortalitate constaret? Fide autem facta perpetuitatis animarum consequens esse animadvertit, ut certa illis loca nexu corporis absolutis pro contemplatu probi inprobive meriti deputata sint.[5]
6 Sic in Phaedone inexpugnabilium luce rationum anima in veram dignitatem propriae inmortalitatis adserta sequitur distinctio locorum quae hanc vitam relinquentibus ea lege debentur quam sibi quisque vivendo sanxerit. Sic in Gorgia post peractam pro iustitia disputationem de habitu post corpus animarum morali gravitate Socraticae dulcedinis ammonemur.
7 Idem igitur observanter secutus est in illis praecipue voluminibus quibus statum rei publicae formandum recepit: nam postquam principatum iu-

[Edd. vicahgspdzb.

comment. Macr. Ambr. in S. S. 4. *penitus inspiciens naturam* R1. — *animadvertit H.* — *sermone suo* R2 Edd. P. — *institutione constituto* ML (F sup. add. *proposito*). — *amore* BF. — *sed ne exiguus* P4vic. *nec exiguus* (om. *sed*) g. — *ne domus quidem* Bzn.P4. „Ita legimus pro varia scriptura." Jac. Gron. ad Liv. 27, 18, 9. *sed ne domus quidem* g. 5. *iustitiae fructum* F. — *rectoribus H2.* — *inoculandum* TPGs-b (hg in mg.) E1 (P4 a p. m., R12 a sec. m.), alter cod. Barthii l. c., alter in mg. *inocculandum* B. *inoculendum* P5. *occulendum* M suprascr. *a;* R2 add. sup. lin. *inculcandum* FS (R12 a p. m.) v-gP3 (P4 add. in mg.). „minus accurate." Pont. „Verbum *inoculandum* hic esse praeferendum facile contextus docet. Nam sequitur *fructus*, cuius tropus ab eadem origine proficiscitur quam habet verbum *inoculare*." Zeun. *moderandum* (sup. *inculcandum*) Bar. — *viderentur H.* — *Hunc* (om. *vero*) L. — *post hominem durare* FM. — *ostendi iuste nisi* Membr. Barthii l. c. „Optimus" Gron. *ostendi iuste nonnisi H2.* — *animae* add. a sec. m. R2. — *Fide enim* (sup. add. *autem*) R2. — *anima advertit* L. — *loca illis* R1. — *nexibus* v. — *probi improbique* FML. *improbi probive* T. — *deputata sunt* F (R1 sup. *sint*, in mg. *deputanda*). 6. *Phedrone* Mss. vl. Cf. Phaed. p. 106 extr. Steph. — *luces* h in mg. — *assertae sequ.* v. *asserta. Sequitur H2.* — *vitam hanc* R2. — *sanxerunt* R12G*H2*. „in duobus melioribus vere opinor." Gron. coll. Sat. I, 5. [§ 17.], Iustin. V, 7., Corn. Nep. Them. 4 [2.]. *sanxit* „unus" Gron. — *Gorgia*] cf. p. 524. Steph. — *immota gravitate* P. 7. *praecepit* Ps-z. *recepit* Mss. rell. v-gb. „Mss. omnes." Gron. qui

5. *inoculandum*] „*Inoculare*, ἐνοφθαλμίζειν est metaphora, ut admonet Camerarius ab insitionibus tracta. Sive etiam allusum ad dictum poetae apud Athenaeum [XII, 65. p. 546 b. Cas.] veteris qui iustitiae dicit χρύσεον ὄμμα." Pont.

6. *anima in veram dignitatem ... adserta*] Imitatus est Macrobius dicendi formulas *aliquem in libertatem adserere* cf. Varr. L. L. VI, 7, § 64. Muell. Liv. III, 45, 2; Sueton. Vitell. 10.; Ulpian. Digest. XLVII, 10, 11, 9 et *in servitutem adserere* cf. Liv. III, 44, 5; XXXIV, 18, 2; XXXV, 16, 11; Sueton. Tib. 2. Idem Suetonius Calig. 59 et Claud. 10 habet *adserere libertatem* et Caes. 16 *in adserenda dignitate*.

stitiae dedit, docuitque animam post animal non perire, per illam demum fabulam (sic enim quidam vocant), quo anima post corpus evadat vel unde ad corpus veniat, in fine operis adseruit, ut iustitiae vel cultae praemium vel spretae poenam animis
8 quippe inmortalibus subiturisque iudicium servari doceret. Hunc ordinem Tullius non minore iudicio reservans quam ingenio repertus est: postquam in omni rei publicae otio ac negotio palmam iustitiae disputando dedit, sacras inmortalium animarum sedes et caelestium archana regionum in ipso consummati operis fastigio locavit, indicans quo his perveniendum vel potius revertendum sit qui rem publicam cum prudentia iustitia fortitu-
9 dine ac moderatione tractaverint. Sed ille Platonicus secretorum relator Er quidam nomine fuit, natione Pamphylus, miles officio, qui cum vulneribus in praelio acceptis vitam effudisse visus duodecimo demum die inter ceteros una peremptos ultimo esset
[6] honorandus igne, subito seu recepta anima seu retenta quicquid emensis inter utramque vitam diebus egerat videratve, tamquam publicum professus indicium, humano generi enuntiavit. Hanc fabulam Cicero, licet ab indoctis quasi ipse veri conscius doleat irrisam, exemplum tamen stolidae reprehensionis vitans excitari narraturum quam reviviscere maluit.

II. Ac prius quam somnii verba consulamus, enodandum

Mss. BFSPR12GBer. (MT usque ad finem cap. I.)] confert h. lib. c. 8 [§ 2.]; II, 4 [12.]; II, 5 [8.]. — *et docuit* v-gG. *docuit* (add. a sec. m. *que*) R2. — *et unde* s-bP. — *vel culpae* B.
8. *minori* FM. — *reperit* Ber. — *r. p. in omnia ocio* S. — *collocavit* Fv-g. — *iis* g. — *perveniendum sit* FMBer.Bar.L. — *pocius* (sup. add. *vel*) R1. — *revertendum* (om *sit*) FM. — *iustitia prudentia* S. — *atque moderatione* v-g. — *tractaverunt* s-bP. 9. *Pamphylius* v-gG. — *die demum* s-bP. — *ultimus* B. — *urendus* (sup. *honorandus*) R2. — *subito* add. a sec. m. R1. — *in publicum* B. — *nunciavit* v-g.
10. *devitans* Ber. — *naturam* (sup. *narraturum*) R2.
II. *Caput II. Quid respondendum Coloti Epicureo, putanti philosopho non esse utendum fabulis; quasque fabulas philosophia recipiat, et quando his philosophi soleant uti* ch-b. 1. *verba somnii* R2. — *consulimus* FG (R1 sup. *a*). — *enotandum* (sup. a sec. m. *d*; om. *nobis*) R1. — *quo*

7. *post animal*] Cf. § 6.; c. 3, § 12.; c. 4, § 1.; lib. II, c. 17, § 14.: *post corpus.* In R2 adnotatur: „*Animal* h. l. intellegitur commixtio corporis et animae sive substantia corporea animata sensibilis."

8. *ordinem ... reservans ... repertus est*] Cf. *reperiuntur falsi falsimoniis* ap. Plaut. Bacch. III, 6, 12, et similia apud Graecos, ut: *εὑρίσκετο τοὺς στρατιώτας ψευσάμενος* ap. Herodian. II, 7, 2.

9. *Er quidam nomine fuit, natione Pamphylus*] „Verba Platonis sunt libro ultimo de republ. [p. 614. Steph.]: *Ἦρος τοῦ Ἀρμενίου τὸ γένος Παμφύλου.* Sed si Plutarcho fides, vitium in his verbis latet: is enim non Armenium ipsum fuisse, ut volunt interpretes Platonis, sed Harmonii filium scribit lib. IX. Sympos. probl. 5 [c. 2.]. Est autem Er nomen Asiaticum, ut discimus ex sacris libris." Gron. Cf. Snidas: *Ἤρ ὄνομα κύριον Ἑβραϊκόν.*

tamquam publicum professus indicium] Conf. c. 5, § 1. *Eris indicium.* Barthius Advers. XXXVII, 17. putat significari indicium illud publicum quod iuratus de Romulo caelo delapso sibique obvio fecit Proculus Iulius. Cf. Liv. I, 16, Cic. de legg. I, 1., Plut. Rom. 28.

10. *excitari*] Cf. Somn. II, 8 *ne me e somno excitetis.*

nobis est, a quo genere hominum Tullius memoret vel irrisam
Platonis fabulam, vel ne sibi idem eveniat non vereri: nec enim
his verbis vult inperitum vulgus intellegi, sed genus hominum
veri ignarum sub peritiae ostentatione, quippe quos et legisse
talia et ad reprehendendum animatos constaret. Dicemus igitur, 2
et quos in tantum philosophum referat quandam censurae exer-
cuisse levitatem, quisve eorum etiam scriptam reliquerit accusa-
tionem, et postremo, quid pro ea dumtaxat parte quae huic
operi necessaria est responderi conveniat obiectis. Quibus, quod
factu facile est, enervatis iam quicquid vel contra Ciceronis opi-
nionem etiam in Scipionis somnium seu iaculatus est umquam
morsus livoris seu forte iaculabitur dissolutum erit. Epicure- 3
orum tota factio, aequo semper errore a vero devia et illa aesti- [7]
mans ridenda quae nesciat, sacrum volumen et augustissima ir-
risit naturae seria. Colotes vero, inter Epicuri auditores loqua-
citate notabilior, etiam in librum retulit quae de hoc amarius
cavillatus est. Sed cetera quae iniuria notavit, siquidem ad som-
nium de quo hic procedit sermo non attinent, hoc loco nobis omit-
tenda sunt: illam calumniam persequemur quae, nisi supplode-
tur, manebit Ciceroni cum Platoni communis. Ait a philosopho 4

[Edd. vicahgepdzb. (om. *a*) R1. — *idem sibi* v-g. — *inperitum vulgus vult* R2. — *quos legisse* (om. *et*) F. — *constaret animatos* FR1GBer. 2. *Dicemus ergo* FSL. — *et qui tantum* P sup. *et quos in;* R2 sup. *quos.* — *referant* P. *referantur* (sup. *vel referat*) R2. — *censurae* om. (add. post *exercuisse*) R2. — *defectis iam* (sup. *enervatis*) P. — *vel contra Ciceronis* Mss. v Bar. *contra Ciceronis* (om *vel*) ica. *vel contra Platonis vel contra Ciceronis* h-b. „*τὰ vel contra Platonis* auctoritate scriptorum et vetuste cusorum non retinenda iudico.“ Gron. Vid. not. — *et in* Bar. (R2 a sec. m.). 3. *Epicureorum vero* F. — *ambiguo* (R2Ber. sup. *aequo*). — *errore semper* R2. — *aestimans* BFR1GBer. *extimans* vichg. *existimans* as-bPR2. — *angustissima* G. *agustissima .i. subtilissima* Bar. — *seria naturae* F. — *Colores* vic. — *epicurei* hg. *epycureorum* R1. — *loquacitate notabilior* (non *famosior et loquac. notab.*, ut s-bP) BFSR12v-gGP46 (Ber. *eloquacitate*). „*Τὸ famosior* et nusquam reperias.“ Gron. „Abest ab omnibus Angll.“ — *amarius cavillatus est* BFS R12v-gGP46 (v12 *amarus*) „omnes constanter.“ Gron. qui conf. II, 16 [§ 15.] *similis cavillanti est.* *amar. cavill. est nobis* Ber. *amarius calumniatus est* L. *amarius reprehendit* s-bP. — *iniuria contulit ac notavit* R2. — *ad hoc somnium* B. — *hic* om. R1. — *persequamur* v1P6. *prosequamur* v3. — *supplodetur* BFR12v-gGP4Bar.Ben.L. *supplodatur* s-bSPBer. — *ciceronis* B. 4. *Ait enim* v-g. Zeun. requirit vel

II, 2. *vel contra Ciceronis opinionem*] „Sensus auctoris est, se responsurum obiectis in ea parte, qua negabatur fabulas acturo de coelestibus operi immiscendas a Platone fuisse: cuius ubi vanitatem clare ostendisset, iam pariter nullius fore momenti ea quae contra Ciceronem vel excogitata sunt, vel forte etiamnum excogitabuntur.“ Gron.

3. *aequo semper errore a vero devia*] Gron. conf. Sat. III, 11 [2.] *Ne non ubique in libando pari errore sit devius.*

Colotes ... cavillatus est] Cavillationes quas Colotes, quem Epicurus blande vocare solebat *Κολωτάραν* vel *Κολωτάριον*, libello quem inscripserat: *Περὶ τοῦ ἔτι κατὰ τὰ τῶν ἄλλων φιλοσόφων δόγματα οὐδὲ ζῆν ἐστι*, in Platonis aliorumque philosophorum placita congesserat, refutavit Plutarchus libello quem inscripsit *πρὸς Κολώτην*. Vid. vol. XIV. pagg. 139-196 Hutt. Similia adnotavit Zeunius.

nisi supplodetur] „A glossatore prisco a vesica pede displosa ductum notatur.“ Barth. l. c.

4. *a philosopho fabulam non opor-*

fabulam non oportuisse confingi, quoniam nullum figmenti genus veri professoribus conveniret. Cur enim, inquit, si rerum caelestium notionem, si habitum nos animarum docere voluisti, non simplici et absoluta hoc insinuatione curatum est, sed quaesita persona, casusque excogitata novitas et composita advocati scena figmenti ipsam quaerendi veri ianuam mendacio polluerunt?
5 Haec quoniam, dum de Platonico Ere iactantur, etiam quietem Africani nostri somniantis accusant (utraque enim sub adposito argumento electa persona est quae accommoda enuntiandis haberetur), resistamus urgenti, et frustra arguens refellatur, ut una calumnia dissoluta utriusque factum incolumem, ut fas est, reti-
6 neat dignitatem. Nec omnibus fabulis philosophia repugnat nec

Mss. BFMTPR12G.]
enim vel *autem*. — *fingi* F. — *nos docere animarum* S. *animarum demonstrare* (om. *nos*) v. — *hoc et absoluta* Ber. (B deleto *hoc* post *absoluta*). — *casuque* P. — *compositi advocata* coni. Gronov. adiiciens: „Sic *advocata* esset adhibita (sic), ut *quaesita* et *excogitata*, ut c. 20 h. lib. [§ 9.], Sat. VII, 14 [§ 17.] et cap. ult. [§ 33.] *Compositum figmentum* ut *compositam fallaciam* Plautus [Poen. III, 5, 29], *compositam fabulam* Livius [III, 10, 10; cf. XL, 12, 7] et Iustinus [XXXIX, 1], *componere mimum* Petronius dixere.“ — *figmenti scena* R2. *cena figmenti* (eraso *s*) R1. — *polluere* Sa. *pollueret* vichg. Quod amplectitur Zeun. qui putat aut *quae* (sc. scena) vel *quod* (sc. figmentum) ante *ipsam* inserendum esse, aut, quod ei melius videtur, *ut* mutato *ipsam* in *ita*. 5. *dum* BFR12 Ber.viP46Bar.Ben.L. *cum* o-bSPG. — *platico* v1. — *aere* Bv1. *Ero* v3icgG. — *tractentur* (sup. *a*) F. *iaculantur* *H*. *notantur* B. — *accusant* BSR1P46. *incusant* Edd. FPR2. — *enim* del. *H2*. — *adcommoda* G*H*. *commoda* vichg. — *frusta* F. — *refellatur calumnia: ut una* v-g. (Barth. Adv. 37, 17: „*Frustra*“ *arguens* est ille Colotes ..., quare legas cum Mss. *refellatur, ut una calumnia.*“) — *incolume* Ber. v1. *incolumen*

tuisse confingi] Cf. Plut. l. c. cap. 30. οἱ τούτων καταφρονοῦντες ὡς μύθων.

composita advocati scena figmenti] Vocem *advocati* Zeun. recte interpretatur: „aliunde sumpti, velut e mythologia, fabulis philosopho indignis.“ Neque est quod cum Gronovio scribamus: *compositi advocata scena figmenti*. Quos hic attulit locos, quibus apud Macrobium *advocare* idem valeret quod *quaerere* et *excogitare*; c. 20 [§ 9.], Sat. VII, 14 [17.], et ib c. ult. [33.], ii nihil omnino probant, et quae infra § 9. legimus, *composita et ficta*, ea obstant quo minus h. l. scribatur *compositi figmenti*.

ipsam quaerendi veri ianuam mendacio polluerunt] Gron. bene confert Sat. V, 2 [8.]: *ubi ad ianuam narrandi venit*. Eadem metaphora est § 6. in verbis: *ac velut profana ab ipso vestibulo sacrae disputationis excludat*. ad quae Gronovius attulit c. 21 [2.] *Nec longum est invenire rationem, quae in ipso vestibulo excubat quaestionis;* et rursus § 8. in verbis: *Hoc totum fabularum genus ... e sacrario suo ... sapientiae tractatus eliminet*, de quo verbo minus usitato vid. infra c. 22. § 6. *eliminatum in ultimam mundi partem*. — In orationis nexu id unum me offendit, quod personam secundam *voluisti* sequitur passivum *curatum est*, et deinde tertia persona activi *polluerunt*, cuius verbi subiecta esse *persona* — *novitas* — *scena* facile intelligitur. Zeunius, qui praefert *pollueret*, totum locum sic interpretatur: „*Et composita*, h. e. facta ad decipiendum est, *advocati* h. e. aliunde sumti, velut e mythologia, fabulis philosopho indignis, *scena figmenti* h. e. persona ficta, qualis inducitur a comicis, *ut ita quaerendi veri ianuam* h. e. initium disputationis de vero investigando, *mendacio pollueret* h. e. ficto illo Ere, quantum in ipso fuit, refutaret, vanum et irritum redderet.“

omnibus adquiescit, et ut facile secerni possit, quae ex his a se abdicet, ac velut profana ab ipso vestibulo sacrae disputationis excludat, quae vero etiam saepe ac libenter admittat, divisionum gradibus explicandum est. Fabulae, quarum nomen indicat falsi 7
professionem, aut tantum conciliandae auribus voluptatis aut ad- [8]
hortationis quoque in bonam frugem gratia repertae sunt. Audi- 8
tum mulcent, velut comoediae, quales Menander eiusve imitatores agendas dederunt, vel argumenta fictis casibus amatorum referta, quibus vel multum se Arbiter exercuit vel Apuleium nonnumquam lusisse miramur. Hoc totum fabularum genus quod solas aurium delicias profitetur e sacrario suo in nutricum cunas sapientiae tractatus eliminat. Ex iis autem quae ad quan- 9
dam virtutum speciem intellectum legentis hortantur fit secunda discretio. In quibusdam enim et argumentum ex ficto locatur et per mendacia ipse relationis ordo contexitur, ut sunt illae Aesopi fabulae elegantia fictionis inlustres: at in aliis argumentum quidem fundatur veri soliditate, sed haec ipsa veritas per quaedam composita et ficta profertur, et hoc iam vocatur narratio fabulosa, non fabula, ut sunt cerimoniarum sacra, ut Hesiodi et Orphei quae de deorum progenie actuve narrantur, ut

[Edd. vicahgepdzb.

v3. 6. *repugnat philosophia* v-g. — *ab se* Edd. P. — *abducat* (sup. *abdicet*) R2. — *ab isto* P (R2 sup. *ipso*). — *sacrae disputationis vestibulo* R2. — *quae vero* Mss. mei et Gronovii, P46Bar.Ben.L. *quaeve* Edd. *quas vero* (et paulo supra *quas* ... *profanas* „nempe fabulas“) coni. Gron. — *admittit* F. — *explicandum* (om. *est*) vichg. 7. *in bonam partem et in frugem* R2 a sec. m. — *hortationis* FL.
8. *aut auditum mulciunt* H2. In R1 supra *auditum* add. a sec. m. *Aut enim.* — *vel comoediae* BS (R2 sup. *veluti*). *ut com.* (sup. *vel*) R1. — *vel sunt argumenta* Ber. — *in quibus vel multum esse Arbitrum* (omisso verbo *exercuit*, quod etiam a P abest) G, quem qui contulit, adscripsit: „ita Wouwer in vita Petronii.“ Idem recepit Carrio in ed. Steph. (s), nisi quod hic omisit *in*; Pont. qui restituit: *quibus vel multum se Arbiter exercuit*, adnotavit: „Tamen quod suggerit Stephanus: *Quibus vel multum esse Arbitrum*, si ex libris est, non displicebit, quod ab aliis iam diu observatum: *In quibus* etc.“ *se* abest a membr. Barth. l. c. — *miratur* G. — *profitetur delicias* F. — *a sacrario* (sup. *e*) R2. 9. *Ex his* R1 Edd. praeter g. — *virtutum* Mss. v-gBar.Ben.L. *virtutis* s-b. — *fit secunda divisio* L. Huc videtur pertinere quod legitur in marg. ed. Stoer. [s. l. 1597. 12°.], *directo*, unde Pont. paulo supra coni. *sapientia dierecto eliminat*, provocans ad Festum et Plautum. — *Aesopiae* v-gG „quod valde probem, si quae habuerint membranae. Phaedrus libros suos *Aesopiarum fabularum* inscribit, Theo sophista *Αἰσωπείους λόγους*, Aphthonius *Αἰσώπειον μῦθον*.“ Gron. — *quidem argumentum* R1. — *refertur* (sup. *pro*) FR2. — *et haec iam* v-gb „melior et linguae convenientior lectio.“ Zeun. — *fabulosa narratio* s-bPR12. — *ut cerimoniarum* (v *ut sunt cerim.*) *sacra Hesiodi et Orphei* (om. *ut* nec posita distinctione ante *Hesiodi*) v-g. „Probius duae veteres membranae disiungunt haec.“

8. *argumenta*] Quintil. II, 4, 2 *argumentum, quod falsum sed vero simile comoediae fingunt*, opponit *fabulae, quae versatur in tragoediis atque carminibus non a veritate modo sed etiam a forma veritatis remota.*

vel Apuleium nonnumquam lusisse miramur] Scilicet in Metamorphoseon libris. Quanti Apuleium aestimaverit Macrobius, apparet etiam ex Sat. VII, 3, 23: *Quod genus* (scommatum) *veteres ita ludicrum non putarunt, ut et Aristoteles de ipsis aliqua conscripserit, et Plutarchus et vester Apuleius.*

10 mystica Pythagoreorum sensa referuntur. Ergo ex hac secunda divisione quam diximus a philosophiae libris prior species, quae concepta de falso per falsum narratur, aliena est. Sequens in aliam rursum discretionem scissa dividitur: nam, cum veritas argumento subest solaque fit narratio fabulosa, non unus repperi-
11 tur modus per figmentum vera referendi. Aut enim contextio narrationis per turpia et indigna numinibus ac monstro similia
[9] componitur, ut di adulteri, Saturnus pudenda Caeli patris abscindens et ipse rursus a filio regno potito in vincula coniectus, quod genus totum philosophi nescire malunt: aut sacrarum rerum notio sub pio figmentorum velamine honestis et tecta rebus et vestita nominibus enuntiatur, et hoc est solum figmenti genus
12 quod cautio de divinis rebus philosophantis admittit. Cum igitur nullam disputationi pariat iniuriam vel Er index vel somnians Africanus, sed rerum sacrarum enuntiatio integra sui dignitate his sit tecta nominibus, accusator tandem edoctus a
13 fabulis fabulosa secernere conquiescat. Sciendum est tamen non in omnem disputationem philosophos admittere fabulosa vel licita. Sed his uti solent, cum vel de anima vel de aeriis aetheriisve
14 potestatibus vel de ceteris dis locuntur. Ceterum cum ad summum et principem omnium deum, qui apud Graecos *τἀγαθὸν*,

Mss. BFMTPR12G.]

Barth. l. c. „Equidem arbitror recte deleri posse posterius *ut*. Nam ita hoc membrum conveniens efficitur sequenti: *ut mystica ... referuntur.*“ Zeun. — *active* G. — *referunt* R1v-g. Ex „libris“ *referuntur* corrigit Barth. l. c. 10. *Ex hac ergo* Fs-bP. *Intellecta ergo ex hac* G. — *quam diximus*] § 9. — *in aliam rursus* R12Ben. *rursus in aliam* B. — *divisionem vel discretionem* R2. — *cum* om. (add. a sec. m.) R2. — *sola* (sup. add. *que*) R2. *et sola* LTn. — *narratio fabula* a. Modius N. L. p. p. 385 „ex duobus libris scriptis“ restituit *fabulosa*. 11. *contexio* vl P6. *connexio* P. — *dii* FbP. *dei* v-g. — *Caelii patris* vBar.Ben.L (R12 a sec. m.). *patris Coelii* ichg — *absci*d*ens* Gv „Mss“. — *regni* R1G*H*2. — *malunt* BSR12GBen.v-gP4Ben.L. *malint* (sup. *u*) F. *maluerunt* s-LP. — *pio* om. sp; restituit Gron. — *c̄tio* v. — *philosophantis* om. sp; restituit Gron. 12. *vel haec index* vl. — *discernere* F. 13. *fabulosa vel licita* FSPR12Ben.v-p1bH24Bar.L „scripti“ Gronovii, qui coniicit *vel ficta*. coll. § 10 *composita et ficta*. „Ed. Col. recte addit *vel licita*.“ Zeun. *fab. vel lutta* (sup. *licita*) B. *fab. vel vetita* Ben. *fabulosa* (om. *vel licita*) p2dz suadente Modio l. c. — *uti solent his* F. — *aeriis* SGP4. *aereis* R12Edd.BP. — *aetheriisve* s-b suadente Modio N. L. p. 386. BPR2. *aethereisve* SR1Ben.*H*2. *vel de aethereis* v-g (G *aetheriis*). — *de aetheriis aeriisque* F. 14. *ad summum deum et principem omnium* FTn. (F a p. m. *omnem*). — *τἀγαθόν* i. *ΤΑΓΘΝΩΤΟΝ* (sup. *ΤΑΓΑΤΩΝ*) F. *τογαθον* (sup. *Tugaton* i. e. *summus*) alter codex Gronovii, qui coniicit *θ᾽ὕπατον* (in altero est *ταγαθον*,

13. *fabulosa vel licita*] Significatur id figmenti genus quod § 11. cautio de divinis rebus philosophantis dicitur admittere, oppositum illi fabularum generi quod ibidem philosophi dicuntur malle nescire. Iam ne illud quidem dicuntur philosophi in omnem disputationem admittere. Unde apparet bene se habere verba *vel licita*, quae commendavit Zeunius, qui tamen non recte cogitavit de tertio fabulosorum genere a quo plane philosopho esset abstinendum. — In g in mg. recte adnotatur: „*vel* pro *etiam*.“

14. *ad summum et principem omnium deum qui apud Graecos τἀγαθὸν, qui πρῶτον αἴτιον nuncupatur*] Interrogat Gronovius: „Unde probabitur summum deum vocari Graecis *τἀγαθόν*?“ Certe Plutarchus de

qui *πρῶτον αἴτιον* nuncupatur, tractatus se audet attollere, vel ad mentem, quem Graeci *νοῦν* appellant, originales rerum species, quae *ἰδέαι* dictae sunt, continentem, ex summo natam et profectam deo: cum de his, inquam, locuntur, summo deo et mente, nihil fabulosum penitus attingunt, sed si quid de his adsignare conantur quae non sermonem tantummodo sed cogitationem quoque humanam superant, ad similitudines et exempla confugiunt. Sic Plato, cum de *τἀγαθῷ* loqui esset animatus, dicere quid sit non ausus est, hoc solum de eo sciens, quod sciri quale sit ab homine non possit: solum vero ei simillimum de

[Edd. vicahgspdzb.

et sup. i. e. *summum*). *togaton* (sup. i. e. *summus deus*) L. — *qui* om. BFPBen.vic. — *πρῶτον αἴτιον* a-b. *PΩTON AITION* (sup. *protonticion*) R1. *πρωτοναιιτον* (sup. *protopanton .i. omnipotens*) alter cod. Gronov. *qui παντων* (sup. *protopanton .i. primus princeps omnium*) alter eiusdem, qui coniecit: *πρῶτον πάντων*. *πρωτοναιvον* G. *ΠPΩTON* (sup. *ΠPΩTON AINON*) R2. *ΠPΩTONA* in B. *πρωτοπαντόν* v3i (c in mg.: *alias πρῶτον αἴτιον*). *πρωτοπαντον* Ben. *ΠPΩTO ΠANTΩN* F*H*. *ΠPΩTO . ΠANTΩN* P. *ἀπρωτοπανδων* v1. *πρωτόπαντων* S. — *audet se* (*tractatus* add. a sec. m.) R2. — *tollere* h. — *quam* v-ghG. — *NOIN appellant* F. *NOYN vocant* R2. — *ideae* Bar Ben.L. *IΔHI* F. *εἴδη* vica. — *continentes* v. — *perfectam* va (F sup. *pro*); *profectam* tuetur Modius l. c. — *summo deo et mente* delere vult Modius l. c. „*Γνησιώτατα* esse exploratum habeo, et libri quatuor omnes confirmant.“ Gron. qui similes interpretationes affert ex cap. 3 [§ 3.] et cap. 6 [§ 3.]. — *summo* om. v. *summo* (sup. *idem*) R1. — *ac mente* s-bP „Angl.“ — *nil* v. — *penitus* om. F. — *sed quid* (add. a sec. m. *si*) R1. — *de his abasserere* LB. — *quoque* om. via; tuetur Mod. l. c. 15. *de τ' ἀγαθῳ* s-bP. *de τἀγαθῶ* FS. *de TAΓAΘO* (sup. *tagatho*) R1. *de τῷ ἀγαθῷ* (in ras. a sec. m.) R2. *de tagatho* (sup. *i. omnium rerum principio*), et: *de τωγαθων* (sup. *tugato*) codd. Gron. *de τοιγαθω* G. *de τἀγαθον* Ben.*H*. *rara ΘO* (om. *de*) B. *de περι τάγαθον* v1. *περὶ τάγαθον* v3i. *περὶ τάγαθοῦ* c-g. — *non est ausus* R2v-gG. — *sciti ab homine non possit quale sit* Ben. — *ab hominibus* F. — *possit* Mss. (P *pot*-

plac. philos. I, 7 dicit: *Πυθαγόρας τῶν ἀρχων τὴν μὲν μονάδα θεὸν, καὶ τἀγαθὸν* etc. et *Σωκράτης καὶ Πλάτων τὸ ἕν, τὸ μονοφυὲς καὶ αὐτοφυὲς, τὸ μοναδικὸν, τὸ ὄντως ἀγαθόν*; Polit. p. 379 Steph. *Οὐκοῦν ἀγαθὸς ὅγε θεὸς τῷ ὄντι;* At quis unquam Graecorum eum vocavit *θὔπατον* quod recipiendum esse censet Gronovius? — Pro *πρῶτον αἴτιον* equidem mallem, si suffragarentur libri Mss., *πάντων αἴτιον*. Cf. Plat. Polit. l. c. *Οὐκ ἄρα πάντων γε αἴτιον τὸ ἀγαθὸν, ἀλλὰ τῶν μὲν εὖ ἐχόντων αἴτιον, τῶν δὲ κακῶν ἀναίτιον ... Οὐδ' ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, ὁ θεὸς ἐπειδὴ ἀγαθὸς, πάντων ἂν εἴη αἴτιος, ὡς οἱ πολλοὶ λέγουσιν, ἀλλ' ὀλίγων μὲν τοῖς ἀνθρώποις αἴτιος, πολλῶν δὲ ἀναίτιος*, et Phaedon. p. 97 C. *ἀκούσας ποτὲ ἐκ βιβλίου τινὸς Ἀναξαγόρου ἀναγιγνώσκοντος καὶ λέγοντος, ὡς ἄρα νοῦς ἐστιν ὁ διακοσμῶν τε καὶ πάντων αἴτιος, ... ἔδοξέ μοι τρόπον τινὰ εὖ ἔχειν τὸ τὸν νοῦν εἶναι πάντων αἴτιον.*

adsignare] „Conieceram *signare*, quo utitur pro *significare*, *aperire* cap. 5 [§ 1.] et passim. Sed compositum ferri potest, quo etiam utitur cap. 6 [§ 42.], c. 10 [§ 10.], c. 18 [§ 19.].“ Gron.

15. *Sic Plato, cum de τἀγαθῷ loqui esset animatus ... solem repperit*] Macrobius videtur respicere ad Cratylum p. 412. *Καὶ μὴν τόγε ἀγαθὸν τοῦτο τῆς φύσεως πάσης τῷ ἀγαστῷ βούλεται τὸ ὄνομα ἐπικεῖσθαι* etc. At ibi Plato non ipsum summum bonum esse solem dicit, sed iustum. Cf. p. 413. *ὁ μὲν γάρ τίς φησι τοῦτο εἶναι δίκαιον τὸν ἥλιον· τοῦτον γὰρ μόνον διαϊόντα καὶ κάοντα ἐπιτροπεύειν πάντα*, infra tamen addit: *εἶναι δὲ τὸ δίκαιον, ὃ λέγει Ἀναξαγόρας, νοῦν εἶναι τοῦτο.* De sole summo omnium deo vid. Sat. I, 17-23.

visibilibus solem repperit, et per eius similitudinem viam ser-
16 moni suo attollendi se ad non conprehendenda patefecit. Ideo
[10] et nullum ei simulacrum, cum dis aliis constituerentur, finxit antiquitas: quia summus deus nataque ex eo mens sicut ultra animam ita supra naturam sunt, quo nihil fas est de fabulis
17 pervenire. De dis autem, ut dixi, ceteris et de anima non frustra se, nec ut oblectent, ad fabulosa convertunt, sed quia sciunt inimicam esse naturae apertam nudamque expositionem sui: quae sicut vulgaribus hominum sensibus intellectum sui vario rerum tegmine operimentoque subtraxit, ita a prudentibus ar-
18 chana sua voluit per fabulosa tractari. Sic ipsa mysteria figurarum cuniculis operiuntur, ne vel haec adeptis nudam rerum talium se natura praebeat: sed summatibus tantum viris sapientia interprete veri archani consciis contenti sint reliqui ad vene-
19 rationem figuris defentibus a vilitate secretum. Numenio denique inter philosophos occultorum curiosiori offensam numinum, quod Eleusinia sacra interpretando vulgaverit, somnia prodide-

Mss. BFSPR12GBer.]

est, sup. *possit*) v-gP4Ben.Bar L. *posset* a-b. — *eius simillimum* hg — *repperit solem* Ber. — *attollens se* a-z. „Magis me pascit scriptura antiqua *attollendi se.* Neque enim Platonem se attollere ait, sed sermonem; quae perpetua Aurelii ratio est. Paulo ante [§ 14.] *tractatus se audet attollere.*" Gron. — *comprehensibilia* Fv-gL. 16. *Ideo ut* SR2viag. — *ei* BSPR2v-p. *ei'* FR1. *eius* G*II*12 „membr." Modii l. c. d-b. *cum* Mss. Ben.Bar Lv-gb probante Zeunio. *quod cum* a-z (reponi voluit „fide membranarum" Mod. l. c.). — *diis* (sup. add. *aliis*) R2. — *constituerentur* (sc. simulacra cf. § 20.) scripsi ex Ber.P4. Alias legitur *constituerctur.* — *sunt supra naturam* F. — *est fas* F. 17. *De diis enim* (sup. add. *ut dixi*) R2. — *ad fabula* (sup. *fabulosa* s. *philosophi*) F. — *inimicum* (sup. *am*) *naturae esse* R2. — *nudam et apertam* Ber. 18. *Sic* (sup. add. *quod*) R1. — *cuniculis suis* in libris suis legit et defendit Barth. l. c. *cunulis* (sup. *ic*) F. *fumiculis* g in mg. (ed. Stoer. in mg. *funiculis*). — *haec adeptis* (om. *vel*) P. *velis ademptis* a. *vel his ademptis* ichg (h in mg. *haec adeptis*). — *nudam* FSR12Ber.v-gG. *nudum* Bar. *nuda* a-bBP. — *natura se* SR1. *nature se* BR2. *naturã se* F. 19. *quoque* (in mg. a p. m. *denique*) F. — *occultorum* om. (add. a sec. m.) R1. — *offensa* h. — *eleusina* R1vichg.

17. *quia sciunt inimicam esse naturae ... expositionem sui*] Conf. Lobeck. Aglaopham. I, p. 133, et quae ibi afferuntur: Strab. X, p. 467. *ἡ κρύψις ἡ μυστικὴ σεμνοποιεῖ τὸ θεῖον καὶ μιμεῖται τὴν φύσιν τὴν φεύγουσαν τὴν αἴσθησιν αὐτῆς*, et Philon. de profug. p. 480 B. *οἱ φύσεως τῆς κρύπτεσθαι φιλούσης ἀμύητοι*, et Iul. Or. VII, 216. *φιλεῖ ἡ φύσις κρύπτεσθαι.*

18. *figurarum cuniculis operiuntur*] Conf. infra c. 3. § 10 *quod tegit figuris et velut ambagibus .. significationem rei quae demonstratur*, et Cic. de leg. agr. I, 1 *Quae res aperte petebatur, ea nunc occulte cuniculis oppugnatur.*

contenti sint reliqui .. figuris] Cf. apud Lob. l. c. Lyd. de ostent. III, 12 de Tagetis genitura: *τοῦτο ἀλληγορικῶς παρὰ τὸν ἱερατικὸν παρακεκάλυπται νόμον ... νῦν μὲν μυθικῶς, νῦν δὲ παραβολικῶς .. διὰ τοὺς ἀνιέρους.*

19. *Numenio*] Fuit M. Aurelii Antonini aetate clarus philosophus Platonicus. Barth. Adv. XXXVII, 17. idem de se referre ait Pausaniam, cuius verba haec sunt, I, 38, 6: *Τά τε ἔντος τοῦ τείχους τοῦ ἱεροῦ (τοῦ Ἐλευσινίου) τό τε ὄνειρον ἀπεῖπε γράφειν, καὶ τοῖς οὐ τελεσθεῖσιν ὁπόσων θέας εἴργονται, δῆλα δήπου μηδὲ πυθέσθαι μετεῖναί σφισιν.*

runt viso sibi ipsas Eleusinias deas habitu meretricio ante apertum lupanar videre prostantes, ammirantique et causas non convenientis numinibus turpitudinis consulenti respondisse iratas, ab ipso se de adyto pudicitiae suae vi abstractas et passim ad-
euntibus prostitutas. Adeo semper ita se et sciri et coli numina 20
maluerunt, qualiter in vulgus antiquitas fabulata est, quae et imagines et simulacra formarum talium prorsus alienis et aetates tam incrementi quam diminutionis ignaris et amictus orna-
tusque varios corpus non habentibus adsignavit. Secundum haec 21
Pythagoras ipse atque Empedocles, Parmenides quoque et Hera- [11]
clitus de dis fabulati sunt, nec secus Timaeus, qui progenies eorum, sicut traditum fuerat, executus est.

[Edd. vicahgspdzb.
— *viso* R1 (F sup. *visum;* R2 a sec. m.) v-gbGBER. „Mss. omnes" Gron. *visa* BAR. *visas* BSP (R2 a p. m.) s-z; „correctorum manum vel sola orationis σύνταξις tibi probabit." Gron. — *ipsas* om. (add. a sec. m.) R1. — *eleusinas* R2 (R1 eraso *i*) vichg. — *videre* BFR12v-gbG „Mss. omnes." Gron. — *ludere* PSs-z. — *convenienteis* h. — *se de adito* BGBER. *sede adyto* P4. *se adyto* (om. *de*) Edd. FPG. *se adito* R2 a p. m. *se aditu* R1 (R2 a sec. m.) *H.* — *suae* om. *H.* — *abstractos* BER.
20. *Adeo se semper ita* S. *adeo enim ita se* v. — *sciri et coli* (om. priore *et*) STR.L — *voluerunt* vi (g in mg.). — *antiquitas ipsa* v-g; „non male." Zeun. — *alienis* (sup. add. *diis*) F. 21. *de iis fabulati* h. *defabulati* (om. *dis*) „Manuscript." Barth. l. c. *de diis locuti* LTR. — *deorum* BER.L „Manuscr." Barth. l. c.; „vulgo et perperam *eorum* pro *deorum*." Pont. — *sicuti* s-bP.

viso sibi ... videre] „Hoc est, quum sibi visus est [Numenius] videre. Et propria haec illarum imaginum oratio est, unde et *nocturnos visus*. Vid. nostrum cap. seq. [§ 2 et 9.] et cap. 5 [§ 1.], et Ovid. Metam. VII, 650 *Qualesque in imagine somni. Visus eram vidisse viros.*" GRON. Conf. Cic. Acad. II, 16, 51 *Num censes Ennium, quum in hortis cum Ser. Galba vicino suo ambulavisset, dixisse: Visus sum mihi cum Galba ambulare? At cum somniavit, ita narrat: visus Homerus adesse poeta;* Apulei. de dogm. Plat. I, 1 *vidisse sibi visus est cygni pullum* etc., et quae adnotavit Hildebrand. ad h. l. et ad Metamorph. XI, 3. — Non satis quidem bene procedit oratio: *viso sibi ... videre prostantes, admirantique ... respondisse iratas*, sed auget, non tollit, malum altera scriptura *visas sibi ... ludere.*

20. *et imagines et simulacra*] Promiscue his vocibus usus est Macrobius Sat. VII, 14, 2 et 6, sed h. l. *imagines* sunt mente conceptae formae, *simulacra* arte factae effigies. Conf. Plin. N. H. XXXV, 2 s. 2 § 9. *etiam quae non sunt* (imagines), *finguntur*, *pariuntque desideria non traditos vultus.* Ib. XXXIV, 2 s. 4 § 9 *pervenit deinde* (nobilitas aeris) *ad deum simulacra.* Graece: εἰκόνας τε καὶ εἴδωλα (vel ἀγάλματα). Conf. Herodot. I, 51. γυναικὸς εἴδωλον χρύσεον, τρίπηχυ, τὸ Δελφοὶ τῆς ἀρτοκόπου τῆς Κροίσου εἰκόνα λέγουσι, et Doederl. Synon. V, p. 238.

formarum talium prorsus alienis] Conf. Cic. Acad. I, 11, 42. *omnia quae essent aliena firmae et constantis assensionis*, et quae interpretes adnotaverunt ad Salust. Cat. 40, 5. *neque aliena consilii.*

21. *Heraclitus*] Vide ne intellegendus sit Heraclides Ponticus, qui quidem cum ceteris qui h. l. memorantur in Pythagoreorum numero refertur a Fabricio Bibl. Gr. lib. II, cap. 13. et cum Empedocle coniungitur apud Plutarchum de plac. phil. IV, 19. Sic certe c. 14 § 19. legitur *Heraclitus Ponticus* pro Heraclide, et videntur haec nomina alias quoque confundi, ut apud Plutarchum l. c. II, 13 et III, 17.

III. His praelibatis, antequam ipsa somnii verba tractemus, prius quot somniandi modos observatio deprehenderit, cum licentiam figurarum, quae passim quiescentibus ingeruntur, sub definitionem ac regulam vetustas mitteret, edisseramus, ut cui eorum generi somnium quo de agimus applicandum sit inno-
2 tescat. Omnium quae videre sibi dormientes videntur quinque sunt principales et diversitates et nomina. Aut enim est ὄνειρος secundum Graecos, quod Latini *somnium* vocant: aut est ὅραμα, quod *visio* recte appellatur: aut est χρηματισμός, quod *oraculum* nuncupatur: aut est ἐνύπνιον, quod *insomnium* dicitur: aut est φάντασμα, quod Cicero, quotiens opus hoc nomine fuit, *visum*
3 vocavit. Ultima ex his duo cum videntur, cura interpretationis indigna sunt, quia nihil divinationis adportant, ἐνύπνιον dico et
4 φάντασμα. Est enim ἐνύπνιον, quotiens cura oppressi animi corporisve sive fortunae, qualis vigilantem fatigaverat, talem se ingerit dormienti: animi, si amator deliciis suis aut fruentem se videat aut carentem, si metuens quis imminentem sibi vel insi-
[12]diis vel potestate personam aut incurrisse hanc ex imagine cogitationum suarum aut effugisse videatur: corporis, si temeto in-

Mss. BFSPR12GBern.]

III. *Caput III. Quinque esse genera somniandi; atque somnium hoc Scipionis ad prima tria genera debere referri.* ch-b. 1. *somnii ipsa verba tractemus* R2. *ipsa somnii verba tractem* *H*2. *ipsa consulamus verba somnii* „liber optimus“ Barth. Advers. 39, 12. — *observatio veterum deprehenderit cum licentias figurarum q. p. q. ing. sub def. ac regulam mitteret* „scribe membranis auctoribus.“ Gron. — *licentia* R2Bern. *H*2. — *se ingerunt* „liber optimus“ Barth. l. c. — *diffinitionem* FSR12 G. *defensionem* *H*2. — *et regulam* vichg. — *generi somniandi somnium* R1. — *de quo* R1s-bPBern. „duo antiquissima exemplaria“ Barth. l. c. 2. *principales* (om. *et*) vichg. *principalitates et* FBern. — δραμα (om. *est*) vag. *est OPAMA* (sup. ω) P4. *est OPΩMA* FPR12G Bern. *est OPOMA* B. ὅρωμα (om. *est*) i. — χρηματισμὸς (om. *est*) R1 v-g. *est PHMAΘIΣMOΣ* F. *est* κρημοτισμως Bern. *est XPHMΩΣ* (sup. *crismatismos*) R2. — *Cicero*] Cf. Acad. I, 11, 40 et 41. II, 6, 18; 11, 33 seqq.; inprimis 16, 51; 24, 88. Tusc. I, 41, 97. — *hoc nomine opus fuit* R2. 3. *duo ex his* S. — *cum videantur* vic.
4. ἐνύπνιος vl. *ENYΠNYΩΣ* R2. — *quoties* c-gb. — *vel corporis* vichg. — *dormientis animo* „Ita libri.“ Barth. l. c. „Mihi quod editur praevalet.“ Pont. — *ut si amator* R1. *si alterum* (add. a sec. m. *amator*) F. — *videat* (add. a sec. m. *se*) F. — *si metuens* (sup. *sive*) R1. — *insidiis vel potestate* (om. priore *vel*) v. *vel insidiis vel pro potestate* F Bern.ahL*H*2 (*pro* del. *H*1). „*vel insidiis pro potestate* „Ms. optimus. Lego *prove potestate.*“ Barth. l. c. — *ex imaginatione* Bern. — *diffugisse*

III, 2. *quinque sunt principales et diversitates et nomina*] Barthius Advers. XXXIX, 12. Macrobium reprehendit, quod eas tantum species nominet, quae in Scipionis somnio reperiantur et ad unum illud referantur. In R2 adnotatur: *Alio modo Gregorius dividit somnia; dicit enim: Sex modis tangunt animum imagines somniorum. Aliquando somnia ventris plenitudine vel inanitate, aliquando illusione, aliquando cogitatione simul et illusione, aliquando revelatione, aliquando cogitatione simul et revelatione generantur.*

4. *animi*] „Ἐνύπνιον par descripsit eleganter Petronius [Satyr. c. 104], ubi et id ab oraculo sive χρηματισμοῦ discriminat.“ Pont. Conf. Lucret. IV, 959 seqq.

corporis] „Apuleius lib. I [Metam. c. 18] *Nae merito inquam* [Hild. *inquam immerito*] *medici fidi* [Hild. *medici sciti.* Pont. infra affert coniect. Lipsii *medicifici* vel *medicifices*,

gurgitatus aut distentus cibo vel abundantia praefocari se aesti-
met vel gravantibus exonerari: aut contra, si esuriens cibum aut
potum sitiens desiderare quaerere vel etiam invenisse videatur:
fortunae, cum se quis aestimat vel potentia vel magistratu aut
augeri pro desiderio aut exui pro timore. Haec et his similia, 5
quoniam ex habitu mentis quietem sicut praevenerant ita et tur-
baverant dormientis, una cum somno avolant et pariter eva-
nescunt. Hinc et *insomnio* nomen est, non quia per somnum
videtur, hoc enim est huic generi commune cum ceteris, sed
quia in ipso somnio tantummodo esse creditur, dum videtur,
post somnium nullam sui utilitatem vel significationem relinquit.
Falsa esse insomnia nec Maro tacuit: 6

Sed falsa ad caelum mittunt insomnia manes,

caelum hic vivorum regionem vocans, quia sicut di nobis ita
nos defunctis superi habemur. Amorem quoque describens, cuius
curam semper secuntur insomnia, ait:

— *Haerent infixi pectore vultus*
Verbaque: nec placidam membris dat cura quietem,

et post haec:

Anna soror, quae me suspensam insomnia terrent?

Φάντασμα vero, hoc est *visum*, cum inter vigiliam et adultam 7

[Edd. vicahgspdzb. *H*1. *defugisse* *H*2. — *gurgitatus* (sup. add. *in*) F. — *vel abundantia* FSPR2G (BR1 *hab.*) vicaP4Bar.Ben. (in L *ex* erasum est). *vel de abundantia* *H*2. *vel ex abundantia* h-b Ben. — *se* „in optimo libro non habetur.“ Barth. l. c. — *aestimet* BFR2GBen. *extimet* v-h. *existimet* R1g-bP. — *gravantia* „in optimo libro videtur eodem casu, quo *abundantia* est, exaratum prius fuisse.“ Barth. l. c. — *se exhonerari* R1. — *sitiens potum* F. — *desiderare* (sup. *ando*) R1. — *aestimet* F. *existimat* v-g. — *prae desiderio ... prae timore* (in mg. *pro*) g. 5. *perturbaverant* R1. — *dormientes* F. — *avolant* BFPR12GBen.d-b; „libri mss., quod probo.“ Mod. N. L. p. 386. „Verissime Modius, et nunc ita edimus.“ Gron. *advolant* Sv-pL. — *nomen* (om. *est*) R1v-g. — *per somnum* BFSR1Ben.vagG. *per somnium* s-bP. — *generi huic* F. — *somno* Ben. — *creditur* (om. *esse*) F. — *post somnum* Ben.*H*2. — *nullam sibi* F. 6. *Sed*] Aen. VI, 897. *falsa inquit* *H*1. — *semper secuntur* BF. *semper sequuntur* RPR1Ben.v-p1P4. *semper* om. R2Gp2-b. Obelisco confodit Modius l. c.; sed in omnibus antiquis offendit Gron. — *Haerent*] Aen. IV, 4. — *Anna*] ib. 9. — *suspensa* FP. — *terrent* om.

alior. *medici viri, suam medici filii*] *cibo et crapula distentos saeva et gravia somniare autumant. Mihi denique, quod poculis vesperi minus temperavi, nox acerba diras et truces imagines obtulit.* Plutarchus quoque Sympos. lib. VIII. quaest. 10 [c. 1]: *ὅτι δέ ἐστι τῶν βρωμάτων ἔνια δυσόνειρα καὶ ταρακτικὰ τῶν καθ' ὕπνων ὄψεων, μαρτυρίοις ἐχρῶντο τοῖς τε κυάμοις καὶ τῇ κεφαλῇ τοῦ πολύποδος, ὧν ἀπέχεσθαι κελεύουσι τοὺς δεομένους τῆς διὰ τῶν ὀνείρων μαντικῆς.* Hinc Cicero [Divin. I, 30, 62; II, 58, 119] censuit Pythagoreis interdictum ne faba vescerentur, quod is cibus tranquillitatem mentis quaerentibus constaret esse contrarias.“ Pont. (qui praeterea addit aliorum de hac re sententias diversas, Aristoxeni ap. Gell. N. A. IV, 11. Clem. Alex. Strom. III, Theophr. de caus. plant., Plutarch. [Mor. p. 12 E]).

7. *φάντασμα vero, hoc est visum*] Cicero, qui (§ 2.) *φάντασμα* dicitur visum vocasse, Acad. I, 11, 41 et II, 6, 18 *φαντασία* appellare velle dicit *visum*. Eodem modo Ammianus Marcell. XIV, p. 31 Lindenbr. habet: *Solutis enim corporeis nexibus animus semper vigens*

quietem in quadam, ut aiunt, prima somni nebula adhuc se vigilare aestimans, qui dormire vix coepit, aspicere videtur irruentes in se vel passim vagantes formas a natura seu magnitudine [13] seu specie discrepantes variasque tempestates rerum vel laetas vel turbulentas. In hoc genere est ἐπιάλτης, quem publica persuasio quiescentes opinatur invadere et pondere suo pressos ac

Mss. BFSPR12GBer.]

Ber. 7. *prima* obelisco confodit Mod. l. c. *primi* Ben. — *somnii* S (F sup. *somni*). — *vigilare se* v-g. — *extimans* R1. *existimans* S v-g. — *passim* (om. *vel*) Ber. — ἐπιάλτης BSPvicagsG. ἐπιαλθης F. ἐφιάλτης hp-b. *et* Εφιάλτης L. *ephaltes* Ber. ἐπιβάτης *H*2. *et* ΠΙΜΑΤΗΣ (sup. a sec. m. *efialtes*) R1. ΕΜΥΡΤΗΣ (sup. *ephialtes*) R2. — *quum* vl. — *quiescentem* (sup. *tes*) R2. — *oppressos H*1 „melior" Barthii l. c. (qui coniicit *oppressos ac succutientes*). — *propres-*

motibus indefessis ... colligit visa nocturna, quas phantasias nos appellamus, et Boeth. dial. II in Porphyr. *Has mentis considerationes quae a rerum sensu ad intelligentiam profectae vel intelliguntur vel certe finguntur, φαντασίας Graeci dicunt, a nobis visa poterunt nominari.* Macrobio suffragatur Suidas s. v. φαντασία: Φαντασία καὶ φάντασμα διαφέρει· φάντασμα μὲν γάρ ἐστι δόκησις διανοίας οἷα γίνεται κατὰ τοὺς ὕπνους, φαντασία δὲ τύπωσις ἐν ψυχῇ, τουτέστιν ἀλλοίωσις. Minus clara distinctio legitur in R2: *Fantasma est imago imaginum, fantasia imago rerum*, quae niti videtur sententia Chrysippi, quam profert Plutarch. de plac. phil. IV, 12: φαντασία ἐστι πάθος ἐν τῇ ψυχῇ γινόμενον, ἐνδεικνύμενον ἑαυτό τε καὶ τὸ πεποιηκός ... φάντασμα δέ ἐστιν ἐφ' ὃ ἑλκόμεθα κατὰ τὸν φανταστικὸν διάκενον ἑλκυσμόν.

adhuc se vigilare aestimans] Pont. conf. Sen. ep. 83 [§ 6.] *Consuetudinem meam nosti: brevissimo somno utor et quasi interiungo* (ille coni. *intervigilo*). *Satis est mihi vigilare desiisse, aliquando dormisse me scio, aliquando suspicor.*

ἐπιάλτης] „Hunc Latini medici vocant *Incubum* seu *Incubonem* [cf. Serv. in Virg. Aen. VI, 776]. Τοὺς ὑπὸ ἐφιαλτῶν πνιγοὺς dicit Dioscorides III, 157 [147 Spreng.], quibus usus herbae Paeoniae medeatur: Plinius *Faunorum ludibria in quiete* vocat XXV, 4 [s. 10. § 29.], sed XXVII, 10 [s. 60. § 87.] idem malum verius et a superstitione plebeia remotius appellat *suppressiones nocturnas*: nam utriusque mali remedium esse praecipit Paeoniam: πνιγαλίων dictus est a Themisone, haud dubie ob suffocationem, quae hic evenit, uti tradit Paulus Aegineta III, 14, et Cael. Aurelianus de morbis chron. I, 3., qui quoque commemorat a quibusdam appellari ἐπιβολήν. Recte existimant viri eruditi a Virgilio Aen. XII, 908 seqq. hoc mali genus spectari, et Lucretii locus IV, 1005 seqq quamquam latius patet, tamen quaedam continet, quae huc pertinent. De causa et origine mali duae inprimis apud veteres reperiuntur sententiae. Sunt enim, et in his Augustinus de civ. Dei XV, 23, qui fingant Incubos quosdam Faunos, Silvanos et daemones, quos Galli Dusios vocant [*aliquos spiritus elemento aereo corporatos* Aug.], qui homines opprimant: philosophi vero causam rei esse contendunt (vide Gorraeum in Definit.) τὴν εἰς κεφαλὴν ἀνατρέχουσαν ἀναθυμίασιν ἐξ ἀδδηφαγίας καὶ ἀπεψίας." Zeun. — Cf. Suid. s. h. v. Barthius (Adv. XXXIX, 12) ex altero suo codice profert „glossam non contemnendam": *Ephialtes autem ex more iacendi oritur* etc. Ipse praeter supra nominatos citat Oribasium ad Eustath. VIII, 2, Actuarium Method. I, 16, Aetium VI, 12, Scribonium Compos. C. Marcellum cap. 20. Scripturam ἐπιάλτης commendat H. Stephanus in thesauro s. v. ἐφιάλτης. Conf. Eustath. ad Il. p. 561, 10: Ἐν δὲ ῥητορικῷ λεξικῷ φέρεται ὅτι Ἐπιάλτην Ἀττικοί φασι δαίμονά τινα, διὰ δὲ τοῦ φ Ἐφιάλτην ἀνδρὸς ὄνομα. ἑτέρωθι δὲ, ὅτι ἐπιάλτης ὁ πνιγαλίων ὑπό τινων, ὁ δ' αὐτὸς καὶ ἠπίαλος, qui quidem Od. p. 1687, 50 habet: Τὸν ἐφιάλτην ἐπιάλτην κατὰ παλαιὰν παρασημείωσιν ὁ Ἀλκαῖος λέγει.

sentientes gravare. His duobus modis ad nullam noscendi futuri 8 opem receptis, tribus ceteris in ingenium divinationis instruimur. Et est *oraculum* quidem, cum in somnis parens vel alia sancta gravisve persona seu sacerdos vel etiam deus aperte eventurum quid aut non eventurum, faciendum vitandumve denuntiat. *Visio* 9 est autem, cum id quis videt, quod eodem modo quo apparuerat eveniet. Amicum peregre commorantem, quem non cogitabat, visus sibi est reversum videre, et procedenti obvius quem viderat venit in amplexus: depositum in quiete suscepit, et matutinus ei precator occurrit mandans pecuniae tutelam et fidae custodiae celanda committens. *Somnium* proprie vocatur quod te- 10 git figuris et velat ambagibus non nisi interpretatione intellegendam significationem rei quae demonstratur: quod quale sit

[Edd. vicahgspdzb.

sos H2. 8. *non receptis* Ber. — *ad ingenium* LTr. „Mss." Barthii l. c. *ingenium* (eras. praepos.) R1. — *instruitur* R1. — *quidem* om. R1. — *sancta alia* FLTr. — *vel sacerdos* R2 — *eventurum vel non eventurum* (om. *quid*) FBer.L. *eventurum* (om. *quid aut non eventurum*) S. *eventurum quid aut* (sup. a sec. m. *non eventurum*) R1. *aperte eventurum quid, eventurum*, et paulo infra: *Visio, aut non est autem* a, quae transpositione verborum *aut non* emendavit Modius N. L. p. 387. „Utrobique *venturum* et *nuntiat* habent libri." Barth. l. c. — *faciendum quid* FL.

9. *autem est* R12. — *cum quis id* FBar.LTr. — *apparuerit* F. *apparuit* Ben.L. — *evenerit* R1. — *visum* Ben. — *est sibi* Bv-g. — *procedente* (sup. *i*) R2. — *suscipit*. s-bP. „membranae *suscepit* recte." Gron. — *pecuniaē tutelam* BFSPR1Ber.s-bE1P6M12H2*H*; „libri" Barth. l. c., Mod. l. c. *pecuniam tutelae* R2v-gLTr., „membrana" Gron. *pecuniam tutelam* G. — *fidae custodiae* Fs-bSPBer. (Cf. Cic. de fin. II, 34, § 113 *iustitiae fida custodia*). *fidae (celandam) custodiae* „membr." Gron. *fide custodie* B. *fide custodiae* P6. *fidei custodiae* R12Gv-gE1H2 „libri" Barth. l. c., Mod. l. c. *fideli custodiae* Tr.LM2. *fidem cust.* *H2*. *ex fide cust.* M1. — *celanda* BFGs-bPMP6 Mod. l. c. *celandam* SR12Ber.v-gE1H2 „libri" Barth. l. c. „Libri nonnulli *celandam*, ut ad pecuniam sive tutelam referatur." Pont. „membr." Gron. Vid. sup.

8. *Et est oraculum quidem*] „Oraculum somnium intellexit antiquitas, quod in fanis sive in templis singulari cura captabant. Cic. I de divin. [43, 96] *Qui praeerant Lacedaemoniis ... in Pasiphaes fano ... somniandi causa incubabant, quia vera quietis oracula ducebant.* Apuleii simile somnium in templo Isidis exstat Miles. lib. XI [cap. 3 seqq., ubi cap. 7 legitur: *Sic oraculi venerabilis fine prolato numen invictum in se recessit*]. Suetonii quoque locus Vespas. c. 7 notabilis." Pont. (ad § 2.)

9. *et procedenti obvius quem viderat venit*] Id est: exeunti ei revera obvius venit amicus ille quem in somnio viderat. Gronovius, qui desideravit *procedens obvio*, non perspexisse videtur in verbis *quem viderat* inesse subiectum verbi *venit*.

matutinus ei precator occurrit] Cf. Martial. XII, 68, 1. *matutine cliens*, Virg. Aen. VIII, 465 *Nec minus Aeneas se matutinus agebat*, alia apud poetas similia.

mandans pecuniae tutelam] Alias dicitur tutela hominum, pecudum, locorum, aedificiorum, navium: pecuniae aut rei similis, quod sciam, nusquam. Proprium verbum est *deponere pecuniam apud aliquem*, cf. Cic. de off. III, 25, 95, ut supra ipse Macrobius dicit: *depositum ... suscepit*.

celanda] Sic scripsi cum codd. melioribus, ut non sola pecunia intelligeretur, sed etiam aliae res.

10. *tegit figuris*] Cf. c. 2 § 18. „Artemidorus signanter: *Siquidem* ὄνειρος *Graecis ab* ὄν, *id est verum, et* εἴρειν, *quod est loquor, construitur.*" Pont.

non a nobis exponendum est, cum hoc unusquisque ex usu quid sit agnoscat. Huius quinque sunt species: aut enim *proprium*
11 aut *alienum* aut *commune* aut *publicum* aut *generale* est. *Proprium* est, cum se quis facientem patientemve aliquid somniat: *alienum*, cum alium: *commune*, cum se una cum alio: *publicum* est, cum civitati forove vel theatro seu quibuslibet publicis moenibus actibusve triste vel laetum quid aestimat accidisse: *generale* est, cum circa solis orbem lunaremve globum seu alia sidera
12 vel caelum omnesve terras aliquid somniat innovatum. Hoc
[14] ergo, quod Scipio vidisse se retulit, et tria illa quae sola probabilia sunt genera principalitatis amplectitur et omnes ipsius somnii species attingit. Est enim *oraculum*, quia Paulus et Africanus uterque parens, sancti gravesque ambo nec alieni a sacerdotio, quid illi eventurum esset denuntiaverunt: est *visio*, quia loca ipsa in quibus post corpus, vel qualis futurus esset, aspexit: est *somnium*, quia rerum quae illi narratae sunt altitudo tecta profunditate prudentiae non potest nobis nisi scientia interpreta-
13 tionis aperiri. Ad ipsius quoque somnii species omnes refertur.

Mss. BFSPR12GBER.]

10. *a nobis non* e-bP. — *sunt quinque* F. — *aut* (om. *enim*) F. *aut enim est* R2. — *generale* (om. *est*) R1. 11. *patientem facientemve* G. *facientem patientemve se* (etiam supra: *Cum se quisque*) PR2. — *foro* (om. *ve*) R1. — *publicis moribus* R1. *publicis muneribus* coni. Mod. N. L. p. 388. — *aliquid* P. — *extimat* v1. *existimat* SR12 v-g. — *cum quis circa* v-gG. — *globum* om. zb. — *omnesque terras* v-g. *omnes stellas* (sup. add. *vel terras*) R1. 12. *Hoc autem* v-g. — *se vidisse* FSR2. *vidisse sese* R1. — *tria illa* (om. *et*) v3-g. *et illa* (om. *tria*) e-z. Sed Gron. comprobavit, quod legit in „Mss.“, *et tria illa*. — *attingat* F. — *ambo* om. P. — *sacerdotio* (om. *a*) Ps-z. „Mss. *alieni a sacerdotio*, ut perpetuo auctor.“ Gron. — *quod illi* chgG. — *enunciaverunt* v1. *enunciarunt* v3ib. *enuntiarunt* cag. — *enarratae* h.° — *prudentiae profunditate* R2. 13. *Ad ipsum* „scripta lectio“ Mod. N. L. p. 30. — *refert* v. *referuntur* BPR1G (R2 del. *un*) „scripta lectio“ Mod. l. c. „noster optimus“ Gron. qui Modio, cui concinnior longe

Huius quinque sunt species] „Sumptum ab Artemidoro lib. I, cap. 1, qui et aptissime adnectit, eius modi tunc somnia dici proprie ἀλληγορικοὺς ὀνείρους.“ PONT.

11. *publicis moenibus actibusve*] Forsitan aliquis suspicetur legendum esse *aedibus*. Ut nunc est, *actus* putaverim esse spatia inter agros relicta, „ubi et armenta traiicere et vehiculum ducere liceat,“ ut ait Modestinus Dig. VIII, 3, 10 (conf. Cic. pro Caec. 26, 74 *iter, actus*). Ad rei publicae administrationem quo minus referamus (ut apud Vopisc. Car. c. 6 *Felix esset nostra res publica, si, qualis Carus est, ... plures haberem in actibus*), ea quae antecedunt videntur prohibere.

aliquid ... innovatum] i. e. aliquid novi et inauditi accidisse, cf. § 13.

12. *quae sola probabilia sunt genera principalitatis*] Opponuntur duobus aliis, insomnio et viso, cf. § 3. — *Principalitatis* idem valet ac § 2: *Omnium quae videre sibi dormientes videntur*.

uterque parens, sancti gravesque ambo] Gron. conf. Ovid. Met. I, 327. *Innocuos ambo, cultores numinis ambo*, et VIII, 373. *Ambo conspicui, nive candidioribus ambo Vectabantur equis*. Virg. Georg. IV, 341. *Oceanitides ambae, Ambae auro pictis incinctae vestibus ambae*. Stat. Theb. VI [374.] *Ambo pii, carique ambo*. Sed huc quadrat potius Caes. B. Civ. III, 10. *Dum sibi uterque confideret et pares ambo viderentur*, et quae congessit similia Doederl. Synon. IV, p. 350.

Est *proprium*, quia ad supera ipse perductus est et de se futura cognovit: est *alienum*, quod quem statum aliorum animae sortitae sint deprehendit: *commune*, quod eadem loca tam sibi quam ceteris eiusdem meriti didicit praeparari: *publicum*, quod victoriam patriae et Carthaginis interitum et Capitolinum triumphum ac sollicitudinem futurae seditionis agnovit: *generale*, quod caelum caelique circulos conversionisque concentum, vivo adhuc homini nova et incognita, stellarum etiam ac luminum motus terraeque omnis situm suspiciendo vel despiciendo concepit. Nec dici pot- 14
est non aptum fuisse Scipionis personae somnium, quod et generale esset et publicum, quia necdum illi contigisset amplissimus magistratus, immo cum adhuc, ut ipse dicit, *paene miles* haberetur: aiunt enim non habenda pro veris de statu civitatis somnia nisi quae rector eius magistratusve vidisset aut quae de plebe non unus sed multi similia somniassent. Ideo apud Ho- 15
merum, cum in concilio Graecorum Agamemnon somnium quod [15] de instruendo praelio viderat publicaret, Nestor, qui non minus ipse prudentia quam omnis iuventa viribus iuvit exercitum, concilians fidem relatis: *De statu*, inquit, *publico credendum regio somnio, quod si alter vidisset, repudiaremus ut futile.* Sed non 16
ab re erat, ut Scipio, etsi necdum adeptus tunc fuerat consulatum nec erat rector exercitus, Carthaginis somniaret interitum cuius erat auctor futurus, audiretque victoriam beneficio suo publicam, videret etiam secreta naturae vir non minus philosophia quam virtute praecellens. His adsertis quia superius falsitatis 17
insomniorum Virgilium testem citantes versus fecimus mentionem eruti de geminarum somnii descriptione portarum, si quis forte quaerere velit, cur porta ex ebore falsis et e cornu veris sit deputata, instruetur auctore Porphyrio, qui in commentariis suis

[Edd. vicahepdgzb.

scripta lectio videbatur, refragatur coll. c. 4 [§ 1.] et c. 5 [§ 1.]. *defertur* Bern. — *ad superna pro se ipse* „manuscriptorum melior“ Barth. Advers. XXXIX, 12, non *per se*, quod cum Pontano ex hoc codice et praeterea ex optimo suo affert Gron. (*ipse per se H*1. *per sese* [ras. ante *per*] *H*2). *ad supera perductus* (om. *ipse*) g. *ad supera ductus* R1. *malorum* (corr. in *aliorum*) PR2. — *sortitae sunt* BFSv-g. — *est commune* Edd. *commune est* LTr. — *est publicum* Edd. — *interitum somniavit* F. — *et solicitudinem* v-g (c *sollic.*). — *futurae seditionis sollicitudinem* F. — *est generale* Edd. *generale est* F. 14. *Non dici* Bern. — *quod generale* (om. *et*) v-g. — *magistratus contigisset amplissimus* R2. — *paene miles*] Somn. II, 1. — *aut de plebe* (om. *quae*) R2.
15. *Sic et apud H*2. — *apud Homerum*] Il. β', 79 seqq. — *iuventus* LTr. — *credendum* (sup. add. *est*) R2. — *ut futile repudiaremus* F. *repudiaremus ut facile* Bern. 16. *erat ab re* R2. *ab re fuit* R1. — *tunc erat* v-g. — *actor* „Ms.“ Barth. l. c. — *publicandam* FSBern. v-gG. 17. *superius*] § 6. — *Virgilium* Mss. vix. *Vergilium* ch-b. — *ductitantes* g in mg. — *eius versus* SEdd.PBern. — *eruti* om. Bern. *eruti* (sup. *vel editi*) R1. *editi* g in mg. — *somni* (add. a sec. m.) R2. — *ex ebure* R2. — *et ex cornu* R1. *et cornu* (om. *e*) C. *e cornu* (om. *et*) chgG. *et de cornu* L. — *a porphirio auctore* FLBar.Tr. — *in*

13. *stellarum etiam ac luminum*] c. 6, § 18 et c. 14, § 23 et 25; c. *Lumina* sunt sol et luna. Conf. 17, § 16.

haec in eundem locum dicit ab Homero sub eadem divisione de-
18 scriptum: *Latet*, inquit, *omne verum: hoc tamen anima, cum ab officiis corporis somno eius paululum libera est, interdum aspicit: nonnumquam tendit aciem, nec tamen pervenit: et cum aspicit, tamen non libero et directo lumine videt, sed interiecto velamine*
19 *quod nexus naturae caligantis obducit.* Et hoc in natura esse idem Virgilius adserit dicens:

Aspice: namque omnem, quae nunc obducta tuenti
Mortales hebetat visus tibi et humida circum
Caligat, nubem eripiam.

20 Hoc velamen cum in quiete ad verum usque aciem animae in-
[16] trospicientis admittit, de cornu creditur, cuius ista natura est, ut tenuatum visui pervium sit: cum autem a vero hebetat ac repellit optutum, ebur putatur, cuius corpus ita densetum est, ut ad quamvis extremitatem tenuitatis erasum nullo visu ad ulteriora tendente penetretur.

IV. Tractatis generibus et modis, ad quos somnium Scipionis refertur, nunc ipsam eiusdem somnii mentem ipsumque propositum, quem Graeci σκοπὸν vocant, antequam verba inspiciantur, temptemus aperire, et eo pertinere propositum praesentis operis adseramus, sicut iam in principio huius sermonis astruxi-

Mss. BFSPR12GBER. (C usque ad fin. cap. III.)]
eodem loco R1. *eodem loco* C. — *scribit hoc in eundem locum* R2. — *ab Homero*] Od. τ', 562 seqq. *ab Homero sub* „Non sunt in bonis et fidelibus membranis. Ego vero abesse debere puto.“ Barth. l. c. — *descripta* FvicabBER. 18. *interdum tendit* LTR. *extendit aciem* C. — *sed pervenit* (sup. *non .i. nec tamen*) F. — *non tamen libero* FC. *nec tamen libero* R2. — *dilecto lumine* C. *perfecto lumine* c-gH12 (g in mg. *directo* quod ex „membranis“ affert Mod. N. L. p. 30). — *nexu ... obducitur* Mod. l. c. *obduxit* L. 19. *dicens* om. L. — *Aspice*] Aen. II, 604. — *tibi* om. C. — *circumligat* C. — *et nubem* H. — *eripiat* F. 20. *animae aciem* F. — *aciem* (om. *animae* quod „e libro bono“ additum vult Barth. l. c.) icahg. — *creditur* (in mg.: „alias *conditur*“) h. — *pervium fiat* F. *pervia sit* (sup. *um*) C. — *a vero* om. C. — *obtuitum* BAR.L (R1 del. *i*). *intuitum* BEN. — *densetum est* FR1sP4LB TR.p. „in duobus scriptis vetustissimis libris.“ Barth. l. c. „optimae fidei membranae.“ Gron. *densatum est* BCSPBER.v-gp-bG. *est densatum* R2. — *crassum* vic.
IV. *Caput IV. Propositum seu scopus huius somnii quis sit.* ch-b.
1. *Tractatus igitur* R1. — *generibus somniorum* R2BER. — *refertur somnium Scipionis* F. — *eiusdem ipsam* R2. — *ipsumque propositum* om. „in manu exarato codice“ Barth. l. c.; sed fuit in Gronovii codd., qui confert cap. 5, § 1: *mentem propositumque.* — *quod Graeci* Sv-g. — σκοπὸς S (sup. *vel scopon* R2). *CROΠON* R1. — *praesentis somnii* H. — *sicut* (om. *iam*) BER. — *in principio*] cap. 1, § 8. *in primo* „qui aetate caeteros praestat, Ms. exhibet.“ Gron., qui confert: *in primo* Sat. praef.

17. *in eundem locum*] „Locus thema illud, eam tractationem designat, quae de somnii portis quaerit et eventilat.“ BARTH. Advers. XXXIX, 12.

20. *densetum*] Rariorem hanc huius verbi formam ubique praetuli, quia iis locis quos collegit Gronovius (h. lib. c. 15, § 5; c. 22, § 6 et 9 [adde lib. II, c. 7, § 6]; Sat. lib. VII, c. 7, § 8; c. 9, § 11; c. 12, § 27) eam commendant fere plerique codices, neque refragantur ea quae ad hunc locum in Modii et in altero Gronovii codice adnotantur: „Est *densetum* quod in sua natura habet spissitudinem, *densatum* vero quod ab alio agente.“

IV, 1. *praesentis operis*] i. e. Ciceronis Somnii Scipionis.

mus, ut animas bene de re publica meritorum post corpora caelo reddi et illic frui beatitatis perpetuitate nos doceat. Nam 2
Scipionem ipsum haec occasio ad narrandum somnium provocavit, quod longo tempore se testatus est silentio condidisse. Cum enim Laelius quereretur nullas Nasicae statuas in publico in interfecti tyranni remunerationem locatas, respondit Scipio post alia in haec verba: *Sed quamquam sapientibus conscientia ipsa factorum egregiorum amplissimum virtutis est praemium: tamen illa divina virtus non statuas plumbo inhaerentes, nec triumphos arescentibus laureis, sed stabiliora quaedam et viridiora praemiorum genera desiderat. Quae tamen ista sunt?* inquit Laelius. Tum [17]
Scipio: *Patimini me, quoniam tertium diem iam feriati sumus*, et 3
cetera, quibus ad narrationem somnii venit, docens illa esse stabiliora et viridiora praemiorum genera, quae ipse vidisset in caelo bonis rerum publicarum servata rectoribus, sicut his verbis eius
ostenditur: *Sed, quo sis, Africane, alacrior ad tutandam rem pu-* 4
blicam, sic habeto: omnibus qui patriam conservaverint adiuverint auxerint, certum esse in caelo definitum locum, ubi beati aevo

[Edd. vicahgspdzb.

§ 14; V, 2, § 7; VII, 5, § 6; *in ultimo* Sat. III, 4, § 3; *in novissimo* Sat. IV, 2, § 8; *a primo lucis* Sat. I, 5, § 11, et quae adnotavit I. F. Gronovius ad Liv. X, 14, § 17. — *bene meritorum de R. P.* Ber. — *reddi caelo* R1. — *beatudinis* v-gG (Ber. a sec. m). 2. *queretur* (sup. add. *re*) *lelius* R2. — *statuas publice interfecti tyranni munere* Bar. *statuas in rep. interfecti tyranni remuneratione* L. *St. in interfecti tyranni remun.* Ben. *in publico* add. a sec. m. R2. *st. in pub. in interfecti tyranni remuneratione* Fvica (Ber. om. altero *in*). „Nec codicum scriptorum ita (*in ... remunerationem*) quisquam, nec ulla veterum editionum, quae praeferunt *in ... remuneratione*. Longe dulcius. Florus III, 20. *deinde in honore virium gladiator.* II, 2. *in causa belli Saguntus deleta* (al. *delecta*). Ita enim Nazar. codex, non *in causam.* Trebellius Pollio de Posthumio iuniore: *in honore eius Augustus.* Minutius Felix: *incpta solatia a poetis in dulcedine carminis lusa.* Solinus c. 2. *Heretum a Graecis in honore Herae.* c. 44: *In cuius memoria ... lacum populus circuit.* Ita utrobique Mss. Scholiastes Arati: *Canem Procridi in honore datum.* Melior tamen membrana omisso τῷ *in* ostendit Macrobium h. l. usum epexegesi *statuas remunerationem*, quo vix me teneo quin declinem.“ Gron. — *est virtutis* F. — *triumpho* hg. — *lauris* F. 3. *me, inquit, quoniam* Edd. FSPBer. (*inquit* om. BR12G*H*). — *iam tertium diem* B. *tercium iam diem* R2. *tertium iam* (om. *diem*) FR2. — *sunt* (sup. *sumus*) F. — *dicit et cetera* F. *et caetera prosequi* v3ich (h in mg.: „*prosequi* antiquus codex non habet et videtur inculcatum.“). — *dicens* F. — *stabiliora esse* G. — *verbis* (om. *eius*) LTr. 4. *Sed quo*] Somn. III, 1. — *tutandum* R2 a p. m. *tutendam* F. *tuendam* S. — *conservaverint* BR1Ber.v-gG. *conservarint* R2 (F a sec. m.) s-bP. *servarint* S. *consecrarint* F a p. m. — *definitum* BSR12P4*H*Bar.Ben.L „meliores libri“ Gron. *diffinitum* F. *et definitum* Edd. — *sempiterno aevo*

2. *in interfecti tyranni remunerationem*] Cf. Cic. de off. I, 22, 76: *Nec plus Africanus singularis et vir et imperator in excindenda Numantia rei publicae profuit, quam eodem tempore P. Nasica privatus, cum Ti. Gracchum interemit.* P. Nasica ille fuit P. Cornelius Scipio Nasica Serapio.

statuas plumbo inhaerentes] Vid. Pflugk. ad Eurip. Androm. 267 et Turneb. Advers. IX, 14, qui affert Plut. de defecto orac. p. 426 B, ὥσπερ ἀγάλματα προσηλοῦται καὶ συντήκεται βάσεσιν. Hinc adumbrata dicit Pontanus Tiberii Caesaris verba apud Tacitum Annal. IV [c. 38].

sempiterno fruantur: et paulo post, hunc certum locum qui sit designans, ait: *Sed sic, Scipio, ut avus hic tuus, ut ego qui te genui, iustitiam cole et pietatem, quae cum magna in parentibus et propinquis, tum in patria maxima est. Ea vita via est in caelum et in hunc coetum eorum qui iam vixere et corpore laxati illum incolunt locum quem vides,* significans γαλαξίαν. Sciendum est enim, quod locus, in quo sibi videtur esse Scipio per quietem, lacteus circulus est, qui γαλαξίας vocatur: siquidem his verbis in principio utitur: *Ostendebat autem Carthaginem de excelso et pleno stellarum, illustri et claro quodam loco,* et paulo post apertius dicit: *Erat autem is splendidissimo candore inter flammas circus elucens, quem vos, ut a Grais accepistis, orbem lacteum nuncupatis. Ex quo omnia mihi contemplanti praeclara et mirabilia videbantur.* Et de hoc quidem γαλαξίᾳ, cum de circulis loquemur, plenius disseremus.

[18] V. Sed iam, quoniam inter libros quos de re publica Cicero quosque prius Plato scripserat quae differentia quae similitudo habeatur expressimus, et cur operi suo vel Plato Eris indicium vel Cicero somnium Scipionis asciverit, quidve sit ab Epicureis obiectum Platoni, vel quemadmodum debilis calumnia refellatur, et quibus tractatibus philosophi admisceant vel a quibus penitus excludant fabulosa, retulimus, adiecimusque post haec necessario genera omnium imaginum quae falso quaeque vero videntur in somnis, ipsasque distinximus species somniorum ad

Mss. BFSPR12GBrr.]
fruantur R2. *aevo frunantur sempiterno* F. *aeve semp. fruuntur* H. — *post paulo* L. — *quis sit* R1. *quid vel qui sit* L. — *signans* R1. — *Sed sic*] Somn. III, 5 et 6. — *quae* (add. a sec. m. *cum*) *in parentibus et propinquis magna* F. — *et hunc* (sup. add. *in*) R2. — *vixere* Mss. as-b*H.* *vixerunt* v1g; in Somn. l. c. Mss. et edd. omnes. *vixerint* v3ich. — *relaxati* Brr. — *illum* om. v-p. — *locum incolunt* G. — *significant* F. Verba *significans galaxian* in sp non recte eadem, qua antecedentia, literarum forma scribi, quasi Scipionis continua verba essent, monuit Gron. — *galaxian* Mss. et Edd. 5. *est autem* F. — *videtur scipio esse* F. *esse videtur Scipio* Edd. PBrr. — *galaxias* Mss. et Edd. — *in principio* om. R1. — *Ostendebat*] Somn. II, 1. — *illustrium* F. — *Erat autem*] Somn. III, 6. — *Erat is* (om. *autem*) *H.* *erat enim is* R2. — *circus* FBrr.LTr.; sed Somn. l. c. Mss. omnes. *circulus* R12Edd.BSPG. — *agragis* B. *agragiis* R1. — *accepisti* h. — *nominatis* (sup. *vel nuncupatis*) R2. — *mihi omnia* v-g. — *galaxia* Mss. et Edd. — *cum ... loquemur*] c. 15. — *loquimur* (sup. *e*) R2. — *edisseramus* (sup. *e*) R2.

V. *Caput V. Quamquam omnes numeri modo quodam pleni sint; tamen septenarium et octonarium peculiariter plenos dici; quamque ob causam octonarius plenus vocetur.* ch-b. 1. *quosve* v-g. — *aeris iudicium* v1 (v3i *eris*). *Eri indicium* chg. *redivivi Eris ind.* „Ms. optimus, nec sustineo repellere: vitae redditum supra [c. 1, § 2.] dixit.“ Gron. — *quidve* (om. *sit*) F. — *vel admisceant vel* B. — *adiiciemusque* v. — *necessaria H2.* — *quaeque falso* R2. — *in somniis* v-gG. — *ipsisque* B. —

4. *hunc certum locum qui sit designans*] Graecum morem etiam aliis in rebus secutus est Macrobius. Conf. § 5. *Sciendum est ... quod,* et not. seq. — Huc pertinere videtur etiam Sat. IV, 2, 1. *Nunc videamus pathos quo tenore orationis exprimitur.*

quas Africani somnium constaret referri, et si Scipioni convenerit talia somniare, et de geminis somnii portis quae fuerit a veteribus expressa sententia, super his omnibus ipsius somnii de quo loquimur mentem propositumque signavimus et partem caeli evidenter expressimus, in qua sibi Scipio per quietem haec vel vidisse visus est vel audisse quae retulit: nunc iam discutienda nobis sunt ipsius somnii verba, non omnia, sed ut quaeque videbuntur digna quaesitu. Ac prima nobis tractandam se ingerit 2
pars illa de numeris, in qua sic ait: *Nam cum aetas tua septenos octies solis amfractus reditusque converterit, duoque hi numeri,* [19]
quorum uterque plenus, alter altera de causa, habetur, circuitu naturali summam tibi fatalem confecerint, in te unum atque in tuum nomen se tota convertet civitas: te Senatus, te omnes boni, te socii, te Latini intuebuntur: tu eris unus, in quo nitatur civitatis salus: ac, ne multa, dictator rem publicam constituas oportet, si inpias propinquorum manus effugeris. Plenitudinem hic non frustra 3
numeris adsignat, plenitudo enim proprie nisi divinis rebus supernisque non convenit. Neque enim corpus proprie plenum dixeris, quod quum sui sit inpatiens effluendo, alieni est appetens hauriendo. Quae si metallicis corporibus non usu veniunt, non tamen plena illa sed vasta dicenda sunt. Haec est igitur com- 4
munis numerorum omnium plenitudo, quod cogitationi a nobis ad superos meanti occurrit prima perfectio incorporalitatis in numeris: inter ipsos tamen proprie pleni vocantur secundum hos modos, qui praesenti tractatui necessarii sunt, qui aut vim optinent vinculorum aut corpora rursus efficiuntur aut corpus efficiunt, sed corpus quod intellegendo, non sentiendo, concipias. Totum hoc, ut obscuritatis deprecetur offensam, paulo altius repetita rerum luce pandendum est. Omnia corpora superficie 5
finiuntur, et in ipsam eorum pars ultima terminatur. Hi autem

[Edd. vicahgspdzb.

et si Scipioni BR1GbP (hg in mg.) „libri manu exarati. Quod quin sit auctoris, non dubito.“ Gron. *et Scipioni si* F. *et Scipioni* (om. *si*) v (R2 sup. *unde*). *et cur Scipioni* i-z (h *quur*). — *conveniret* R2 (F a sec. m.). *cognoverit* F a p. m. — *portis somnii* R2. — *a veteribus fuerit* F. — *loquemur* F. — *audire* F. — *sunt nobis* F. — *sed quaeque* (om. *ut*) v. — *quaesitu digna* R1. 2. *tractandam* BFSPR12Ber.P4LBen. *tractanda* Edd.G. — *Nam*] Somn. II, 2. — *atque tuum* (om. *in*) vl. — *te latini te socii* Ber. — *tota civitatis salus* icahg; *tota* del. *H2*. — *impiorum H2*. 3. *appetens est* R2v-g. — *eveniunt* vc. — *vasta* (sup. *solida*) P4. — *sunt* om. Ber. 4. *tractui* BF. — *aut corpora efficiunt aut corpus rursus efficitur* Ber. — *deprecetur offensam* BFR12G Linc.Ben.vl. „libri *offensam:* unde in Beroaldina distinguitur, nescio quo sensu, *deprecetur: offensam paulo.*“ Gron. *deprecetur offensa* Ss-bP. *depulsetur offensa* v3-g*H*12. 5. *ultima pars* F. — *hii enim* (sup.

V, 1. *si Scipioni convenerit*] „*Si* pro *an.* Hoc lib. c. 10 [§ 5.] *dicas, si ... supersunt*, c. 16 [§ 13.] *si vere luce lucet aliena, sequentia docebunt*, c. 17 [§ 7.] *ut quaeramus, si versatur caelum.*“ Gron. Vid. not. ad c. 17, § 7. et ad lib. II, c. 16, § 26.

3. *effluendo*] Hoc verbum non commode respondet sequenti *hauriendo.* Expectes *efflando* vel *effundendo.*

4. *deprecetur offensam*] Gronov. observat *deprecari* positum esse pro *evitare*, ut Comm. II, 15 [§ 26.], ubi vid. not.

termini, cum sint semper circa corpora quorum termini sunt, incorporei tamen intelleguntur. Nam quousque corpus esse dicetur, necdum terminus intellegitur: cogitatio, quae conceperit ter-
6 minum corpus reliquit. Ergo primus a corporibus ad incorpo-
[20] rea transitus offendit corporum terminos: et haec est prima incorporea natura post corpora, sed non pure nec ad integrum carens corpore: nam licet extra corpus natura eius sit, tamen non nisi circa corpus apparet. Cum totum denique corpus nominas, etiam superficies hoc vocabulo continetur: de corporibus eam
7 tamen etsi non res sed intellectus sequestrat. Haec superficies, sicut est corporum terminus, ita lineis terminatur, quas suo nomine *γραμμὰς* Graecia nominavit: punctis lineae finiuntur. Et haec sunt corpora quae mathematica vocantur, de quibus sollerti
8 industria geometriae disputatur. Ergo haec superficies, cum ex aliqua parte corporis cogitatur, pro forma subiecti corporis accipit numerum linearum: nam seu trium ut trigonum, seu quattuor ut quadratum, seu plurium sit angulorum, totidem lineis
9 sese ad extrema tangentibus planities eius includitur. Hoc loco ammonendi sumus, quod omne corpus longitudinis latitudinis et altitudinis dimensionibus constat. Ex his tribus in lineae ductu una dimensio est, longitudo est enim sine latitudine: planities vero, quam Graeci *ἐπιφάνειαν* vocant, longo latoque distenditur,

Mss. BFSPR12GBer.]
autem) R2. — *in corpore tamen* R1. — *Nam quandiu H.* — *dicitur* BR2. — *reliquit* SR2P4hgG. *relinquit* R1vicas-bBFSPBer.
6. *ad incorporea a corporibus* Ber. — *offendit* BFSR12GBer.P4L*H*v. *ostendit* i-bP. — *incorporea prima* v1. *corporea prima* v3. — *post corpora* Mss.vicagb „Angl." „Hoc praefero." Pont. „Ab Isaacio stant etiam omnes scripti." Gron. *post corporea* hs-z. — *licet non pure* Ber. — *eam tamen etsi* FPR1 (R2 *tamen* in ras.) GP4 „duo membranacei" Gron. *tamen eam etsi* L. *tamen ea etsi* B. *eam tam etsi* Edd. SBer. — *intellectus* (del. *sed*) „in uno membran." Gron. *tamen intellectus* v „chartaceus liber" Gron. qui suspicatus est veram scripturam esse: *tamen etsi non res, tamen intellectus.* Confert Sat. I, 2, 18. ubi quidem *tametsi* — *tamen* legitur, et Cic. fam. IV, 15 [§ 2.], et quae collegit Muret. XI. Var. 17. 7. *γραμμὰς* a. *grammas* Mss. et Edd. rell. (R2 *grecia grammas*). — *Graecia vocavit* i-g. — *duobus punctis* scribendum esse suspicatur Gron. coll. § 11. — *geometriae* FSP4v-gG*H*2. *geometricae* s-bPBer. *geometrice* B (R1 *e* corr.). *geometrica* (sup. *tria*) R2. *geometria disputat H*1 „Ms. Anglicanus." 8. *corporis subiecti* F. *subiecta corp.* S. — *seu sit plurium* F. — *planicies* (om. *eius*) p2dz, improbante Gron. 9. *Hoc modo* hg (g in mg.: *hoc loco*). — *longitudinis et latitudinis altitudinisque* FLBer.Tr. — *est longitudo. Est enim* P (: *est*) v-g. *est. Longitudo enim est* F. — *epiphaniā* FSR2

5. *Nam quousque ... reliquit*] Ut *dicetur* et *conceperit*, sibi respondens *intellegitur* et *reliquit*. *Necdum* in apodosi ponitur pro *nondum*, conf. § 50.

6. *post corpora*] Et h. l. et § 13. ad rerum ordinem haec spectant, non ad tempus quo, ut ait Cicero Somn. III, 2., *e corporum vinculis evolaverunt animae*, ut supra c. 4, § 1.

de corporibus eam ... intellectus sequestrat] „Verbum *sequestrare*, quo auctor saepe numero utitur, est verbum deterioris latinitatis et significat *seponere*, *seiungere*, *separare*." Zeun. Positum est II, 5, 33. inter verba *separare* et *removere*. Cum praepositione *a* hoc verbum iungit Macrobius Comm. I, 6, 8; I, 8, 8; II, 5, 33; II, 14, 10. Neutra praepositio addicitur § 13.

7. *corpora quae mathematica vocantur*] Cf. II, 2, 3 sqq.

alto caret, et haec planities quantis lineis contineatur expressimus: soliditas autem corporum constat, cum his duabus additur altitudo; fit enim tribus dimensionibus inpletis corpus solidum, quod *στερεὸν* vocant: qualis est tessera, quae *κύβος* vocatur. 10 Si vero non unius partis sed totius velis corporis superficiem cogitare, quod proponamus esse quadratum, ut de uno, quod exemplo sufficiet, disputemus, iam non quattuor, sed octo anguli colliguntur: quod animadvertis, si super unum quadratum, quale [21] prius diximus, alterum tale altius inpositum mente conspicias, ut altitudo, quae illi plano deerat, adiciatur fiatque tribus dimensionibus inpletis corpus solidum, quod *στερεὸν* vocant, ad imitationem tesserae, quae *κύβος* vocatur. 11 Ex his apparet octonarium numerum solidum corpus et esse et haberi; siquidem unum apud geometras puncti locum optinet: duo lineae punctum faciunt, quae duobus punctis, ut supra diximus, coercetur: quattuor vero puncta adversum se in duobus ordinibus bina per ordinem posita exprimunt quadri speciem, a singulis punctis in adversum punctum eiecta linea. Haec quattuor, ut diximus, duplicata et octo facta duo quadra similia describunt, quae sibi superposita additaque altitudine formam cubi, quod est solidum corpus, efficiunt. 12 Ex his apparet, antiquiorem esse numerum superficie et lineis, ex quibus illam constare memoravimus, formisque omnibus. A lineis enim ascenditur ad numerum, tamquam ad priorem, ut intellegatur ex diversis numeris linearum, quae formae geometricae describantur. 13 Ipsam vero superficiem cum li-

[Edd. vicahgspdzb.

Ber.v. *epyfaniā* B. *epyphaniam* R1. — *quotis lineis H.* — *constat corporum* R1. — *fit autem* (sup. *enim*) R2. — *CTEPEon* B. *stereon* FSR12 „scripti" Gron. *streon* v3. — *qui* G. — *κύβος H2.* *cybos* R2. *cibos* G. *cubos* BP14LBar. „Mss." Gron. *cubus* FSR1Edd.Ber. 10. *non in unius* B. *unius* (sup. add. *non*) R2. — *totius corporis velis* B. — *proponimus* Ber.i-gG. *ponamus* B. — *exemplo quod sufficiet* F. *quod sufficiet exemplo* R1. *quod exemplo sufficiat* Ber. — *quod tum animadvertis* v-g. — *si per unum* F*H2* (R2 sup. *super*). *sic per unum* SR1. — *concipias* R2Bar. et L. „Planudes *κατὰ νοῦν λάβοις*." Gron. in mg. — *στερεὸν* a*H2* „scripti" Gron. *stereon* Mss. et Edd. rell. — *κύβος H2.* *cybos* R2. *cibas* G. *cubos* BP „optima membrana" Gron. *cubus* FSR1 Edd.Ber. — *quae vocatur cubus* F. 11. *octinarium* F. — *corpus esse* (om. *et*) R1 — *punctum loci H2.* — *ductum lineae* R1. — *qui* vichg G. — *duobus faciunt punctis* B. — *ut supra diximus*] § 7. — *quadrati* R2. — *quae superposita* (om. *sibi*) FRG; *sibi* add. a sec. m. R1. — *addita* (om. *que*) GL „optima membrana" Gron. *additaque* om. F; add. a sec. m. R1. *id est addita* Ber. — *cybi* GR2. *sibi* B. 12. *esse antiquiorem* R2. — *illam adiecta altitudine constare H1.* — *diversis* add. a sec. m. R1. — *geometriae* F. *geometrice* R12. 13. *Ipsam vero* BFPR12GBer.P4*H12* „Mss." Gron. vcag. *ipsam* (om. *vero*) ha-bS.

9. *quantis lineis*] i. e. quot lineis, cf. § 8.

tessera quae κύβος vocatur] Cf. § 10 et II, 2, 7. Barthius affert (Adv. V, 7.) ex Favonio Eulogio p. XVII [p. 406 Or.] *κύβον Graeci, nos quadrantal dicimus*, et ex onomastico vetere: *Quadrantal, κύβος*.

10. *iam non quattuor, sed octo anguli colliguntur*] Duae res diversae h. l. confunduntur: *quattuor anguli* sunt eius generis quod mathematici dicunt *Winkel*; *octo anguli* eius quod dicunt *Körperliche Ecken*. Cf. Comm. II, 2, 7.

neis suis primam post corpora diximus incorpoream esse naturam, nec tamen sequestrandam propter perpetuam cum corporibus societatem: ergo quod ab hac rursus recedit, iam pure incorporeum est: numeros autem hac superiores praecedens sermo patefecit: prima est igitur perfectio incorporalitatis in numeris,
14 et haec est, ut diximus, numerorum omnium plenitudo. Seorsum
[22] illa, ut supra ammonuimus, plenitudo est eorum qui aut corpus efficiant aut vim optineant vinculorum, licet alias quoque causas
15 quibus pleni numeri efficiantur esse non ambigam. Qualiter autem octonarius numerus solidum corpus efficiat, ante latis probatum est. Ergo singulariter quoque plenus iure dicetur propter corporeae soliditatis effectum; sed et ad ipsam caeli harmoniam, id est concinentiam, hunc numerum magis aptum esse non dubium est, cum sphaerae ipsae octo sint, quae moventur: de qui-
16 bus secuturus sermo procedet. Omnes quoque partes, de quibus constat hic numerus, tales sunt, ut ex earum compage plenitudo nascatur. Est enim aut de his quae neque generantur neque generant, de monade et septem, quae qualia sint suo loco plenius explicabitur: aut de duplicato eo qui et generatur et generat, id est quattuor; nam hic numerus quattuor et nascitur de duobus et octo generat: aut conponitur de tribus et quinque, quorum alter primus omnium numerorum inpar apparuit, quina-
17 rii autem potentiam sequens tractatus attinget. Pythagorici vero hunc numerum Iustitiam vocaverunt, quia primus omnium ita solvitur in numeros pariter pares, hoc est in bis quaterna, ut nihilominus in numeros aeque pariter pares divisio quoque ipsa solvatur, id est in bis bina. Eadem quoque qualitate contexitur,
18 id est bis bina bis. Cum ergo et contextio ipsius pari aequali-

Mss. BFSPR12GBer.]

— *a lineis* R1. — *diximus*] § 5 sq. — *esse in corpoream* R2. *esse* (add. a sec. m. *incorpoream*) F. — *ab hac superficie* H1. — *pure ut numerus* F. — *praecedens sermo*] § 4. — *Prima est ig. perf. incorp. occurrit in numeris* R1. — *ut diximus*] § 4. — *plenitudo communis* Ber. 14. *Seorsum illa* Mss.P4*H*Bar.Ben.L. *seorsum autem illa* Edd. — *ut sup. ammon.*] § 4. *ut supra diximus* v. — *quae aut* v1. *quae ad* v3. — *efficiunt* FBer. *efficiunt aut efficiuntur* v-g. *efficiant aut efficiantur* s-b. (Ex § 4. scribendum esse videtur: *aut corpora efficiantur.*) — *obtinent* FBer.v-g (v1 *opt.*) — *non esse* S. — *ambigamus* „lege cum antiquis: ita *diximus*, *admonuimus*. Defectus idem in lib. II, cap. 12 [§ 2.] *revolvam*, cum libri vett. omnes *revolvamus*.“ Gron. 15. *octonarius* (om. *numerus*) F. — *ante latis*] § 11. *ut ante latis* LBen. *ante satis* c-g (h in mg. „*antelatis* ant.“). — *prolatum* Ber. — *plenius* g*H*2. — *armoniam. hunc* (sup. add. *continentiam*) F. — *ipsae* om. R1. — *quibus* (om. *de*) g. — *secut. sermo*] c. 14, § 23. — *procedit* R1. 16. *eorum* F. — *neque generant neque generantur* G. *neque generantur* (om. *neque generant*) BFSPBer.P4*H* (R12 add. a sec. m.). — *septem* (sup. add. a sec. m. *septenario*) R1. — *suo loco*] cap. 6, § 1 et 7. — *duplicato* (om. *eo*) B. — *et quinarii autem* B. *quinarii enim* (sup. *autem*) R2. — *seq. tractatus*] cap. 6, § 19. 17. *vero* del. *H*. — *aeque* (del. *pariter*) *H*. — *hoc est quaterna* (om. *in bis*) F. — *ipsa* om. F. — *solvatur* (om. *id est*) BFv-gG (R2 add. a sec. m.). *solvatur hoc est* S. 18. *contexio* (om. *et*) B. *et contexio* Ber. (R2 sup. add. *t*). — *aequabilitate* „libri“ Gron. qui confert cap. 22 [§ 10.] *aequabiliter distat* et *aequabiliter locari* alio loco [I,

tate procedat, et resolutio aequaliter redeat usque ad monadem, quae divisionem arithmetica ratione non recipit, merito propter [23] aequalem divisionem Iustitiae nomen accepit: et quia ex supra dictis omnibus apparet, quanta et partium suarum et seorsum sua plenitudine nitatur, iure plenus vocatur.

VI. Superest, ut septenarium quoque numerum plenum 1 iure vocitandum ratio in medio constituta persuadeat. Ac primum hoc transire sine ammiratione non possumus, quod duo numeri, qui in se multiplicati vitale spatium viri fortis includerent, ex pari et inpari constiterunt. Hoc enim vere perfectum est, quod ex horum numerorum permixtione generatur: nam inpar numerus mas et par femina vocatur, item arithmetici inparem patris et parem matris appellatione venerantur. Hinc et Ti- 2 maeus Platonis fabricatorem mundanae animae deum partes eius ex pari et inpari, id est duplari et triplari, numero intertexuisse memoravit, ita ut a duplari usque ad octo, a triplari usque ad viginti septem, staret alternatio mutuandi. Hi enim primi cubi 3 utrimque nascuntur, siquidem a paribus bis bina, quae sunt quattuor, superficiem faciunt, bis bina bis, quae sunt octo, corpus solidum fingunt: a dispari vero ter terna, quae sunt novem, superficiem, et ter terna ter, id est ter novena, quae sunt viginti septem, primum aeque cubum alterius partis efficiunt. Unde intellegi datur hos duos numeros, octo dico et septem, qui ad [24] multiplicationem annorum perfecti in re publica viri convenerunt,

[Edd. vieahgepdzb. 20, 26], et Lactant. V, 14. *Aequitatem dico, non utique bene iudicandi, sed se cum caeteris coaequandi, quam Cicero aequabilitatem vocat.* — *aequabiliter* „libri" Gron. *aequabilitate* Ber. — *aequabilem* F. — *suarum quanta* R2. — *deorsum* B.

VI. *Caput VI. Multas esse causas, cur septenarius plenus vocetur.* ch-b. 1. *sine admiratione transire* F. — *duo hi numeri* R2. — *indurent* (sup. *includerent*) R1. — *constitere* S. — *eorum* G. — *est mas* F. — *arithmetica* B. — *appellationem* B. 2. *Hic* Ber. — *Timaeus Platonis*] p. 35. Steph. Cf. II, 2, 14 sqq. — *numero partes eius intertexuisse* R2. — *altercatio* FR1. — *mutandi* g. hg in mg. „al. *numeri.*"

3. *cybi* R2G. — *utrumque* R2. — *a pari* G. — *bis bina, quae* scripsi e coniectura, ut congruerent haec cum sequentibus. *bis bini quae* Ber.P4vi. *bini quae* (om. *bis*) R1. *bis bini quia* R2. *bis bini qui* c-b. — *bis binis bis qui* vi. *bis bini bis qui* c-g. — *ter terna id est novem* Ber. *quae sunt ter terna id est VIIII* F. — *superficiem* (sine verbo) BS (R1 a p. m.) R2G „libri antiqui" Modii N. L. p. 30. *superficiem reddunt* FEdd.PBer. — *efficiuntur* B. — *ter novem* R1. — *cybum* R2 G. — *datur intellegi* S. — *convenerint* (in mg. *convenerunt*) R1. con-

VI, 1. *septenarium*] „Ad hanc Macrobii disputationem de vi et praestantia numeri septenarii conferantur, quae Gellius III, 10. ex Varronis Hebdomadibus vel Imaginibus disserit. Atque praeter Gellii interpretes adi, si lubet, Pet. Petiti Miscell. Observ. III, 3, it. Cael. Rhodigini Lection. ant. XXII, 11 seqq." Zeun.

duo numeri etc.] Cf. Somn. II, 2. *cum aetas tua septenos octies solis amfractus reditusque converterit.*

inpar numerus mas et par femina] Gron. conf. II, 2, 17.

3. *superficiem*] i. e. quod mathematici dicunt quod ratum, ut *corpus solidum* est cubus.

intellegi datur] Cf. II, 5, 12. *vitales auras natura dedit incolis carpere.* Sat. IV, 4, 23. *non dilucide dicitur, sed datur intelligi.*

octo dico ... convenerunt] Haec verba, licet in omnibus libris Mss.

soles idoneos ad efficiendam mundi animam iudicatos, quia nihil
4 post auctorem potest esse perfectius. Hoc quoque notandum est, quod superius adserentes communem numerorum omnium dignitatem antiquiores eos superficie et lineis eius omnibusque corporibus ostendimus: procedens autem tractatus invenit numeros et ante animam mundi fuisse, quibus illam contextam augustis-
5 sima Timaei ratio naturae ipsius conscia testis expressit. Hinc est, quod pronuntiare non dubitavere sapientes animam esse numerum se moventem. Nunc videamus, cur septenarius numerus suo seorsum merito plenus habeatur. Cuius ut expressius plenitudo noscatur, primum merita partium de quibus constat, tum
6 demum quid ipse possit investigemus. Constat septenarius numerus vel ex uno et sex vel ex duobus et quinque vel ex tribus et quattuor. Singularum compagum membra tractemus: ex quibus fatebimur nullum alium numerum tam varia esse maiestate
7 fecundum. Ex uno et sex compago prima conponitur. Unum autem, quod *μονὰς*, id est unitas, dicitur, et mas idem et femina est, par idem atque inpar, ipse non numerus sed fons et origo
8 numerorum. Haec monas, initium finisque omnium, neque ipsa principii aut finis sciens, ad summum refertur deum eiusque intellectum a sequentium numero rerum et potestatum sequestrat: nec in inferiore post deum gradu frustra eam desideraveris. Haec

Mss. BFMSPR12GBer.]
tinuerunt (sup. *conven.*) F. — *qua* Ber. (R2 a sec. m.) — *post auctorem nihil* R2. 4. *superius*] c. 5, § 4. — *omnium numerorum* R2. — *antiquiores esse superficie* F. *ant. eos superficie esse* Ber. — *lineis in omnibusque* h. — *proced. tractatus*] h. c. § 2. *procedens* BFR12P4Ben.v-gG. *praecedens* Ss-bPBer. — *autem* om. R1. *enim* R2. — *angustissim*[illegible] *vel augustissima* R2. *augustissimi* P. — *ratio timei* F. *ei ratio* [illegible] *maei*) R1. — *conscia testis* BFSR12v-gbGBer. „libri scripti“ Gr[illegible] confert c. 16, § 5.; Sat. I, 12, § 9. et 14, § 3. (Vid. not. ad Sat. [illegible] *conscia et testis* Ps-z. — *dubitaverunt* R2v-g. 5. *seorsum* [illegible] *merito* (*suo* add. a sec. m.) R1. — *expressius* BS (R1 a p. m.) R2[illegible] *pressius* FBen.v-gG. „Prima vocis *expressius* syllaba in optimis [illegible] nis erat erasa: aliae iuxta vulgatos constant[illegible]pressius, quod putamus esse.“ Gron. qui conf. hoc lib. c. 8, § [illegible] 13.; c. 14, § 2.; lib. II, c. 8, § 2.; Sat. VII, 16, § 20. — [illegible]*ra partium* [illegible] — *tunc demum* R2. 6. *Singularum* [illegible]*um* (sup. [illegible] R2. — *tam esse varia* F. — *fecundum* BS[illegible] [illegible]. „libri“ Gron. qui confert inf. § 16. et II, [illegible] *fecund*[illegible] bPBer. *secundum* p-z. Cf. § 16. [illegible] F. — *femina dicitur* (sup. *est*) F. — *par* [illegible] *numerorum rerum* B. 8. *in inferi*[illegible]

leguntur et quodammodo commendentur iis quae leguntur § 45 sqq., mihi suspecta sunt. Namque ad efficiendam mundi animam non soli idonei esse dicuntur numeri *octo et septem*, sed (§ 2.) *par et inpar numerus*, quos Macrobium dicere *hos duos numeros* putaverim. Praeterea me offendunt verba: *qui ad multiplicationem annorum perfecti*

[illegible]

illa est mens ex summo nata deo, quae vices temporum nesciens [25] in uno semper quod adest consistit aevo, cumque, utpote una, non sit ipsa numerabilis, innumeras tamen generum species et de se creat et intra se continet. Inde quoque aciem paululum co- 9
gitationis inclinans hanc monada repperies ad animam referri. Anima enim aliena a silvestris contagione materiae, tantum se auctori suo ac sibi debens, simplicem sortita naturam, cum se animandae inmensitati universitatis infundat, nullum init tamen cum sua unitate divortium. Vides, ut haec monas orta a prima rerum causa usque ad animam ubique integra et semper individua continuationem potestatis optineat. Haec de monade casti- 10
gatius quam se copia suggerebat. Nec te remordeat, quod, cum omni numero praeesse videatur, in coniunctione praecipue septenarii praedicetur: nulli enim aptius iungitur monas incorrupta quam virgini. Huic autem numero, id est septenario, adeo opi- 11
nio virginitatis inolevit, ut Pallas quoque vocitetur. Nam virgo creditur, quia nullum ex se parit numerum duplicatus, qui intra denarium coartetur, quem primum limitem constat esse numerorum: Pallas ideo, quia ex solius monadis fetu et multiplicatione processit, sicut Minerva sola ex uno parente nata perhibetur. Senarius vero, qui cum uno coniunctus septenarium facit, variae 12
ac multiplicis religionis et potentiae est: primum quod solus ex omnibus numeris qui intra decem sunt de suis partibus constat. Habet enim medietatem et tertiam partem et sextam partem: et est medietas tria, tertia pars duo, sexta pars unum: quae omnia [26] simul sex faciunt. Habet et alia suae venerationis indicia: sed, ne longior faciat sermo fastidium, unum ex omnibus eius officium persequemur, quo[illegible] praetulimus, quia hoc commemorato non

[illegible] [Edd. vicahgspdzb.
[illegible] *frustra* s-bPBer. — *Haec est illa* F. — *ex* [illegible] inf. § 20. et c. 2, § 14. *e summo nata* Ber. [illegible] *ex summo enata* v (vl *summa*). — [illegible] *innumerabilis* (sup. *in* add. *non*) R2. — *ipsa* [illegible] — *contineat* P. [illegible] 9. *acie* Ber. — [illegible] *monadem* R2Edd.SPB [illegible] *referri* BFR1P4 [illegible] PBer. — *sortitur* R[illegible] *-rsitatis inmen-* [illegible] Bar. — *prima* [illegible] [illegible]ito exemplari [illegible] — *ad usque* FR[illegible] [illegible]branae" Mod. [illegible] *individuam* „mem[illegible] c. 10. [illegible] — *nulli aut* [illegible] R2. [illegible] *ideo* R1. — [illegible] restituit Mod. [illegible] — *sola* [illegible] 12. *iun-* [illegible] quod delevit [illegible] „Τὸ *solus* cave [illegible] „me[illegible] l. c. „Mss. om- [illegible] *intra denari*[illegible] — *ex suis* F. — [illegible] *faciat* [illegible] acc. m. F). — *fa-* [illegible] *generet* [illegible] *nus* Ber. — *nos tan-*

[illegible] [illegible]lcanus, etiam Mars, [illegible] [illegible]oni duo nomina de- [illegible] [illegible]N. Vulcanum Iunone [illegible] [illegible]um retulerunt Hesiod. [illegible] [illegible]7. Apollod. bibl. I, 3, 5. Ovid. Fast. V, 229.

soles idoneos ad efficiendam mundi animam iudicatos, quia nihil
4 post auctorem potest esse perfectius. Hoc quoque notandum est, quod superius adserentes communem numerorum omnium dignitatem antiquiores eos superficie et lineis eius omnibusque corporibus ostendimus: procedens autem tractatus invenit numeros et ante animam mundi fuisse, quibus illam contextam augustis-
5 sima Timaei ratio naturae ipsius conscia testis expressit. Hinc est, quod pronuntiare non dubitavere sapientes animam esse numerum se moventem. Nunc videamus, cur septenarius numerus suo seorsum merito plenus habeatur. Cuius ut expressius plenitudo noscatur, primum merita partium de quibus constat, tum
6 demum quid ipse possit investigemus. Constat septenarius numerus vel ex uno et sex vel ex duobus et quinque vel ex tribus et quattuor. Singularum compagum membra tractemus: ex quibus fatebimur nullum alium numerum tam varia esse maiestate
7 fecundum. Ex uno et sex compago prima conponitur. Unum autem, quod *μονάς*, id est unitas, dicitur, et mas idem et femina est, par idem atque inpar, ipse non numerus sed fons et origo
8 numerorum. Haec monas, initium finisque omnium, neque ipsa principii aut finis sciens, ad summum refertur deum eiusque intellectum a sequentium numero rerum et potestatum sequestrat: nec in inferiore post deum gradu frustra eam desideraveris. Haec

Mss. BFMSPR12GBER.]

tinuerunt (sup. *conven.*) F. — *qua* BER. (R2 a sec. m.) — *post auctorem nihil* R2. 4. *superius*] c. 5, § 4. — *omnium numerorum* R2. — *antiquiores esse superficie* F. *ant. eos superficie esse* BER. — *lineis in omnibusque* b. — *proced. tractatus*] h. c. § 2. *procedens* BFR12P4BEN.v-gG. *praecedens* Ss-bPBER. — *autem* om. R1. *enim* R2. — *angustissima* G. *vel augustissima* R2. *augustissimi* P. — *ratio timei* F. *ei ratio* (sup. *timaei*) R1. — *conscia testis* BFSR12v-gbGBER. „libri scripti" Gron. qui confert c. 16, § 5.; Sat. I, 12, § 9. et 14, § 3. (Vid. not. ad Sat. I, 7, 17.) *conscia et testis* Ps-z. — *dubitaverunt* R2v-g. 5. *seorsum plenus merito* (*suo* add. a sec. m.) R1. — *expressius* BS (R1 a p. m.) R2s-bPBER. *pressius* FBEN.v-gG. „Prima vocis *expressius* syllaba in optimis membranis erat erasa: aliae iuxta vulgatos constanter *pressius*, quod Macrobii putamus esse." Gron. qui conf. hoc lib. c. 8, § 9 et 13.; c. 14, § 15.; c. 18, § 2.; lib. II, c. 3, § 2.; Sat. VII, 16, § 20. — *membra partium* coni. Zeun. — *tunc demum* R2. 6. *Singularum partium* (sup. *compagium*) R2. — *tam esse varia* F. — *fecundum* BSR1sBAR.LTR. (in B add. .i.) „libri" Gron. qui confert inf. § 16. et II, 5, § 4. *foecundum* FR2v-gG bPBER. *secundum* p-z. Cf. § 16. 7. *prima componitur compago* F. — *femina dicitur* (sup. *est*) F. — *par atque impar* (om. *idem*) R2. — *numerorum rerum* B. 8. *in inferiori* F. *inferiore* (om. *in*) R1.

legantur et quodammodo commendentur iis quae leguntur § 46 sqq., mihi suspecta sunt. Namque ad efficiendam mundi animam non soli idonei esse dicuntur numeri *octo et septem*, sed (§ 2.) *par et inpar numerus*, quos Macrobium dicere *hos duos numeros* putaverim. Praeterea me offendunt verba: *qui ad multiplicationem annorum perfecti* *in re publica viri convenerunt*, comparata cum antecedentibus (§ 1.): *qui in se multiplicati vitale spatium viri fortis includerent*.

4. *sapientes*] „Xenocratem innuit, de quo vide cap. 14 [§ 19.]. Favonius Eulogius [p. 402 Or.]: *Estque numerus, ut Xenocrates censuit, animus ac deus.*" GRON.

illa est mens ex summo nata deo, quae vices temporum nesciens [25] in uno semper quod adest consistit aevo, cumque, utpote una, non sit ipsa numerabilis, innumeras tamen generum species et de se creat et intra se continet. Inde quoque aciem paululum co- 9
gitationis inclinans hanc monada repperies ad animam referri. Anima enim aliena a silvestris contagione materiae, tantum se auctori suo ac sibi debens, simplicem sortita naturam, cum se animandae inmensitati universitatis infundat, nullum init tamen cum sua unitate divortium. Vides, ut haec monas orta a prima rerum causa usque ad animam ubique integra et semper individua continuationem potestatis optineat. Haec de monade casti- 10
gatius quam se copia suggerebat. Nec te remordeat, quod, cum omni numero praeesse videatur, in coniunctione praecipue septenarii praedicetur: nulli enim aptius iungitur monas incorrupta quam virgini. Huic autem numero, id est septenario, adeo opi- 11
nio virginitatis inolevit, ut Pallas quoque vocitetur. Nam virgo creditur, quia nullum ex se parit numerum duplicatus, qui intra denarium coartetur, quem primum limitem constat esse numerorum: Pallas ideo, quia ex solius monadis fetu et multiplicatione processit, sicut Minerva sola ex uno parente nata perhibetur. Senarius vero, qui cum uno coniunctus septenarium facit, variae 12
ac multiplicis religionis et potentiae est: primum quod solus ex omnibus numeris qui intra decem sunt de suis partibus constat. Habet enim medietatem et tertiam partem et sextam partem: et est medietas tria, tertia pars duo, sexta pars unum: quae omnia [26] simul sex faciunt. Habet et alia suae venerationis indicia: sed, ne longior faciat sermo fastidium, unum ex omnibus eius officium persequemur, quod ideo praetulimus, quia hoc commemorato non

[Edd. vicahgspdzb.

— *post* (om. *deum*) h. — *eam frustra* s-bPBER. — *Haec est illa* F. — *ex summo nata* BR2BEN.P4; cf. inf. § 20. et c. 2, § 14. *e summo nata* BER. cahg. *ex summo enata* R1Gs-bP. *ex summo enata* v (vl *summa*). — *aevo consistit* F. — *sit ipsa innumerabilis* (sup. *in* add. *non*) R2. — *ipsa* om. v-g. — *innumerabiles* F. — *contineat* P. 9. *acie* BER. — *monada* FR1GL (B *mona*). *monadem* R2Edd.SPBER. — *referri* BFR1P4 v-gG. *posse referri* SR2s-bPBER. — *sortitur* R1. — *universitatis inmensitate* R2BER. — *sui unitate* BAR. — *prima* (om. *a*) ex edito exemplari (a) affert Mod. N. L. p. 30. — *ad usque* FR1v-gG „membranae" Mod. l. c. — *integram et semper individuam* „membr." Mod. l. c. 10. *suggerebat* (add. *dicta sunt*) L. — *nulli autem* (sup. *enim*) R2. 11. *infra* TR. — *quoque ideo* R1. — *sola* Mss.s-b; restituit Mod. l. c. consent. Gron. *solo* v-g. — *sola minerva* R2. 12. *iunctus* R2. — *solum* v-gG quod delevit Modius l. c. „*Tò solus* cave moveas." Gron. — *intra* Mss.b*H*12 „membranae" Mod. l. c. „Mss. omnes" Gron. qui confert § 11. *intra denarium*. *infra* v-z. — *ex suis* F. — *et medietatem* R2. 13. *faciat* om. *H* (add. a sec. m. F). — *faciat mora* BER. — *fastidium generet H*. — *protulimus* BER. — *nos tan-*

. 10. *castigatius*] i. e. pressius, brevius. Sic Augustin. doctr. Chr. IV, 14. dicit *castigatius eloqui*.

11. *sola ex uno parente nata*] „Nota Macrobio non convenire cum aliis, quibus praeter Minervam eodem pacto Vulcanus, etiam Mars, dicuntur Iunoni duo nomina debere." GRON. Vulcanum Iunone sola genitum retulerunt Hesiod. Theog. 927. Apollod. bibl. I, 3, 5. Martem Ovid. Fast. V, 229.

14 senarii tantum sed et septenarii pariter dignitas astruetur. Humano partui frequentiorem usum novem mensium certo numerorum modulamine natura constituit: sed ratio sub asciti senarii numeri multiplicatione procedens etiam septem menses conpulit
15 usurpari. Quam breviter absoluteque dicemus. Duos esse primos omnium numerorum cubos, id est a pari octo, ab inpari viginti septem, et esse inparem marem, parem feminam, superius expressimus. Horum uterque si per senarium numerum multiplicetur, efficiunt dierum numerum, qui septem mensibus explican-
16 tur. Coeant enim numeri, mas ille qui memoratur et femina, octo scilicet et viginti septem, pariunt ex se quinque et triginta: haec sexies multiplicata creant decem et ducentos, qui numerus dierum mensem septimum claudit. Ita est ergo natura fecundus hic numerus, ut primam humani partus perfectionem quasi arbi-
17 ter quidam maturitatis absolvat. Discretio vero sexus futuri, sicut Hippocrates refert, sic in utero dinoscitur. Aut enim septuagesimo aut nonagesimo die conceptus movetur: dies ergo motus, quicumque fuerit de duobus, ter multiplicatus aut septimum aut
18 nonum explicat mensem. Haec de prima septenarii copulatione libata sint. Secunda de duobus et quinque est. Ex his dyas,
[27] quia post monada prima est, primus est numerus. Haec ab illa omnipotentia solitaria in corporis intellegibilis lineam prima de-

Mss. BFSPR12GBER.]

tum senarii R2. — *dignitas pariter* F. 14. *constitit* hsp. — *numeri senarii* F. — *multiplicationem* v-gG. — *mensis* B. — *usurpare* R1. 15. *dicemus* om. cg. — *omnium primos* R1. — *cybos* R2G. — *et ab impari* F. — *superius*] cf. §§ 1 et 3. — *per senarium* (om. *numerum*) R2*H*1. — *multiplicetur* om R1. — *dierum* (om. *numerum*) R1. 16. *Coeant autem* (sup. *enim*) R2. — *feminae H.* — *mensem dierum* R2. — *ita* om. „vetusta scriptura“ Gron. ad § 6. — *fecundus* BFSR12spL TR.BEN. *foecundus* v-gbGPBER. *secundus* dz. Cf. § 6. 17. *sexus futuri* BFSPR1 (R2 sup. *partus*) GP4BAR.*H*12. *partus futuri* v-g BEN.L. *futuri partus* s-bBER. — *dignoscitur* v-g. — *fuerit* om. P. — *explicet* L. 18. *sunt* BER. — *monada* BFR1BER.P4. *monadem* R2Edd.SPG. — *numerus est* R2. — *linea* vic (g in mg.). — *primam H.*

15. *Quam breviter ... dicemus. Duos esse ... superius expressimus.*] Sic interpungendum esse mihi videbatur, licet in nulla editione post verbum *dicemus* distinctum sit, neque quicquam e libris Mss. enotaverim. Namque verba: *quam breviter ... dicemus* non ad proxime sequentia tantum, quae pendent a verbo *expressimus*, sed ad omnia pertinent, quae insunt in §§ 15 et 16.

17. *sicut Hippocrates refert*] „Vide libellos de natura pueri et de partu septimestri.“ ZEUN. At quae ego inveni apud Hippocratem, ea non satis congruunt cum Macrobii verbis. In libello de natura pueri p. 241, l. 25 (ed. Francof. a. 1624) legitur: *ὅταν δὲ δὴ τὰ ἄκρα τοῦ σώματος τοῦ παιδίου ὀζωθῇ ἔξω, καὶ οἱ ὄνυχες καὶ αἱ τρίχες ἐῤῥιζώθησαν, τότε δὴ καὶ κινέεται, καὶ ὁ χρόνος ἐς τοῦτο γίνεται· τῷ μὲν ἄρσενι τρεῖς μῆνες, τῇ δὲ θηλείῃ τέσσαρες. ὧδε γὰρ ἐπὶ τὸ πλεῖστον ξυμβαίνει· ἔστι δ' ἃ καὶ πρόσθεν τῶν παιδίων τούτου τοῦ χρόνου κινέεται*, et de carnibus (quem libellum sequitur libellus de sept. partu) p. 254: *τὸ παιδίον ἑπτάμηνον γόνον γενόμενον λόγῳ γεγένηται καὶ ζῇ, καὶ λόγον ἔχει τοιοῦτον καὶ ἀριθμὸν ἀτρεκέα ἐς τὰς ἑβδομάδας, ὀκτάμηνον δὲ γενόμενον οὐδὲν βιοῖ πώποτε, ἐννέα δὲ μηνῶν καὶ δέκα ἡμερέων γόνος γίγνεται καὶ ζῇ καὶ ἔχει τὸν ἀριθμὸν ἀτρεκέα ἐς τὰς ἑβδομάδας. τέσσαρες δεκάδες ἑβδομάδων ἡμέραι εἰσὶν διηκόσιαι ὀγδοή-*

fluxit: ideo et ad vagas stellarum et luminum sphaeras refertur, quia hae quoque ab illa quae ἀπλανὴς dicitur in numerum scissae et in varii motus contrarietatem retortae sunt. Hic ergo numerus cum quinario aptissime iungitur, cum hic ad errantes, ut diximus, ad caeli zonas ille referatur: sed ille ratione scissionis, hic numero. Illa vero quinario numero proprietas excepta 19
potentiae ultra ceteras eminentis evenit, quod solus omnia, quaeque sunt quaeque videntur esse, conplexus est. Esse autem dicimus intellegibilia, videri esse corporalia omnia, seu divinum corpus habeant seu caducum. Hic ergo numerus simul omnia et supera et subiecta designat. Aut enim deus summus est, aut 20
mens ex eo nata in qua rerum species continentur, aut mundi anima quae animarum omnium fons est, aut caelestia sunt usque ad nos, aut terrena natura est: et sic quinarius rerum omnium numerus inpletur. De secunda septenarii numeri coniunctione 21
dicta haec pro affectatae brevitatis necessitate sufficiunt: tertia est de tribus et quattuor, quae quantum valeat revolvamus. Geo- 22
metrici corporis ab inpari prima planities in tribus lineis constat, his enim trigonalis forma concluditur: a pari vero prima in quattuor invenitur. Item scimus secundum Platonem, id est secun- 23
dum ipsius veritatis archanum, illa forti inter se vinculo colligari quibus interiecta medietas praestat vinculi firmitatem. Cum vero medietas ipsa geminatur, ea quae extima sunt non tenaciter [28]
tantum sed etiam insolubiliter vinciuntur. Primo ergo ternario contigit numero, ut inter duo summa medium quo vinciretur acciperet: quaternarius vero duas medietates primus omnium nactus est. Quas ab hoc numero deus mundanae molis artifex conditor- 24

[Edd. vicahgspdzb.

primo R1. — *quaeque* Ber. — ἀπλανὴς c-bP. *aplanes* BFSR12GBer.vi. — *cum hic* Mss.P4LTr.Ben. *dum hic* Edd. — *caeli* (om. *ad*) R1. 19. *eminenteis* h. — *quae sunt* (om. *que*) F. *quaecumque sunt* Ber.*H*1. — *diximus* G. — *omnia supera* (om. *et*) Ber. 20. *est summus* F. — *mens ex summo enata deo* F. — *species rerum* Edd.P. — *continetur* G (F sup. *nuetur*). — *natura terrena* R2. 21. *sufficiunt* Mss. *sufficiant* Edd. — *tertia* (om. *est*) R1. — *et de IIIIor* F. — *resolvamus* Bar. 23. *secundum Platonem*] Tim. p. 31 sq. — *interiecta una medietas* P4. — *indissolubiliter* S. *insolubiliter* (sup. *dis*) R2. *solubiliter* P. — *Primum* Ber. — *ternario numero contigit* v-g. *tern. num. contingit* L. — *inter duas summas* R1. — *vinceretur* R1. 24. *humanae*

κοντα· ... ἔχει δὲ τὸ ἑπτάμηνον γενόμενον τρεῖς δεκάδας ἑβδομάδων. Vide ne Macrobius diversa confudisse putandus sit.

18. *in numerum scissae*] i. e. separatae, ita ut numerus ortus sit, cf. c. 11, § 5 sqq.

in varii motus contrarietatem] i. e. in motum contrarium. Cf. § 47. et c. 18.

cum hic ad errantes, ad caeli zonas ille referatur; sed ille ratione scissionis, hic numero] Idem numerus modo *hic* modo *ille* dicitur, namque intelligendum est: *cum hic ad errantes referatur ratione scissionis, ille ad caeli zonas numero.* Cf. II, 5, 7. et II, 7.

23. *Item scimus ... colligari ... Cum vero geminatur ... vinciuntur*] Ex oratione obliqua in rectam transiit Macrobius, licet haec quoque e Platone l. c. desumpta sint. Verba: *cum medietas ipsa geminatur* idem valent atque infra *quaternarius duas medietates nactus est*, et § 28. *duabus interiectionibus finiuntur*; et verba *ea quae extima sunt*, idem atque infra *duo summa*, et § 28. *duae summitates*.

24. *Quas*] Maiorem distinctio-

que mutuatus insolubili inter se vinculo elementa devinxit: sicut in Timaeo Platonis adsertum est, non aliter tam controversa sibi ac repugnantia et naturae communionem abnuentia permisceri, terram dico et ignem, potuisse et per tam iugabilem conpetentiam foederari, nisi duobus mediis aeris et aquae nexibus vinci-
25 rentur. Ita enim elementa inter se diversissima opifex tamen deus ordinis oportunitate conexuit, ut facile iungerentur: nam, cum binae essent in singulis qualitates, talem unicuique de duabus alteram dedit, ut in eo cui haereret cognatam sibi et simi-
26 lem repperiret. Terra est sicca et frigida, aqua vero frigida et humecta est: haec duo elementa, licet sibi per siccum humectumque contraria sint, per frigidum tamen commune iunguntur. Aer humectus et calidus est: et, cum aquae frigidae contrarius sit calore, conciliatione tamen socii copulatur humoris. Super hunc ignis, cum sit calidus et siccus, humorem quidem aeris respuit
27 siccitate, sed conectitur per societatem caloris. Et ita fit, ut singula quaeque elementorum duo sibi hinc inde vicina singulis qualitatibus velut quibusdam amplectantur ulnis: aqua terram frigore, aerem sibi nectit humore: aer aquae humecto simili, et igni
[29] calore sociatur: ignis aeri miscetur ut calido, terrae iungitur siccitate: terra ignem sicco patitur, aquam frigore non respuit.
28 Haec tamen varietas vinculorum, si elementa duo forent, nihil inter ipsa firmitatis habuisset: si tria, minus quidem valido, aliquo tamen nexu vincienda nodaret: inter quattuor vero insolubilis colligatio est, cum duae summitates duabus interiectionibus vinciuntur: quod erit manifestius, si in medio posuerimus ipsam
29 continentiam sensus de Timaeo Platonis excerptam. *Divini de-*

Mss. BFSPR12GBER.]

molis F. — *indissolubili* FSBAR.BEN.TR. — *in Timaeo*] l. c. — *nec aliter* v-g. — *ac naturae* BER. — *communionem* om. P4. *communione* a. — *abnuentia* erasum et suprascriptum est *invicem aversa* in R1. — *permisceri* om. LBEN. „membr." Mod. N. L p. 31. *permiscere* in ras. a sec. m. R1. *permisci* P4. *promisceri* (B supra *per*) FvichgG. *promiscere* *H2*. — *per tam iugabilem competentiam foederari potuisse* (om. anteced. *et*) a. — *potuisse per* (om. *et*) Pv-h. *potuisse nec per* g. — *et aeris* R2. 25. *Ita elementa* R1. *ita autem elem.* R2; in utroque sup. add. *enim*. — *contexuit* BER. *contexit* (sup. *conexuit*) F. — *cum binae in singulis* (vi *singulas*) *qualitates essent* v-g. — *talem* om. F. — *de duobus* BR12s-zF. — *altera* B. — *haereret* BFGBER.P4LTR.BEN. *adhaereret* SR12Edd.P. — *cognatum* R1. 26. *et humida* v-g. — *et humectum sint contraria* F. — *cum aquae frigus contrarium sit calori* BER. — *contrarius* (om. *sit*) R2. — *copulantur* BER.*H*. — *humores* BER. — *cum calidus sit et siccus* F. *cum sit siccus et calidus* R2. — *societate caloris* v-g. 27. *hinc et inde* L. — *nectit* om. F. — *humore. ita aer* G. — *humore simili* R2LTR. *humore similiter* *H*. — *et ignis calore* R2. — *in calido* „Mss. multo melius." Gron. — *terrae vincitur* L. 28. *forent* (sup. *essent*) R1. — *inter se ipsa* G. — *habuissent* F. *haberent* S. — *tamen aliquo* R1*H*. — *vinciendi* R2. — *indissolubilis* S. — *in quatuor* h. — *posueris* v-gb, quod legibus linguae convenientius esse putavit Zeun. — *de Timaeo*] l. c. — *excerptam* BS (R1 sup. lin.)

nem posui ante hanc vocem, ut magis eluceret sequi aliquid novi. In edd. legitur comma: e Mss. nihil enotavi. Ad pronomen *quas* intellegas *duas medietates*, i. e. rationem inserendi geminatam medietatem.

29. *Divini decoris*] „Expositio est sententiae Platonicae, non verborum." CAMER.

coris, inquit, *ratio postulabat talem fieri mundum qui et visum*
pateretur et tactum. Constabat autem neque videri aliquid posse
sine ignis beneficio neque tangi sine solido, et solidum nihil esse
sine terra. Unde omne mundi corpus de igne et terra instituere 30
fabricator incipiens vidit duo convenire sine medio colligante non
posse, et hoc esse optimum vinculum quod et se pariter et a se li-
ganda devinciat: unam vero interiectionem tunc solum posse suffi-
cere, cum superficies sine altitudine vincienda est: at, ubi artanda
vinculis est alta dimensio, nodum nisi gemina interiectione non co-
necti. Inde aerem et aquam inter ignem terramque contexuit: et 31
ita per omnia una et sibi conveniens iugabilis conpetentia cucurrit
elementorum diversitatem ipsa differentiarum aequalitate consocians.
Nam quantum interest inter aquam et aerem causa densitatis et 32
ponderis, tantumdem inter aerem et ignem est: et rursus quod
interest inter aerem et aquam causa levitatis et raritatis, hoc in-
terest inter aquam et terram: item quod interest inter terram et [30]
aquam causa densitatis et ponderis, hoc interest inter aquam et
aerem: et quod inter aquam et aerem, hoc inter aerem et ignem;
et contra quod interest inter ignem et aerem tenuitatis levitatis-
que causa, hoc inter aerem et aquam est: et quod est inter
aerem et aquam, hoc inter aquam intellegitur et terram. Nec 33
solum sibi vicina et cohaerentia comparantur, sed eadem alternis
saltibus custoditur aequalitas: nam quod est terra ad aerem, hoc
est aqua ad ignem, et quotiens verteris, eandem repperies iuga-
bilem conpetentiam: ita ex ipso quo inter se sunt aequabiliter
diversa sociantur. Haec eo dicta sunt, ut aperta ratione consta- 34
ret neque planitiem sine tribus neque soliditatem sine quattuor
posse vinciri. Ergo septenarius numerus geminam vim optinet

[Edd. vicahspdgzb. R2Ber.Bar.Tr.*H*. *decerptam* Ben. *exceptam* F (R1 a p. m.) Edd.P.
29. *inquit decoris* (*inquit* in ras.) R2. — *et tactum pateretur* F. — *nihil est* R2. — *nisi terram* Ber. 30. *mundi omne* R2Edd.SPBer. — *de igne* BFSR2Ber. *de igni* Edd.PR1G. — *instruere* v-g. — *fabricator mundi* FBer. — *duos* B. — *non posse sine medio colligante* Ber. — *tum solum* R2. — *est vinculis* R2. — *nondum* *H*2 (add. „lego nonnisi"). — *necti* (R1 sup. *con*) Ber.P4v-g. *nectenda est* *H*2. 31. *Inde* (sup. *unde*) R1. *Inter* B. — *una sibi* (om. *et*) G. — *cucurrit* BFSR12v-gGP4LBen. *currit* Ber. *circuit cucurrit* Bar; „sed cu primae syllabae adscriptum." *occurrit* s-bP. — *ipsam diversitatem elementorum differentiam aequalitate* Ber. *elementorum diversitatem* (om. *ipsa differ. aeq.*) F. — *qualitate* (sup. add. *e*) R1. 32. *quantum interest* del. *H*1. *quantum est* R1. — *quantum interest inter aquam et terram* *H*1. — *raritatis et levitatis* F. — *hoc interest inter terram et aquam* F (R1 ordine restituto supra positis literis b. a) v-g. — *item quantum interest* *H*1. — *hoc inter* (om. *interest*) *H*1. — *et quantum inter aquam et aerem* *H*1. *et quod interest inter aquam et aerem* Ber. — *hoc interest inter aerem et ignem* Ber. — *quod inter ignem et aerem* (om. *interest*) R1hg. *quod inter aerem et ignem est* F. — *hoc inter aerem est et aquam. Et quantum* *H*2. — *est inter aquam et aerem* F. — *hoc intellegitur inter aquam et terram* FG. 33. *qualitas* L. — *ex ipso quod* Ber. — *aequabiliter* FSR12GP4. *aequaliter* BEdd.PBer. 34. *ideo* F. — *dicta sunt* BFSR1v-gbPBer. *dicta sint* R2Gs-zP4. — *neque societatem*

32. *Nam quantum interest etc.*] Quae sequuntur, ea ita mutata sunt, ut non amplius Platonis verba dici possint.

vinciendi, quia ambae partes eius vincula prima sortitae sunt, ternarius cum una medietate, quaternarius cum duabus. Hinc in alio loco eiusdem somnii Cicero de septenario dicit: *Qui nume-*
35 *rus rerum omnium fere nodus est.* Item omnia corpora aut mathematica sunt, alumna geometriae, aut talia quae visum tactumve patiantur. Horum priora tribus incrementorum gradibus constant: aut enim linea eicitur ex puncto, aut ex linea superficies, aut ex planitie soliditas. Altera vero corpora quattuor elementorum collato tenore in robur substantiae corpulentae concordi
36 concretione coalescunt. Nec non omnium corporum tres sunt dimensiones, longitudo latitudo profunditas: termini adnumerato effectu ultimo quattuor, punctum linea superficies et ipsa solidi-
[31]tas: item, cum quattuor sint elementa ex quibus constant corpora, terra aqua aer et ignis, tribus sine dubio interstitiis separantur: quorum unum est a terra usque ad aquam, ab aqua us-
37 que ad aerem sequens, tertium ab aere usque ad ignem. Et a terra quidem usque ad aquam spatium Necessitas a physicis dicitur, quia vincire et solidare creditur quod est in corporibus lutulentum: unde Homericus censor, cum Graecis inprecaretur: *Vos omnes,* inquit, *in terram et aquam resolvamini,* in id dicens quod est in natura humana turbidum, quo facta est homini prima
38 concretio. Illud vero quod est inter aquam et aerem. Harmonia dicitur, id est apta et consonans convenientia, quia hoc spatium est quod superioribus inferiora conciliat et facit dissona conve-

Mss. BFMSPR12GBER.]

v. — *in alio loco*] V, 2. — *dicit de septenario* R2. — *fere omnium rerum* FBER — *modus* h (R2 a p. m.). 35. *aut alia* h. — *eicitur linea* R1. *linea crescit* „Mss." Gron. cui hoc satis elegans esse videtur coll. I. F. Gron. Obs. III, 1. et h. l. c. 12, § 5.: sed ipse confert c. 5, § 11.: *eiecta linea.* — *Altera enim* F. — *collata* (sup. *o*) R2. — *tenore* Ps-z, *fenore* BR2. *foenore* FR1P4 „multi" Gron. *foedere* Gv-gbBER. „charta" Gron. *federe* S. 36. *dimensiones sunt* F. — *profundum* F. — *soliditas. Item* FSR1LBEN.TR. — *quattuor* ē (om. *cum*) F. — *aqua ignis aer* (om. *et*) BER. — *secundum ab aqua usque ad aerem sequens. tertium* TR. 37. *qua vinciri et solidari* BER. — *Homericus censor*] cf. Il. η', 99. In a (ut in hg in marg.) additur *Menelaus,* quod nomen deleri vult Mod. N. L. p. 31. — *praecaretur* P4. — *quo facta est* (sup. *ex*) L. *quod facta est* BFG. — *hominis* R2LBEN.TR. (BER. a sec. m.). 38. *quod inter* (om. *est*) g. — *armonia* (hic et infra) BR12. ἀρμονία Edd. — *superioribus* (om. *quod*) B. — *superioribus inferi-*

35. *corpora mathematica*] Cf. c. 5, 7.

quattuor elementorum collato tenore] Cf. Incerti fragment. in edd. Censorini I, 1: *Initia rerum eadem elementa et principia dicuntur. Ea Stoici credunt tenorem atque materiam: tenorem qui rarescente materia a medio tendat ad summum, eadem concrescente rursus a summo referatur ad medium.* De scriptura *foedere* Gronovius: „Admodum, inquit, me afficit chartae scriptura *foedere,* quae vox optime huc quadrat, et notat *vinculum, continentiam.* Sic inferius [§ 40.]: *Hi duo numeri ... efficiendis utrisque corporibus consensu ministri foederis obsequuntur.* Et antea [§ 24.] dixit terram et ignem *per iugabilem competentiam foederari:* licet etiam [§ 41.] sequatur: *explicandis corporibus hi duo numeri collativum praebent favorem.*" At *foedus* alias nusquam dicitur *conferri.*

nire. Inter aerem vero et ignem Obedientia dicitur, quia sicut 39
lutulenta et gravia superioribus necessitate iunguntur ita superi-
ora lutulentis obedientia copulantur harmonia media coniunctio-
nem utriusque praestante. Ex quattuor igitur elementis et tri- 40
bus eorum interstitiis absolutionem corporum constare manifestum
est: ergo hi duo numeri, tria dico et quattuor, tam multiplici
inter se cognationis necessitate sociati efficiendis utrisque corpo-
ribus consensu ministri foederis obsecuntur. Nec solum expli- 41
candis corporibus hi duo numeri collativum praestant favorem,
sed quaternarium quidem Pythagorei, quem *τετρακτὺν* vocant,
adeo quasi ad perfectionem animae pertinentem inter archana [32]
venerantur, ut ex eo et iurisiurandi religionem sibi fecerint:

Οὐ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν.

[*Per qui nostrae animae numerum dedit ipse quaternum.*]

Ternarius vero adsignat animam tribus suis partibus absolutam, 42

[Edd. vicahgspdzb.

ori (corr. in: *superiora inferioribus*) R1. 39. *lutulenta* (sup. add. *et gravibus*) R1. — *ita* ... *copulantur* om. Ber. — *coniunctione* v. — *utrisque* BR1GBer.is-d. „Reponendum utrobique (hic et infra § 40.), *utrisque* pro *utriusque*.“ Mod. N. L. p. 32. *utriusque* v-gzbFSPR2. 40. *tribus interstitiis* (om. *eorum*) Ber. — *copuleti* (sup. *sociati*) R1. — *utriusque* ag. — *foedere* L a sec. m. 41. *duo hi* F. — *collati* Ber. — *quidem* om. B. — *Pythagorei* s-bFSP. *pytagorei* B. *pythagorici* v-gLTr. *pytagorici* R1. *pithagorici* Ber. *phytagorici* R2G. — *quem* „a membranarum altera abest. Puto fuisse: *Quaternarium quidem Pythagorei* (*τετρακτὺν vocant*) *adeo quasi* etc.“ Gron. — *TETPACTIN* BR2. — *Ναὶ μὰ* S. — *παραδόντα τετρακτὺν* om. Ber. — *ΔONTA* (sup. *Paradomta*) R1. — *TETPAKTIN* B. *TETPACTYN* R2. — *Per qui nostrae animae numerum dedit ipse quaternum* FR1 (R2 a p. m.) GL (chg in mg.) (B *per quis* [sup. *nos*]; v1 *per quae*; alter cod. Gron. *perque*, alter *pers. qui*; S [R2 a sec. m.] *H*1 alter cod. Gron. *dedit esse quaternum*; alter cod. Gron. *dedit ipse quaternarium*). *numerum dedit ipse quaternum* (cett. om.) Ber. *per qui dat animae nostrae quaternarium numerum* P. *non per quaternarium numerum qui animae nostrae fontem dedit* „2 Angl.“ *per quem n. a. dedit quaternarium* Bar. *iuro tibi per eum qui dat animae nostrae quaternarium numerum* v3-b. „Haec Latina ius iurandi formula nescio cuius nugatoris est.“ Gron.

40. *utrisque corporibus*] i. e. et mathematicis et talibus quae visum tactumve patiantur, cf. § 35.

consensu ministri foederis obsecuntur] i. e. inserviunt propter foedus talem effectum adiuvans. Cf. § 78, et I, 21, 9. *serenitatis obsequio*, Ovid. Her. XXI, 114. *Lumina propositi facta ministra tui*, et Corn. Nep. Att. 2, 2. *idoneum tempus ratus studiis obsequendi suis.*

41. *Οὐ μὰ τὸν*] „In Carminibus illis aureis quae Pythagorae vulgo tribuuntur [v. 47.] integra sententia sic est expressa: *Ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτὺν, Παγὰν ἀενάου φύσεως.* His addit Lucianus in Venditione Vitarum, ubi eadem iuris iurandi repetitur formula, *ῥιζώματα ἔχουσαν*.“ Zeun. Erravit V. D. Namque a Luciano in illo dialogo c. 4, ut pro laps. int. salut. c. 5 et Philop. c. 12, commemoratur tantum Pythagoreorum iusiurandum, sed integra legitur formula apud Sextum Empiricum adv. Math. l. IV, s. 3, et adv. Log. l. I, s. 91, ubi ultima verba sunt *ῥιζώματ᾽ ἔχουσαν*. Conf. Bruckeri Hist. crit. phil. vol. I, p. 1064.

42. *animam tribus suis partibus absolutam*] „Quae auctor hic de triplici mentis facultate obiter tangit, copiose tractat Salmasius ad Simplicium p. 184.“ Zeun.

quarum prima est ratio, quam *λογιστικὸν* appellant: secunda animositas, quam *θυμικὸν* vocant: tertia cupiditas, quae *ἐπιθυμητικὸν* nuncupatur.
43 Item nullus sapientum animam ex symphoniis quoque musicis constitisse dubitavit. Inter has non parvae potentiae est quae dicitur *διὰ πασῶν*. Haec constat ex duabus, id est *διὰ τεσσάρων* et *διὰ πέντε*: fit autem *διὰ πέντε* ex hemiolio, et fit *διὰ τεσσάρων* ex epitrito: et est primus hemiolius tria et primus epitritus quattuor: quod quale sit suo loco planius
44 exequemur. Ergo ex his duobus numeris constat *διὰ τεσσάρων* et *διὰ πέντε*: ex quibus *διὰ πασῶν* symphonia generatur: unde Virgilius nullius disciplinae expers, plene et per omnia beatos
45 exprimere volens, ait: *O terque quaterque beati.* Haec de partibus septenarii numeri sectantes compendia diximus: de ipso quoque pauca dicemus. Hic numerus *ἑπτὰς* nunc vocatur antiquato usu primae litterae: apud veteres enim *σεπτὰς* vocitabatur, quod Graeco nomine testabatur venerationem debitam numero. Nam primo omnium hoc numero anima mundana generata est, sicut
46 Timaeus Platonis edocuit. Monade enim in vertice locata terni
[33] numeri ab eadem ex utraque parte fluxerunt, ab hac pares, ab illa inpares: id est, post monadem a parte altera duo inde quattuor deinde octo, ab altera vero parte tria deinde novem et inde viginti septem: et ex his numeris facta contextio generationem
47 animae imperio creatoris effecit. Non parva ergo hinc potentia numeri huius ostenditur, quia mundanae animae origo septem finibus continetur: septem quoque vagantium sphaerarum ordinem illi stelliferae et omnes continenti subiecit artifex fabricatoris providentia, quae et superioris rapidis motibus obviarent et
48 inferiora omnia gubernarent. Lunam quoque, quasi ex illis se-

Mss. BFSPR12GBer.]

42. *logisticon* Mss. — *thymicon* R2. *thimicon* R1. *timicon* F. *tymelicon* S. — *epithymeticon* R2. *epythimeticon* R1. *epytimeticon* B. 43. *Ita* P4. — *sapientium* R1GBer. — *διὰ πασῶν* c-b. *diapason* Mss.vi. — *διὰ τεσσάρων* c-b. *diatessaron* FSPG. *diatesseron* BR12Ber.vi. — *διὰ πέντε* c-b. *diapente* Mss.vi. — *fit* om. R1. — *diapente* Mss. et Edd. — *diatessaron* (etiam infra) c-bFSPG. *diatesseron* (etiam infra) BR1 Ber.vi (R2 semel *ar*). — *suo loco*] cf. Comm. II, 1, 14 sqq. *loco suo* F. — *planius* BFR1Gs-bPBer.Gr.12L1V3. *plenius* SR2v-g „libri omnes“ Gron. qui confert c. 4, § 5.; c. 5, § 16.; c. 14, § 2. (L2V2.) 44. *plane* ch. 45. *Haec cum de* B. — *diximus* BP4. — *dicemus pauca* F. — *ἑπτὰς* H2g-b. *eptas* BFSR12. *heptas* vicq. *hebtas* h. — *apud veteres autem* R2. — *septas* Mss. et Edd. — *vocitabatur* Mss. (Ber. *vocabatur*) L123V2Edd. *nuncupabatur* „Mss.“ Gron. (L3V3.) — *generata sunt* (sup. *est*) R1. *creata est* F. — Timaeus] cf. p. 35. — *platonis timeus* B. 46. *ex utraque parte ab eadem* FS. — *deinde IIIIor inde* R2. — *deinde XXVII* (sup. add. *et*) R1. — *Ex his* (om. *et*) FSviag. — *efficit* H2viag. 47. *numeri huius potentia* F. — *ordines* F. — *creatoris* (sup. *fabricatoris*) R1. — *superiori* R1. 48. *quasi* del.

43. *nullus sapientum ... dubitavit*] „Praecipue tamen hoc affirmaverunt Pythagoras et Philolaus.“ Gron. Eadem ac h. l. verborum constructio invenitur Sat. III, 19, 4.

45. *Graeco nomine testabatur venerationem*] „ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι.“ Camer.

46. *Monade* etc.] Conf. sup. § 2 seqq. et vid. fig. 1.

47. *septem quoque vagantium sphaerarum ... obviarent*] Cf. § 18. ideo et ad vagas stellarum et

ptimam, numerus septenarius movet cursumque eius ipse dispen-
sat. Quod cum multis modis probetur, ab hoc incipiat ostendi.
Luna octo et viginti prope diebus totius zodiaci ambitum conficit. 49
Nam etsi per triginta dies ad solem a quo profecta est remeat,
solos tamen fere viginti octo in tota zodiaci circuitione consumit,
reliquis solem, qui de loco in quo eum reliquit accesserat, con-
prehendit. Sol enim unum de duodecim signis integro mense 50
metitur. Ponamus ergo sole in prima parte arietis constituto ab
ipsius, ut ita dicam, orbe emersisse lunam, quod eam nasci vo-
camus: haec post viginti septem dies et horas fere octo ad pri-
mam partem arietis redit, sed illic non invenit solem, interea
enim et ipse progressionis suae lege ulterius accessit, et ideo [34]
ipsa necdum putatur eo unde profecta fuerat revertisse, quia
oculi nostri tunc non a prima parte arietis sed a sole eam sen-
serant processisse: hunc ergo diebus reliquis, id est duobus plus
minusve, consequitur, et tunc orbi eius denuo succedens ac de-
nuo inde procedens rursus dicitur nasci. Inde fere numquam in 51
eodem signo bis continuo nascitur, nisi in geminis, ubi hoc non-
numquam evenit, quia dies in eo sol duos supra triginta altitu-
dine signi morante consumit: rarissimo in aliis, si circa primam
signi partem a sole procedat. Huius ergo viginti octo dierum 52
numeri septenarius origo est. Nam si ab uno usque ad septem
quantum singuli numeri exprimunt, tantum antecedentibus ad-
dendo procedas, invenies viginti octo nata de septem. Hunc 53
etiam numerum, qui in quater septenos aequa sorte digeritur,
ad totam zodiaci latitudinem emetiendam remetiendamque con-
sumit. Nam septem diebus ab extremitate septemtrionalis orae

[Edd. vicahgspdzb. *H*1. — *septima* v1. 49. *viginti octo dies* Ber. — *circūitione* BL. — *accesserat* BPG*H*2 (P4 sup. scr. *abscesserat*). *abcesserat* R1. *abscesserat* FSR2Edd.Ber. 50. *solem ... constitutum* BP. — *post viginti septem dies et horas fere octo* R2GBer.LTr.Ben. *post viginti octo dies et horas fere septem* Edd.FSPR1 (B *dies octo*). — *illic* (sup. *hic*) R1. — *invenies* B. — *accessit* BFSR1GP4*H*2. *abscessit* SR2Edd.P. *processit* Ber. — *nondum* F. — *fuerit* B. — *senserant eam* R2. *eam senserat* B. — *eius orbi* g. — *succedens* (om. *denuo*) Ber. *continuo succedens* R1. — *rursum nasci dicitur* F. 51. *in eo* (add. a sec. m. *sol*) R1. *sol in eo* R2. — *rarissime* LTr. — *procedit* P. 52. *ternarius numerus* *H*1. — *tantum ceteris antecedentibus* Ber. — *nasci de septem* P. 53. *digeritur aequa sorte* F. — *remetiendam* (om. *que*) Ber.

luminum sphaeras refertur, *quia hae quoque ab illa quae ἀπλανὴς dicitur in numerum scissae et in varii motus contrarietatem retortae sunt*, et infra c. 18.

49. *qui ... accesserat*] i. e. „qui non amplius est in eo loco, ubi eum reliquit luna, sed progressus est.“ Sic apud Macrobium et saepius plusquamperfectum iungitur cum praesenti tempore, nec raro verbum *accedere* idem valet ac *progredi*, cf. § 50. et ind. s. h. v.

50. *orbe*] i. e. sphaera vel globo, cf. c. 14, § 24.

post viginti septem dies et horas fere octo] Luna zodiaci ambitum conficit diebus XXVII et horis VII, minutis XLIII, secundis XII. Pythagoras apud Gellium I, 20, 6. dicitur computasse *dies viginti septem*, Varro apud eundem III, 10, 6. *quater septenos dies*, quibuscum conferas quae leguntur § 52. *Huius numeri septenarius origo est* etc.

oblique per latum meando ad medietatem latitudinis pervenit, qui locus appellatur eclipticus: septem sequentibus a medio ad imum australe delabitur: septem aliis rursus ad medium obliquata conscendit: ultimis septem septemtrionali redditur summitati. Ita isdem quater septenis diebus omnem zodiaci et longi-
54 tudinem et latitudinem circum perque discurrit. Similibus quoque dispensationibus hebdomadum luminis sui vices sempiterna lege variando disponit. Primis enim septem usque ad medieta-
[35] tem velut divisi orbis excrescit, et διχότομος tunc vocatur: secundis orbem totum renascentes ignes colligendo iam conplet, et plena tunc dicitur: tertiis διχότομος rursus efficitur, cum ad medietatem decrescendo contrahitur: quartis ultima luminis sui di-
55 minutione tenuatur. Septem quoque permutationibus, quas φάσεις vocant, toto mense distinguitur: cum nascitur, cum fit διχότομος, et cum fit ἀμφίκυρτος, cum plena, et rursus ἀμφίκυρτος, ac denuo διχότομος, et cum ad nos luminis universitate pri-
56 vatur. Ἀμφίκυρτος est autem, cum supra diametrum dichotomi, antequam orbis conclusione cingatur, vel de orbe iam minuens, inter medietatem ac plenitudinem insuper mediam luminis curvat
57 eminentiam. Sol quoque ipse, de quo vitam omnia mutuantur, septimo signo vices suas variat. Nam a solstitio hiemali ad aestivum solstitium septimo pervenit signo, et a tropico verno usque ad autumnale tropicum septimi signi peragratione perducitur.
58 Tres quoque conversiones lucis aetheriae per hunc numerum constant. Est autem prima maxima, secunda media, minima est tertia: et maxima est anni secundum solem, media mensis secundum lunam, minima diei secundum ortum et occasum. Est vero unaquaeque conversio quadripartita: et ita constat septena-

Mss. BFSPR12GBER.]

— *meando per latum* H2v-g. *per latus meando* H1. — *qui loco* B. — *septem se sequentibus* F. — *dilabitur* L. — *australē* F. — *septem et alius rursus* B — *obliquata ad medium* F. 54. *Primis enim* (del. *septem*) *H*. — *renascentes ignes* (sup. *is* ... *is*) R1. — *crescendo* R1. — *imminutione* P a sec. m. (videtur fuisse *in diminutione*). 55. *mutationibus* R1. — φάσεις *H*2g. *phasis* i-hs-bPBER. *fasis* BFSR2Gv. *falsis* R1. — *vocant Graeci* Edd.G. — *tunc fit dicothomos* R1. *cum fit dichotomos* rell. Mss. et Edd. — *cum* (om. *et*) B. — *AMPHYCYRTOC* (bis; semel *Amphisirtos*) B. *AMPHICIRTOC* R1. ἀμφίσυρτος G. in Edd. semel legitur ἀμφίκυρτος, bis *amphicyrtos*. — *rursum* F. — *ad nos* (sup. *apud*) F. 56. *est autem* del. *H*2. *autem est* R2. — *dichotomi* Mss.P4LTR.BEN. *dichotomi est* Edd. — *de orbe* (om. *vel*) P. — *curat* R1. 57. *omnia vitam* R1G. — *mutantur* R1. — *solstitio* (om. *a*) SG. — *ad aestivum solstitium* BFSR12G „libri antt." Gron. qui confert quae sequuntur: *a tropico verno usque ad autumnale tropicum*. *ad solstitium aestivum* v-gbBER. *ad aestivum* (om. *solstitium*) P14s-z. — *pervenit septimo* F. — *autumnalē* F. — *septimi* (om. *signi*) P. — *perducitur* BFSR12BER.LTR.BEN.*H*2. *producitur* Edd.PG. 58. *per hunc numerum lucis aetheriae* F. — *aethereae* SEdd.P. — *tertia minima est* F. 59. *quadripertita* FG. — *septenarius numerus* Fi-bG

53. *qui locus appellatur eclipticus*] Sic c. 15, § 10. *ecliptica linea* ducta esse dicitur per medium zodiacum.

et longitudinem ... discurrit] De hac constructione vid. not. ad I, 18, 12.

57. *ad autumnale tropicum*] sc. signum. Cf. I, 12, 1. *qua duo tropica signa, Capricornus et Cancer, feruntur*.

rius numerus, id est ex tribus generibus conversionum et ex quattuor modis quibus unaquaeque convertitur. Hi sunt autem quattuor modi: fit enim prima humida deinde calida inde sicca et ad ultimum frigida. Et maxima conversio, id est anni, hu- 60
mida est verno tempore, calida aestivo, sicca autumno, frigida per [36]
hiemem. Media autem conversio, mensis, per lunam ita fit, ut prima sit hebdomas humida, quia nascens luna humorem assolet concitare: secunda calida, adolescente in eadem luce de solis aspectu: tertia sicca, quasi plus ab ortu remota: quarta frigida, deficiente iam lumine. Tertia vero conversio, quae est diei, secundum ortum et occasum ita disponitur, quod humida sit usque ad primam de quattuor partibus partem diei, calida usque ad secundam, sicca usque ad tertiam, quarta iam frigida. Oceanus quo- 61
que in incremento suo hunc numerum tenet. Nam primo nascentis lunae die fit copiosior solito, minuitur paulisper secundo, minoremque eum videt tertius quam secundus, et ita decrescendo ad diem septimum pervenit: rursus octavus dies manet septimo par, et nonus fit similis sexto, decimus quinto, et undecimus fit quarto par, tertioque duodecimus, et tertius decimus similis fit secundo, quartus decimus primo: tertia vero hebdomas eadem facit quae prima: quarta eadem quae secunda. Hic denique est 62
numerus, qui hominem concipi formari edi vivere ali ac per omnes aetatum gradus tradi senectae atque omnino constare facit.

[Edd. vicahgspdzb. Bʙʀ. *septenus numerus* BSPR12vP4. — *ex tribus generibus conversionum* BSR12v-gbGBʙʀ.; „scripti: et omnino sic scribi debet." Gron. *ex tribus conversionum* (om. *generibus*) Ps-z. *ex tribus conversionibus* F. — *Hi autem sunt numeri* (sup. *modi*) F. 60. *tempore verno* R2. — *per hiemem frigida* F. — *mensis conversio* R2. *conversio, id est mensis* „Ms. Oxoniensis Bodleianus" Gron. qui confert in antecedentibus: *id est anni.* — *fit ita* F. — *ebdomada humida* R1. *humida ebdomas* R2. — *in eadem* (sc. luna) BR1GBᴇɴ.*H2*. *eadem* (om. *in*) FBᴇʀ.L. *in ea iam* R2 Edd.P. *iam* (om. *in ea*) S. — *de sole aspcctu* B. — *quia plus est* „Bodl. Quod indubitanter accipio. Nam profecto rationem dat variationis, non hariolatur, et ita de prima hebdomade loquitur." Gron. — *Tertia* (om. *vero*) S (eraso F). — *humida fit* F. — *partibus diei parte* R1. — *usque secundam* (om. *ad*) F. 61. *in cremento* „Mss." Gron. qui confert infra § 73. *in crementis* in suis Mss., et Favon. Eulog. [p. 407 Or.]: *dierum noctiumque crementa.* Scholiast. Germanici et Fulgent. lib. II, fab. ult. (bis) *crementis lunae*, ibid. de contin. Virgil. *ad boni crementa*, et apud Plin. N. H. XI, 37 [s. 55, § 149.] ex cod. Chiffl. et Leid. *ad crementa lunae*, et varias lectiones I. Bongarsii ad Iustin. XXII, cap. 2, et membranam Leid. At apud Macrobium, ut apud meliores hos scriptores, *in* a librariis putat omissum. (Spatium minimum relictum est in L2; nullum in Gʀ.12L1V3Bᴀʀ.Bᴇɴ.; in L *in* adscriptum est; in V12 legitur *in incremento*). *in increto* (sup. *men*) R2. — *videt eum* FEdd.PBᴇʀ. — *par septimo* R2. — *similis fit sexto* G. — *undecimus* (om. *et*) B. — *quarto par* (om. *fit*) P. *quarto fit par* R1. *fit quarto* (sup. add. *par*) R2. — *tertioque* BFSR12G „Anglicani." *tertio quoque* Edd.PBᴇʀ. — *tertius decimus* (om. *et*) B. — *similis fit* om. F. *fit similis* Edd.PBᴇʀ. — *eadem* (om. *facit*) P „Mss." 62. *nume-*

60. *quasi plus ab ortu remota*] Tempus, quo nascitur luna, non re vera eius ortus est: itaque sane tertia mensis parte luna dici potest sicca, *quasi* ab ortu, qui afferre videatur humorem, remota.

Nam ut illud taceamus, quod uterum nulla vi seminis occupatum
hoc dierum numero natura constituit, velut decreto exonerandae
mulieris vectigali, mense redeunte purgari: hoc tamen praeter-
eundum non est, quia semen, quod post iactum sui intra horas
[37]septem non fuerit in effusionem relapsum, haesisse in vitam pro-
63 nuntiatur. Verum semine semel intra formandi hominis mone-
tam locato hoc primum artifex natura molitur, ut die septimo
folliculum genuinum circumdet humori ex membrana tam tenui,
qualis in ovo ab exteriore testa clauditur et intra se claudit li-
64 quorem. Hoc cum a physicis deprehensum sit, Hippocrates quo-
que ipse, qui tam fallere quam falli nescit, experimenti certus
adseruit, referens in libro qui de natura pueri inscribitur tale
seminis receptaculum de utero eius eiectum quam septimo post
conceptum die intellexerat. Mulierem enim semine non effuso,
ne gravida maneret, orantem imperaverat saltibus concitari, aitque
septimo die saltum septimum eiciendo cum tali folliculo qualem
65 supra retulimus suffecisse conceptui. Haec Hippocrates. Straton
Peripateticus et Diocles Carystius per septenos dies concepti

Mss. BFSPR12GBER.]

rus est s-bSPBER. — *illud ut* in. — *decretum* (sup. *to*) R2. — *exornandae* gG. — *quia semper quod* G. — *in effusione relapsum* FG. *in effusione menstruali lapsum* R1. 63. *semel semine* R2. — *folliculo genuino circumdetur ex membrana* (om. *humori*) „membr." Mod. N. L. p. 321. — *genitiuum* v-gG (hg in mg. *genuinum*). Pont. conf. Caton. de liberis educandis [Sat. III, 6, 5.]: *Deli ad Apollinis Genitivi aram.* *genuino H*2. — *claudat* L. — *humorem H*1 (R2 sup. *liqu.*) 64. *de nat. pueri*] p. 236, l. 24. ed. Franc. — *eius* del. *H*1. — *quale septimo* S*H*1. *quod sept. H*2. — *intellexerat* BFSPR12*H*1L. *gravidam intellexerat* Edd.PBER. — *mulierem* (om. *enim*) G (L suprascripto *praegnantem enim*). *enim mulierem* R1. — *incitari H*1. — *atque septimo die* SR12v-g G. — *saltum septimum eiciendo* Mss., hg in mg. „antiqua et scripta lectio." Pont., qui coniicit: *septimo die conceptum eiiciendo.* *saltu eiectum* (om. *septimum*) v-g. — *superius* BER. 65. *Hoc* v. *Haec dixit* R1. — *Straton vero* Edd.PBER. (R1 a sec. m.). — *caristus* v1. —

62. *hoc tamen praetereundum non est, quia*] Sic saepius pro *quod* vel accusativo cum inf. Macrobius ponit *quia*, cf. I, 19, 22; II, 2, 23; II, 4, 13; II, 14, 20; II, 15, 22; II, 16, 8; II, 17, 15. Sat. I, 22, 4; I, 23, 8; I, 24, 16; V, 1, 4; VII, 2, 13; VII, 15, 19; VII, 16, 26.

63. *intra formandi hominis monetam*] i. e. intra locum, ubi formatur homo, ut in moneta signantur nummi. Conf. § 65. *concepti corporis fabricam.*

artifex naturae] Gron. ad II, 16, 4. confert Ovid. Met. XV [218.] *Artifices natura manus admovit.*

64. *quam septimo post conceptum die intellexerat*] Intelligendum est esse. Quod non perspexit, qui addidit *gravidam*. Ceterum Hippocrates l. c. habet *καὶ μὴν ἓξ ἡμέρας μείνασαν ἐν τῇ γαστρὶ γονὴν καὶ ἔξω πεσοῦσαν αὐτὸς εἶδον*, et *ὡς δὲ εἶδον τὴν γονὴν ἑκταίην ἐοῦσαν.*

septimo die saltum septimum] Apud Hippocratem non satis certa est lectio. In ed. Francof. legitur: *καὶ ἑπταίη ἤδη ἐπεὶ ἐπεπήδητο*, sed adnotatur: „Quaedam exemplaria mss. Vaticana: *ἕπτατος ἤδη ἐπεὶ ἐπεπήδητο* legunt, et sic Aldini codices. Galenus vero lib. de foetuum form. *ἐπεὶ ἑπτάκις ἐπεπήδητο*, lib. autem de Semine: *καὶ ἐπειδὰν ἑπτάκις ἐπεπήδητο.*"

ne gravida maneret, orantem] i. e. orantem, ut prohiberet, ne gravida maneret. Ceterum vid. not. ad I, 17, 8.

imperaverat saltibus concitari] Vid. not. ad II, 1, 10.

65. *Straton et Diocles ... dispensant*] Similem partitionem Hippo-

corporis fabricam hac observatione dispensant, ut hebdomade secunda credant guttas sanguinis in superficie folliculi de quo diximus apparere, tertia demergi eas introrsum ad ipsum conceptionis humorem, quarta humorem ipsum coagulari, ut quiddam velut inter carnem et sanguinem liquida adhuc soliditate conveniat, quinta vero interdum fingi in ipsa substantia humoris humanam figuram, magnitudine quidem apis, sed ut in illa brevitate membra omnia et designata totius corporis liniamenta consistant.
Ideo autem adiecimus *interdum*, quia constat, quotiens quinta 66
hebdomade fingitur designatio ista membrorum, mense septimo
maturari partum. Cum autem nono mense absolutio futura est, [38]
siquidem femina fabricatur, sexta hebdomade membra iam dividi:
si masculus septima. Post partum vero utrum victurum sit 67
quod effusum est, an in utero sic praemortuum ut tantummodo spirans nascatur, septima hora discernit. Ultra hunc enim horarum numerum quae praemortua nascuntur aeris halitum ferre non possunt: quem quisquis ultra septem horas sustinuerit, intellegitur ad vitam creatus, nisi alter forte, qualis perfectum potest, casus eripiat. Item post dies septem iactat reliquias umbi- 68
lici, et post bis septem incipit ad lumen visus eius moveri, et post septies septem libere iam et pupulas et totam faciem vertit ad motus singulos videndorum. Post septem vero menses dentes 69
incipiunt mandibulis emergere, et post bis septem sedet sine casus timore: post ter septem sonus eius in verba prorumpit, et post quater septem non solum stat firmiter sed et incedit: post quinquies septem incipit lac nutricis horrescere, nisi forte ad patientiam longioris usus continuata consuetudine protrahatur.
Post annos septem dentes qui primi emerserant aliis aptioribus 70
ad cibum solidum nascentibus cedunt, eodemque anno, id est septimo, plene absolvitur integritas loquendi: unde et septem voca-

[Edd. vicahgspdzb.

sanguinis guttas F. *guttam sanguinis* „LB.“ — *dimergi* BF. *die mergi* G. — *eam* „LB.“ — *quarta vero* Bᴇʀ. — *ac sanguinem* R2. — *apis quidem magnitudine* Bᴇʀ. — *sed brevitas humanae figurae ut illa brevitate* (sup. add. *in*) R1. — *liniamenta* BFSR2v-h. *lineamenta* R1g-b PGBᴇʀ. 66. *Ideo* (om. *autem*) F. — *dicimus* R1. — *sexta fabricatur hebdomade* F. — *membra iam* BFR1G „libri vett., et recte: nam id maiorem temporis festinationem notat, ut cap. 13 [§ 2.].“ Gron. *iam membra* v-gbBᴇʀ. *membra* (om. *iam*) SR2Ps-z. — *septima hora discern.* Bᴇʀ. 67. *sic praemortuum* BFS. *praemortuum sic* R2. *sic praemortuo* R1. *sit praemortuum* Edd.PGBᴇʀ. — *ultra enim hunc* F. — *numerum horarum* F. *horarum spatium vel numerum* Bᴇʀ. — *aeris abitum* R1. — *quisque* v. 68. *eius visus* R2. — *libere quadraginta dies* (del. *quadraginta*) R1. — *pupillas* R1. — *convertit* chg (g in mg. *vertit*). 69. *quater* (sup. add. *VII*) *duos annos et tres menses non solum* R1. — *sed incedit* (om. *et*) LTʀ.Bᴇʀ. — *quinquies septem .i. tertio dimidio anno* R1. — *horrere* F. 70. *aliis validi-*

crati tribuit Favonius Eulogius p. 406. Or. *Hippocrates Cous, naturae scrutator egregius, hunc numerum in libris quos περὶ ἑβδομάδων appellat, ait creandis inesse temporibus. Nam semen fusum et fomite matris excecptum septimo die in sanguinem commutari, septimo mense perfici* etc.

66. *Cum ... futura est, ... membra iam dividi*] Indicativus, ut saepius, in oratione obliqua ponitur pro coniunctivo.

les literae a natura dicuntur inventae, licet Latinitas easdem modo
longas modo breves pronuntiando quinque pro septem tenere
maluerit, apud quos tamen, si sonos vocalium non apices nume-
71 raveris, similiter septem sunt. Post annos autem bis septem ipsa
[39] aetatis necessitate pubescit: tunc enim moveri incipit vis genera-
tionis in masculis et purgatio feminarum. Ideo et tutela puerili
quasi virile iam robur absolvitur: de qua tamen feminae propter
72 votorum festinationem maturius biennio legibus liberantur. Post
ter septenos annos genas flore vestit iuventa, idemque annus
finem in longum crescendi facit: et quarta annorum hedomas in-
73 pleta in latum quoque crescere ultra iam prohibet. Quinta omne
virium, quantae inesse unicuique possunt, conplet augmentum:
nulloque modo iam potest quisquam se fortior fieri. Inter pugi-
les denique haec consuetudo servatur, ut quos iam coronavere
victoriae nihil in se amplius in incremento virium sperent, qui
vero expertes huius gloriae usque illo manserunt a professione
74 discedant. Sexies vero septeni anni servant vires ante collectas,
nec diminutionem nisi ex accidenti evenire patiuntur. Sed a
sexta usque ad septimam septimanam fit quidem diminutio, sed
occulta et quae detrimentum suum aperta defectione non prodat.
Ideo nonnullarum rerum publicarum hic mos est, ut post sextam
ad militiam nemo cogatur: in pluribus datur remissio iusta post
75 septimam. Notandum vero, quod, cum numerus septem se mul-
tiplicat, facit aetatem quae proprie perfecta et habetur et dicitur,
adeo ut illius aetatis homo (utpote qui perfectionem et attigerit
iam et necdum praeterierit) et consilio aptus sit nec ab exercitio
76 virium alienus habeatur. Cum vero decas, qui et ipse perfectis-
simus numerus est, perfecto numero, id est ἑπτάδι, iungitur, ut
[40] aut decies septeni aut septies deni conputentur anni: haec a

Mss. BFSPR12GBER.]

*oribus H*1. — *apud quosdam tamen* F. — *tamet* (sup. add. *si*) B. — *sonus* P. — *septem erunt* BER. 71. *Post autem* (om. *annos*) v. — *ipsa aetas necessitate pubescit* a; corrigit Mod. N. L. p. 321. *ipsa aetatis necessitas, pubescit* „legendum censuit Ios. Scaliger in Elencho Orationis chronologicae p. 69.“ Pont — *puerili* Gs-bPBER. *puerilis* R1. *pueruli* F. *puerib;* B. *pueri* SR2*H*2 „membr.“ l. c. *pueris* v-gE1. — *virile robur* (om. *iam*) F. *virile robur iam* R2. *iam in virile robur* BER. — *liberantur legibus* F. 72. *ter septem* F. *ter VII* BER. — *flore genas* s-bPBER. — *idem* (sup. add. *que*) R1. — *abdomada* (sup. *as*) R1. *hebdomade H*2. — *iam ultra* R2. 73. *omnium virium* R1. — *nullique* g. — *iam modo* R12. *modo* (om. *iam*) v. — *quis fortior* (sup. *quam se*) R1. — *pugiles quoque* F. — *quos* (om. *iam*) L. — *nisi de se* (sup. *nil*) R2. — *in incremento* BSPR1v-pG. *incremento* (om *in*) R2BER. *in incremento* om. F. *incrementa* (om. *in*) BAR. *in incrementis* d-b. *in crementis* „Mss.“ Gron. ad § 61. — *gloriae huius* v. *gloriae* (om. *huius*) *H*1. 74. *septem* FGs-bPBER. — *accidente* F. — *demunitio* (sup. *minu*) B. — *is mos* v-g. — *detur* gG. 75. *qui iam perfectionem* cahg. — *attingerit* B (R2 eras. *n*). — *iam* om. R2cahg. — *sit aptus* F. 76. *decadas* G. *decus* R1. — *est numerus* F. — *eptadi* FR1. *eptadis* BER. — *septeni* R2v*H*1 (GR.2 in mg.) BAR. „Li-

71. *votorum*] Cf. Apulei. Metam. IV, p. 293. *votis nuptialibus pacto iugali destinatus*, et Florid. p. 18. *togam parari et voto et funeri*, et inprimis Petron. c. 4. *cum ad vota properant*.

73. *se fortior*] Intellige: fortior quam illa aetate est. Cf. Sat. VII,

physicis creditur meta vivendi, et hoc vitae humanae perfectum spatium terminatur. Quod si quis excesserit, ab omni officio vacuus soli exercitio sapientiae vacat, et omnem usum sui in suadendo habet, aliorum munerum vacatione reverendus: a septima enim usque ad decimam septimanam pro captu virium quae adhuc singulis perseverant variantur officia. Idem numerus totius 77
corporis membra disponit. Septem sunt enim intra hominem quae a Graecis nigra membra vocitantur, lingua cor pulmo iecur lien renes duo: et septem alia cum venis ac meatibus quae adiacent singulis ad cibum et spiritum accipiendum reddendumque sunt deputata, guttur stomachus alvus vesica et intestina principalia tria: quorum unum dissiptum vocatur, quod ventrem et cetera intestina secernit: alterum medium, quod Graeci *μεσέντερον* dicunt: tertium, quod veteres hiram vocarunt, habeturque praecipuum intestinorum omnium, et cibi retrimenta deducit. De spi- 78

[Edd. vicahgepdzb.

ber optimus (i. e. L1) *septeni.* Sane etiam sequitur *aut septies deni.*" Gron. Adde § 74. *sexies septeni. septem* i-gGV23. *septē* BR1. *VII* F L2Gr.12. — *vitae spatium perfectum humanae* F. — *quod quisquis* R1 Ber.v-gG. — *ecesserit* R1. — *exercio sapientia* B. — *munerum* om. (rel. lac.) R1. — *ad usque decimam* Ber. 77. *sunt enim* BFGBer.L Tr. *enim sunt* SR12Edd.P. — *vocantur* Ber. — *et meatibus* Edd.Ber. — *recipiendum* F. — *guttur vesica alvus stomachus* R2. — *et cetera intestina princ.* R2. *et intestina. Principalia* R1. — *un'* B. „Faciendum cum Fruterio, *imum dissiptum.*" Pont. Contra Zeunio plane inepta esse videtur haec emendatio. — *dissiptum* BFSs-zR12. *dissipium* v-g. *disseptum* bPBer. (hg in mg.). Probat Zeun., quod a Celso diceretur septum transversum. *deseptum* G. — *quod mesenteron vocant* (om. *Graeci*) R1. — *μεσεντερίον* cag. *messenteron* i. — *quod Greci hiram dicunt* F. — *iram* SR2v. *hyram* R1g. *hiran* Ber.ca. *hyran* i. *hira* (sup. add. *m*) G. — *vocaverunt* Ber.chgG. — *praecipium* Bar. *principium* FSvL1 a p. m. „*Praecipuum* intelligi potest vel usu vel dignitate, cf. Sat. VII, 9 [§ 22.]. Itaque nihil nunc sollicitandum pronuntiarem, nisi in duobus libris obveniret *principium*, unde fortassis: *habetque principium.* Sulpic. Sever. in hist. sac. *maiorem minoris subdendum esse principio*, notante Barthio. Adde Lips. ad Tac. Ann. I [c. 61.]." Gron. Scripturam *principium* probat Zeun. Vid. not. — *cibi* om. (rel. lac.) R1. — *detrimenta*

16, 22. *ut hoc solo a se differat, quod maior minorve sit.*

76. *aliorum munerum vacatione reverendus*] i. e. cum ei reverentiae causa aliorum munerum danda sit vocatio.

77. *dissiptum*] „*Dissiptum* disseptum est, ut *consiptum* Festo. Celso *septum* memini dictum. Graecis *διάφραγμα* est." Pont.

μεσέντερον] „Cum distinguatur a diaphragmate hoc loco et intestino recto, haut dubie intelliguntur ea intestina, quae Celso dicuntur *ieiunum*, *tenuius*, *crassius* et *coecum intestinum.*" Zeun.

quod veteres hiram vocarunt habeturque praecipuum intestinorum] „*Hiram* intestinum rectum ab auctore intelligi, quod excrementa cibi eiiciat, dubium non est e loci contextu. Sed obstat auctoritas Festi, qui: *Hira*, inquit, *quae deminutive dicitur hilla*, *quam Graeci dicunt νῆστιν*, *intestinum est*, *quod ieiunum vocant.* [Vid. Paul. Diac. s. h. v.] At Festi auctoritas nobis non tanta videtur, ut Macrobium erroris accusemus. Nam de aliis quoque intestinis hiram dici non modo Nonius docet, sed et locus Plauti Curc. II, 1, 23. comprobat: ... *hirae omnes dolent.* Verbo autem *praecipuum* noster videtur respexisse originem nominis *ἀρχοῦ*, quo intestinum rectum Hippocrati appellari constat, vel ob usum, quem praestat, vel, quod probabilius existimandum est, ob situm. Nam quemadmodum a Celso stomachus,

ritu autem et cibo, quibus accipiendis, ut relatum est, atque reddendis membra quae diximus cum meatibus sibi adiacentibus obsecuntur, hoc observatum est, quod sine haustu spiritus ultra
79 horas septem, sine cibo ultra totidem dies, vita non durat. Septem quoque sunt gradus in corpore qui dimensionem altitudinis ab imo in superficiem conplent, medulla os nervus vena arteria
80 caro cutis. Haec de interioribus. In aperto quoque septem sunt corporis partes, caput pectus manus pedesque et pudendum.
[41] Item quae dividuntur non nisi septem conpagibus iuncta sunt: ut in manibus est humerus brachium cubitus vola et digitorum nodi terni, in pedibus vero femur genu tibia pes ipse, sub quo
81 vola est, et digitorum similiter nodi terni. Et quia sensus eorumque ministeria natura in capite velut in arce constituit, septem foraminibus sensuum celebrantur officia, id est oris ac deinde oculorum narium et aurium binis: unde non inmerito hic numerus, totius fabricae dispensator et dominus, aegris quoque corporibus periculum sanitatemve denuntiat. Immo ideo et septem motibus omne corpus agitatur: aut enim accessio est aut recessio aut in laevam dextramve deflexio aut sursum quis seu deorsum
82 movetur aut in orbem rotatur. Tot virtutibus insignitus septenarius, quas vel de partibus suis mutuatur vel totus exercet, iure plenus et habetur et dicitur. Et absoluta, ut arbitror, ratione iam constitit, cur diversis ex causis octo et septem pleni vocen-
83 tur. Sensus autem hic est: Cum aetas tua quinquagesimum et sextum annum conpleverit, quae summa tibi fatalis erit, spes quidem salutis publicae te videbit, et pro remediis communis bonorum omnium status virtutibus tuis dictatura debebitur, sed si evaseris insidias propinquorum. Nam per *septenos octies solis amfractus reditusque* quinquaginta et sex significat annos, *amfractum solis et reditum* annum vocans: *amfractum* propter zodiaci ambitum, *reditum,* quia eadem signa per annos singulos certa lege metitur.

Mss. BFSPR12GBER.]

R12BER.v. 78. *de meatibus* v. *commeantibus* BER. — *servatum* (sup. add. *ob*) R2. — *sine cibi* s-z. *sine* (om. *cibo*, rel. lac.) R1. — „*ultra totidem dies* BAR.TR. addunt *sustentatione*" quod videtur pertinere ad *cibi*. 79. *sunt quoque* R1Gviaa-bPBER. 80. *brachia* BER. — *terni nodi* ch-bPBER. — *nodi terni similiter* chg. *nodi terni* (om. *similiter*) B. 81. *septem foribus* R1. — *auriumque* F. — *totius* om. P. — *nuntiat* R2. — *immo et ideo* R1. *immo vero ideo et* S. *immo et septem motibus ideo* F. — *ascensio* BER. — *aut deorsum* G. 82. *constitit* (om. *iam*) R1. *iam consistit* F (R2 sup. *vel constitit*). 83. *conpleverat* (sup. *it*) B. — *summa quidem fatalis* R1. — *spes salutis quidem* R2. — *videbit te* R1.

h. e. oesophagus, recte *principium intestinorum* vocatur, si descendis: ita etiam, si ascendere lubet, rectum istud *princeps* seu *principuum intestinorum omnium* dici potest merito." ZEUN. Ceterum conf. apparerit, et observes nominativum pronominis *quod* ex accusativo intelligendum. Conf. Sat. VII, 15, 13.

Quod autem Alcaeus poeta dixit et vulgo canitur.

81. *sensus ... natura in capite, velut in arce, constituit*] Gron. confert: „Minut. Fel. [c. 17.] *omnes ... sensus velut in arce compositi.* Solin. in praef. *Sicut ... ante omnia effigiant modum capitis, nec in alia membra prius lineas desti-*

VII. Hic quidam mirantur, quid sibi velit ista dubitatio, 1
si effugeris, quasi potuerit divina anima et olim caelo reddita at- [42]
que hic maxime scientiam futuri professa nescire, possitne nepos suus an non possit evadere: sed non advertunt hanc habere legem omnia vel signa vel somnia, ut de adversis oblique aut denuntient aut minentur aut moneant. Et ideo quaedam cavendo 2
transimus, alia exorando et litando vitantur: sunt ineluctabilia, quae nulla arte, nullo avertuntur ingenio. Nam, ubi ammonitio est, vigilantia cautionis evaditur: quod adportant minae, litatio propitiationis avertit: numquam denuntiata vanescunt. Hic sub- 3
icies: unde igitur ista discernimus, ut possit cavendumne an exorandum an vero patiendum sit deprehendi? Sed praesentis operis fuerit insinuare, qualis soleat in divinationibus affectata confusio, ut desinas de inserta velut dubitatione mirari: ceterum in suo quoque opere artificis erit signa quaerere, quibus ista discernat, si hoc vis divina non inpedit; nam illud:

— *Prohibent nam cetera Parcae*
Scire,

Maronis est ex intima disciplinae profunditate sententia. Divul- 4
gatis etiam docemur exemplis, quam paene semper, cum praedi- [43]
cuntur futura, ita dubiis obserantur, ut tamen diligens (nisi divi-

[Edd. vicahgapdzb.

VII. *Caput VII Obscura involutaque semper esse somnia ac signa* (*signa ac somnia* chg) *de adversis; et tamen semper subesse aliquid, quo possit quoquo modo deprehendi veritas, modo diligens adsit scrutator.* ch-b.
1. *Hic* (sup. *n*) F. — *si effugeris*] Somn. II, 2. — *atque hic* (sup. *n*) F. *atque hinc H2.* — *scientiam veri professa H2.* — *possit* (sup. add. *ne*) R1. — *avertunt* Ber. 2. *cavenda* R1. — *sunt* BR12G. *alia sunt* FSs-bPBer. *sunt alia* v-g. — *inevitabilia* L a sec. m. — *nulloque* FBer. — *avertantur* R1. — *apportent* h. — *evanescunt* Bar. Tr. 3. *decernimus* „habetur Oxonii; id est diiudicamus. *Discernimus* est separamus, cui locus hic non est.“ Gron. — *insinuari* s-z. — *affecta* (sup. add. *ta*) R2. — *de inserta* (om. *velut*) B. *velut de inserta* ihg. *de incerta velut* R1v. *velut de incerta* oa. — *de iis* (sc. divinationibus) *inserta velut*, vel *de iis incerta velut rimari* coni. Zeun. — *nisi hoc* cahg. — *non* om. cahg. — *impediat* cahghP. — *Prohibent*] Aen. III, 379. — *scire parcae* R1. — *intima* (sup. add. *ex*) R2. — *scientia H2.* 4. *quam plene* v-g; Mod. N. L. p. 181. emendat *quam pene*. *quam* (om. *paene*) Ber. — *cum praedicaret* R1. — *dubiis servantur H2.* — *diligens scrutator* Edd. *diligens intuitor* Tr. In L

nant, quam ab ipsa, ut ita dixerim, figurarum arce auspicium faciant inchoandi. Lactant. de opif. dei c. 8. *Eius* (hominis) *prope divina mens in summo capite collocata, tamquam in arce sublimis speculatur omnia et contuetur.*“ Communis fons esse videtur Cic. Nat. D. II, 56. *Sensus ... in capite, tamquam in arce ... collocati sunt;* cf. Tusc. I, 10.

VII, 3. *ut desinas de inserta velut dubitatione mirari*] Sensus loci paulo obscurior esse videbatur Zeunio, ut flagitaret verbum *rimari*, i. e. diligenter et curiose inquirere. (Vid. appar. crit.) At omnia plana sunt, dummodo interpreteris: ut desinas mirari, quod velut dubitatio inserta sit. Cf. § 9.

4. *docemur exemplis, quam paene semper ... obserantur*] Sic saepius in interrogatione indirecta ponitur indicativus. Conf. II, 13, 9. Sat. VII, 14, 8; VII, 16, 10. Vid. not. ad I, 4, 4. et I, 17, 7.

diligens] durius sane dicitur pro: *qui diligens sit:* quare alii alia addiderunt substantiva.

nitus, ut diximus, inpeditur) subesse repperiat apprehendendae vestigia veritatis: ut ecce Homericum somnium a Iove, ut dicitur, missum ad conserendam futuro die cum hostibus manum sub aperta promissione victoriae spem regis animavit: ille, velut divinum secutus oraculum, commisso praelio, amissis suorum pluri-
5 mis vix aegreque in castra remeavit. Num dicendum est deum mandasse mendacium? Non ita est: sed, quia illum casum Graecis fata decreverant, latuit in verbis somnii, quod animadversum vel ad vere vincendum vel ad cavendum saltem potuisset in-
6 struere. Habuit enim praeceptio, ut universus produceretur exercitus: at ille sola pugnandi hortatione contentus non vidit, quid de producenda universitate praeceptum sit, praetermissoque Achille, qui tunc recenti lacessitus iniuria ab armis cum suo milite feriabatur, rex progressus in praelium et casum qui debebatur excepit, et absolvit somnium invidia mentiendi, non omnia
7 de imperatis sequendo. Parem observantiae diligentiam Homericae per omnia perfectionis imitator Maro in talibus quoque rebus optinuit. Nam apud illum Aeneas ad regionem instruendo regno fataliter eligendam satis abundeque Delio instructus oraculo, in
8 errorem tamen unius verbi relapsus est. Non quidem fuerat locorum quae petere deberet nomen insertum: sed, cum origo ve-
[41]tus parentum sequenda diceretur, fuit in verbis, quod inter Cretam et Italiam, quae ipsius gentis auctores utraque produxerant, magis ostenderet et, quod aiunt, digito demonstraret Italiam. Nam cum fuissent inde Teucer hinc Dardanus, vox sacra sic alloquendo: *Dardanidae duri,* aperte consulentibus Italiam, de qua Dardanus profectus esset, obiecit appellando eos parentis illius
9 nomine, cuius erat origo rectius eligenda. Et hic certae quidem denuntiationis est, quod de Scipionis fine praedicitur: sed gratia conciliandae obscuritatis inserta dubitatio dicto tamen quod initio somnii continetur absolvitur. Nam cum dicitur: *Circuitu naturali*

Mss. BFSPR12GBER.]

lacuna est ante, *diligens* cui supra scriptum est *auditor*. — *nisi ut diximus divinitus* BER. — *impediatur* v-gbBER., Mod. l. c. *impedit'* R2. — *apprehendendum* P. *deprehendendae* H. — *regis animavit spem* R2. — *divinum velut* R2. — *suorum* Sv3-bBER. *suorum* om. G. *servorum* BFPR12vl. — *revexit* R1. 5. *vel ad cavendum* (sup. add. a sec. m.) F. *vel ad vere cavendum* BER. 6. *illa praeceptio* LH2. — *exercitus produceretur* R2. — *quod* BER. — *cum milite* (om. *suo*) BER. — *progressus* add. a sec. m. F. — *casus* BER. 8. *Nam quidem* R1. *non equidem* agb. — *locorum fuerat* Edd.SPG. — *produxerat* R1. — *et aiunt* (om. *quod*) R1. — *demonstrarent* B. *monstraret* R1. — *fuisset* G (B sup. scr. *n*). — *sacra sit* R1. — *alloquenda* P. — *Dardanidae*] Aen. III, 94. — *profectus est* BL. — *appellantes* R1. — *parentis ipsius* FR1. — *erat* add. a sec. m. R2. 9. *Et hic* (corr. in *hoc*) BER. *Et hic modus* TR. — *denominationis* G. — *est qui* L. — *indicio* v-g; „vitiose" Zeun.; emendavit Mod. N. L. p. 322. *in initio* B. — *continetur somnii* R2. — *obsolvitur* P. — *Circuitu*] Somn. II, 2. — *naturalis*

Homericum somnium] „Iliad. β' ab initio. Caeterum Clarkius ad l. l. recte Macrobii de hoc somnio interpretationem dicit minutias et meras nugas." ZEUN.

8. *inde Teucer, hinc Dardanus*] Conf. Virgil. Aen. III, 104 sqq. et 167 sqq. et VII, 240 sqq. et Heynii excurs. V et VI ad librum III.

summam tibi fatalem confecerint, vitari hunc finem non posse pronuntiat. Quod autem Scipioni reliquos vitae actus sine offensa dubitandi per ordinem rettulit, et de sola morte similis visus est ambigenti, haec ratio est, quod, sive dum humano vel maerori parcitur vel timori, seu quia utile est hoc maxime latere, pronius cetera oraculis quam vitae finis exprimitur, aut, cum dicitur, non sine aliqua obscuritate profertur.

VIII. His aliqua ex parte tractatis progrediamur ad reli- 1
qua: *Sed, quo sis, Africane, alacrior ad tutandam rem publicam,* [45]
sic habeto: omnibus, qui patriam conservaverint adiuverint auxerint, certum esse in caelo definitum locum, ubi beati aevo sempiterno fruantur. Nihil est enim illi principi deo, qui omnem mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius quam concilia coetusque hominum iure sociati, quae civitates appellantur. Earum
rectores et servatores hinc profecti huc revertuntur. Bene et opor- 2
tune, postquam de morte praedixit, mox praemia bonis post obitum speranda subiecit: quibus adeo a metu praedicti interitus cogitatio viventis erepta est, ut ad moriendi desiderium ultro animaretur maiestate prómissae beatitudinis et caelestis habitaculi. Sed de beatitate quae debetur conservatoribus patriae pauca dicenda sunt, ut postea locum omnem, quem hic tractandum rece-
pimus, resolvamus. Solae faciunt virtutes beatum, nullaque alia 3
quisquam via hoc nomen adipiscitur. Unde qui aestimant nullis nisi philosophantibus inesse virtutes nullos praeter philosophos beatos esse pronuntiant. Agnitionem enim rerum divinarum sapientiam proprie vocantes eos tantummodo dicunt esse sapientes qui superna et acie mentis requirunt et quaerendi sagaci diligentia conprehendunt et, quantum vivendi perspicuitas praestat, imi-

[Edd. vicahgspdzb. P. — *tibi* om. Ber. — *confecerit* PR2. — *sine ostensa* B. — *similis* add. sup. R1. — *est visus* Edd.PBer. — *seu quod utile* v-g.

VIII. *Caput VIII. Quattuor esse virtutum genera, politicas, purgatorias, animi purgati, et exemplares: et cum virtus beatos efficiat, sitque primum illud virtutum genus in rerumpublicarum gubernatoribus, ideo hos utique fore felices.* ch-b. 1. *ex aliqua parte* Ber. — *Sed*] Somn. III, 1. — *tuendam* Ber. — *Omnibus qui patriam usque earum rectores* (omissis reliquis Ciceronis verbis) F. — *conservarint* BR2s-bP. — *diffinitum* R1v1. *difinitum* R2. *ac definitum* Tr. — *nihil enim est* R2. — *et cetus* R2. — *harum* Somn. l. c. et infra c. 9, § 1. Mss. et Edd. omnes. — *conservatores* Tr. 2. *praedicti a metu* R1. — *erepta* BFPR12GBer.Bar.Ben.L*H*2. *erecta* Edd.S. — *beatitudine* FR1*H*1. — *recipimus* R1*H*1. — *resolvamus* Mss. Gr.12L12V13. *revolvamus* b*H*12 „libri [i. e. unus Leid. V2, et Angl. L a sec. m.], et sic auctor scripsit. Vid. sup. cap. 6 [§ 21.] et lib. II, cap. 4 [§ 1.]" Gron. 3. *quia aestimant* P. *qui existimant* Edd.SR2. — *pronuntiant esse beatos* G. — *dicunt esse* om. Ber. — *et acie* BFSPR2Ber. „Angl." *ex acie* v. *acie* (om. *et*) R1i-bG. — *exquirunt* *H*2. — *quaerendi veri* *H*2. — *videndi*

VIII, 2. *a metu ... erepta est*] Si quis de hac constructione dubitaverit, is conferat Cic. ad Fam. IX, 13, 1. *ut nulla ratione ab illa miseria se eripere posset;* de Div. II, 10, 25. *quod Sarpedonem filium a morte contra fatum eripere non posset.*

resolvamus] Cf. Lucret. V, 771. *Qua fieri quicquid posset ratione resolvi.* Si libri Mss., ut ait Gronovius, exhiberent *revolvamus*, hoc praeferrem, quod legitur etiam II, 12, § 2.

tantur: et in hoc solo esse aiunt exercitia virtutum, quarum sic
4 officia dispensant. Prudentiae esse mundum istum et omnia quae in mundo insunt divinorum contemplatione despicere omnemque animae cogitationem in sola divina dirigere: temperantiae omnia relinquere, in quantum natura patitur, quae corporis
[46] usus requirit: fortitudinis non terreri animam a corpore quodammodo ductu philosophiae recedentem, nec altitudinem perfectae ad superna ascensionis horrere: iustitiae ad unam sibi huius propositi consentire viam uniuscuiusque virtutis obsequium. Atque ita fit, ut secundum hoc tam rigidae definitionis abruptum
5 rerum publicarum rectores beati esse non possint. Sed Plotinus inter philosophiae professores cum Platone princeps libro de virtutibus gradus earum vera et naturali divisionis ratione conpositos per ordinem digerit. Quattuor sunt, inquit, quaternarum genera virtutum. Ex his primae politicae vocantur, secundae pur-
6 gatoriae, tertiae animi iam purgati, quartae exemplares. Et sunt politicae hominis, quia sociale animal est. His boni viri rei publicae consulunt, urbes tuentur: his parentes venerantur, liberos amant, proximos diligunt: his civium salutem gubernant: his socios circumspecta providentia protegunt, iusta liberalitate devinciunt: hisque

— *sui memores alios fecere merendo.*

Mss. BFSPR12GBer.] coni. Zeun. — *et hoc* (om. *in*) *H*1. — *aiunt exercitio esse virtutes* R1. — *officia sic* R1Edd.PBer. 4. *istum* om. Ber. — *in mundo insunt* BEdd.PG. *mundo insunt* (om. *in*) FSR2Ber. *in mundo sunt* R1. — *contemplationem* G. — *disspicere* *H*2. — *non altitudinem* Ber. — *propositi huius* F. *huius praepositi* v. — *virtutis officium* Ber. — *tam diffinitionis rigidae* R2. *tam rig. diffinitionis* FR1G. — *possunt* (sup. *sint*) F. Post hoc verbum in R2 est spatium vacuum trium ferme digitorum.

5. *sed protinus* R1. — *inter philosophie* (*ie* sup. ras. adscr.) *eiusque professores* R2. — *processores* R1. — *libros* B. *in libro* Ber.Tr. Ben. — *carum gradus* R2. — *degerit* G. 6. *quia* Mss.v-gbTr. Ben. *qui* *H*2. *qua* s-z (h in mg.). — *urbesque* R1. — *diligunt proxi-*

3. *quantum vivendi perspicuitas praestat*] Zeunius reponendum putavit *videndi perspicuitas*, quae ei esse videtur „illa sapienti concessa facultas, quae humanam intelligentiam non superant, indagat et cognoscit, et huic cognitioni convenienter vivit.“ At *videndi perspicuitas* iuncta cum verbo *imitantur* mihi non satis placet. Expli caverim potius id quod vulgo legitur: „quantum in vita, quae sub oculos cadat, fieri potest,“ dum quid melius proferatur. Conf. § 4. *in quantum natura patitur, quae corporis usus requirit.*

4. *ad unam ... obsequium*] Iungas: *ad unam huius propositi* (i. e. perfectae ad superna ascensionis) *viam sibi consentire uniuscuiusque virtutis obsequium.*

abruptum] Gron. confert Quintil. Decl. 4. *in novissimo fati stamus abrupto*, Decl. 5. *in tristissimae necessitatis positus abrupto.*

rerum publicarum rectores beati esse non possint] „Ἄνευ φιλοσοφίας καὶ νοῦ negat Socrates apud Platonem in Phaedone 31. quemquam satis a vitiis corporis purgari: et si vel maxime ἐξ ἔθους et μελέτης consequatur temperantiam atque iustitiam, quam δημοτικὴν et πολιτικὴν ἀρετὴν vocat; non tamen tales politicos homines pervenire post mortem corporis ad sedes beatorum, ad quas non nisi philosopho a corporis contagione dudum liberato et purgato aditus pateat; sed iterum detrudi ad genus quoddam politicum et mansuetum, veluti apum, formicarum, aut hominum, ubi ex illis ita fiant ἄνδρες μέτριοι.“ Zeun.

Et est politici prudentiae ad rationis normam quae cogitat quae- 7
que agit universa dirigere ac nihil praeter rectum velle vel facere humanisque actibus tamquam divinis arbitriis providere; prudentiae insunt ratio intellectus circumspectio providentia docilitas cautio: fortitudinis animum supra periculi metum agere nihilque nisi turpia timere, tolerare fortiter vel adversa vel prospera; fortitudo praestat magnanimitatem fiduciam securitatem magnificentiam constantiam tolerantiam firmitatem: temperantiae nihil appetere poenitendum, in nullo legem moderationis excedere, sub [47]
iugum rationis cupiditatem domare; temperantiam secuntur modestia verecundia abstinentia castitas honestas moderatio parcitas sobrietas pudicitia: iustitiae servare unicuique, quod suum est; de iustitia veniunt innocentia amicitia concordia pietas religio affectus humanitas. His virtutibus vir bonus primum sui atque 8
inde rei publicae rector efficitur, iuste ac provide gubernans humana, non deserens. Secundae, quas purgatorias vocant, hominis sunt qui divini capax est, solumque animum eius expediunt qui decrevit se a corporis cogitatione purgare et quadam humanorum fuga solis se inserere divinis. Hae sunt otiosorum qui a

[Edd. vicahgspdzb. *mos* R1. — *libertate H*2. — *sui*] Aen. VI, 664. 7. *Et* (om. *est*) R1. — *politici prudentiae* Ber.i. *politici prudentia* BFSR12Gvs-z. *politicae prudentiae* cahgb. *politicae prudentia* P. — *praeter recte* P. — *divinis arbitriis* BSR2Bar.LBen. *divinis arbitris* (F sup. add. *i*) PR1Gvi s-z*H*1. *divis arbitris* cahgbBer. „quod placet.“ Pont. — *praesidere* coni. Pont. coll. Arnob. lib. III [c. 23.] *eos* (deos) *his artibus praesidere*, et iterum [c. 39.]: *praesidentibus divis*. Sed Gron. defendit *providere* coll. Sat. I, 16, 6. *negotiis provisuri*. Adde h. l. *providentia* et § 8. *provide*. — *et intellectus* F. — *fortitudinis est* Edd.P. — *sub iugo H*1. — *cupiditatem* om. F. — *honestas* om. s-z. E Mss. revocari voluit Gron. — *amicitiae H*1. — *pietas humilitas religio* Ber. — *affectus humilitas* L a sec. m. 8. *primum sui suorumque* Bar. — *ac rei p.* (om. *inde*) R1. — *divina non deserens* i-b. — *decreverit* F. — *a corporis cogitatione purgare* BSR1G. *a corporis purgare cogitatione* F. *a corporis contagione purgare* Edd.PBer. — *Haec sunt* BFSPR2va. — *ab re-*

7. *Et est politici prudentiae*] Secutus sum solum cod. Ber., quia cum reliquorum codicum lectione non quadrant ea quae sequuntur: *fortitudinis temperantiae iustitiae*, propter quae Zeun. probavit scripturam *politicae prudentiae*. At sic verba *cogitat* et *agit* carent subiecto.

8. *gubernans humana, non deserens*] Opponuntur ea quae sequuntur: *qui decrevit se a corporis cogitatione purgare et quadam humanorum fuga solis se inserere divinis*.

quas purgatorias vocant] „Praeclare et apposite Pythagorae interpres Hierocles: *Φιλοσοφία ἐστὶ ζωῆς ἀνθρωπίνης κάθαρσις καὶ τελειότης· κάθαρσις μὲν ἀπὸ τῆς ὑλικῆς ἀλογίας καὶ τοῦ θνητώδους σώματος, τελειότης δὲ τῆς οἰκείας εὐζωΐας ἀνάληψις πρὸς τὴν θείαν ὁμοίωσιν ἐπανάγουσα.*“ Pont.

et quadam humanorum fuga solis se inserere divinis] „Platonis haec omnia Pythagoraeque moneta percussa. Arnobius [II, 13.]: *Quid Plato vester in Theaeteto, nonne animo fugere suadet e terris, et circa illum semper (quantum fieri potest) cogitatione ac mente versari.*“ Pont.

a corporis cogitatione] Speciosa quidem est scriptura *contagione*, et legitur in libris cap. 11, § 12: *animae beatae ab omni cuiuscunque corporis contagione liberae*, sed illo ipso loco legitur: *quae vero appetentiam corporis ... desiderio latenti cogitaverit, pondere ipso terrenae cogitationis paulatim in inferiora delabitur*, et conf. supra

rerum publicarum actibus se sequestrant. Harum quid singulae
velint, superius expressimus, cum de virtutibus philosophantium
9 diceremus, quas solas quidem aestimaverunt esse virtutes. Tertiae
sunt purgati iam defaecatique animi et ab omni mundi huius
aspergine presse pureque detersi. Illic prudentiae est divina non
quasi in electione praeferre sed sola nosse, et haec, tamquam nihil
sit aliud, intueri: temperantiae terrenas cupiditates non reprimere
sed penitus oblivisci: fortitudinis passiones ignorare, non
vincere, ut *nesciat irasci, cupiat nihil:* iustitiae ita cum supera
et divina mente sociari, ut servet perpetuum cum ea foedus imi-
10 tando. Quartae sunt, quae in ipsa divina mente consistunt,
quam diximus *νοῦν* vocari: a quarum exemplo reliquae omnes
[46] per ordinem defluunt. Nam si rerum aliarum, multo magis virtutum
ideas esse in mente credendum est. Illic prudentia est
mens ipsa divina: temperantia, quod in se perpetua intentione
conversa est: fortitudo, quod semper idem est nec aliquando mutatur:
iustitia, quod perenni lege a sempiterna operis sui conti-
11 nuatione non flectitur. Haec sunt quaternarum quattuor genera
virtutum, quae praeter cetera maximam in passionibus habent
differentiam sui. Passiones autem, ut scimus, vocantur, quod
homines

— *metuunt cupiuntque, dolent gaudentque.*

Has primae molliunt, secundae auferunt, tertiae obliviscuntur, in
12 quartis nefas est nominari. Si ergo hoc est officium et effectus
virtutum, beare, constat autem et politicas esse virtutes: igitur
et politicis efficiuntur beati. Iure ergo Tullius de rerum publicarum
rectoribus dixit: *ubi beati aevo sempiterno fruantur:* qui, ut
ostenderet alios otiosis alios negotiosis virtutibus fieri beatos, non
dixit absolute nihil esse illi principi deo acceptius, quam civitates,
sed adiecit: *quod quidem in terris fiat,* ut eos qui ab ipsis
caelestibus incipiunt discerneret a rectoribus civitatum, quibus
13 per terrenos actus iter paratur ad caelum. Illa autem definitione
quid pressius potest esse, quid cautius de nomine civitatum?
Quam concilia, inquit, *coetusque hominum iure sociati, quae civi-*

Mss. BFSPR12GBer.]

rum publ. actibus F. *rer. publ. actibus* (om. *a*) R2. — *superius*] § 4. *existimaverunt* Edd.SBer. 9. *aspersione H*1. — *depressi* P. — *electione* (om. *in*) L. — *nosce* v1, ubi saepius *sc* legitur pro *ss*. — *nichil aliud sit* R1. — *non reperire* G. — *nesciat*] Iuvenal. X, 360. — *irasci nesciat* R2. — *cupiatque nichil* R1. — *superna* i-g. 10. *Quartae exemplares sunt* i-b (B in mg.). — *quem* R1 (R2 a p. m.). *quae* G. — *diximus*] cf. c. 2, § 14. — *omnes reliquae* v. — *fluunt* (om. *per ordinem*) R1. — *mutuatur* G. 11. *sui differentiam* F. — *metuunt*] Virg. Aen. VI, 733. — *cupiuntque dolent gaudentque* SR1Ber.v-gG „liber antiquissimus" Gron. Bar.L. *cupiunt dolentque gaudentque* F. *cupiuntque dolentque gaudentque* BP46. *cupiunt gaudentque dolentque* s-bPR2. 12. *beati* G. — *et politicis* BFR1G*H*1v. *et de politicis* Ber.R2. *ex politicis* i-bSP. — *ergo et Tullius* R2G. — *sempiterno aevo* F. — *esse beandos* (in mg. *fieri beatos*) F. — *nihil illi* (om. *esse*) F. — *in celum* F. 13. *diffinitione* FR12G. — *inquit* om. R1. — *civitates* (om. *quae*)

§ 4. et omnem animae cogitationem in sola divina dirigere, et cap. seq., *§ 3. nec deseruisse unquam caelum videtur, quod respectu et cogitationibus possidebat.* Conf. I, 5, 4.

tates appellantur. Nam et servilis quondam et gladitoria manus *concilia hominum* et *coetus* fuerunt, sed non *iure sociati.* Illa autem sola iusta est multitudo, cuius universitas in legum con- [49]
sentit obsequium.

IX. Quod vero ait: *Harum rectores et servatores hinc pro-* 1
fecti huc revertuntur, hoc modo accipiendum est. Animarum originem manare de caelo inter recte philosophantes indubitatae constat esse sententiae: et animae, dum corpore utitur, haec est perfecta sapientia, ut, unde orta sit, de quo fonte venerit, re-
cognoscat. Hinc illud a quodam inter alia seu festiva seu mor- 2
dacia serio tamen usurpatum est:

— *De caelo descendit Γνῶϑι σεαυτόν.*

Nam et Delphici vox haec fertur oraculi. Consulenti, ad beatitudinem quo itinere pervenerit: *Si te,* inquit, *agnoveris.* Sed et
ipsius fronti templi haec inscripta sententia est. Homini autem, 3
ut diximus, una est agnitio sui, si originis natalisque principii exordia prima respexerit, *nec se quaesiverit extra.* Sic enim anima virtutes ipsas conscientia nobilitatis induitur, quibus post corpus evecta eo unde descenderat reportatur, quia nec corporea sordescit vel oneratur eluvie, quae puro ac levi fomite virtutum rigatur, nec deseruisse umquam caelum videtur, quod respectu

[Edd. vicahgepdzb. Ber. — *concilia et cetus fuerunt hominum* R1. — *universitatis* Ber.

IX. *Caput IX. Quo sensu rerumpublicarum rectores e coelo descendisse eoque reverti dicantur.* ch-b. 1. *Harum*] Somn. III, 1. *Rectores harum* v. *earum rect.* cap. 8, § 1. Mss. et Edd. omnes. — *conservatores* R1Tr. — *et anima* R1. — *haec perfecta* (om. *est*) R1. — *et unde* R1. — *sit orta* F. — *et de quo* R1. 2. *a quodam*] i. e. Iuv. XI, 27. — *sive mordacia* FR1Ber. „Ms." — *e coelo* Iuv. edd. l. c. — *descendisti ΓΗΙΥΘΙ* R1. — *beatitudinem* BFSR1GBar.Ben.L. *beatitatem* R2 Edd.PBer. — *cognoveris* v. — *et* (om. *sed*) R1. — *in ipsius fronte* Ber.
3. *Hominis* Tr.Ben. — *ut diximus*] c. 8, § 3. — *una est agnitio ut diximus sui* Ber. — *originalis* H1. — *natalisque principii exordia* BS R1GBer.H12LBar. „binae membranae" Gron. qui addit: „Sic legendum. Solent enim hi scriptores, immo et meliores, sic πλεονάζειν. Sic superius [conf. c. 2, § 9. et c. 10, § 9.] bis dixit *caerimoniarum sacra.* Sed et *quaesiverit* duo (etiam L Ben.) habent." *naturalisque principii sui exordia* Ben. *principiique natalis exordia* R2. *fatalisque* (sup. *n*) *exordia* (om. *principii*) F. *natalisque principia exordia* v1 „chartaceus" Gron. *natalisque principia atque exordia* v3-bP. — *nec se*] Pers. I, 7. ubi quidem legitur *te quaesiveris.* *ne* R2. — *sic anima* (sup. add. *enim*) R2. — *continentia* H2. — *unde* (sup. add. *eo*) R2. — *nec incorporea* G. — *nec oneratur* ich-bP. — *et levi* P. *leni* (*fonte*) coni. Zeun. — *fomite* BFSR12GvBer.LBen. *fonte* i-bP. — *caelum videtur*

IX, 2. *consulenti*] „Oraculum Croeso datum: *Σαυτὸν γινώσκων εὐδαίμων Κροῖσε περάσεις.*" Camer. Tria alia oracula Delphis Croeso data affert Herodotus I, capp. 47, 53, 55.

fronti templi haec inscripta sententia est] Cf. Sat. I, 6, 6. et Pausan. X, 24, 1. Xenoph. Memor. IV, 2, 24. Plat. Alcib. I, p. 124 et 129. Charmid. p. 164. Phileb. p. 48 Steph.

3. *anima virtutes ... induitur*] Cf. c. 11, § 12. *corpus induitur;* et c. 3, § 6. *exuitur passiones,* ubi vid. not.

quae puro ac levi fomite virtutum rigatur] Haec opponuntur antecedentibus *corporea sordescit vel oneratur eluvie,* ut vox *levi* minime sit sollicitanda. Magis offendit metaphora in verbis *fomite rigatur,* ut mirum non sit *fomite* ab Arnoldo Vesal. mutatum esse in *fonte.* Sed si comparaveris ea quae e poetis excerpta legimus

4 et cogitationibus possidebat. Hinc anima, quam in se pronam
[50] corporis usus efficit atque in pecudem quodammodo reformavit ex homine, et absolutionem corporis perhorrescit, et, cum necesse
5 est, non nisi *cum gemitu fugit indignata sub umbras.* Sed nec post mortem facile corpus relinquit, quia *non funditus corporeae excedunt pestes;* sed aut suum oberrat cadaver aut novi corporis ambit habitaculum, non humani tantummodo, sed ferini quoque, electo genere moribus congruo quos in homine libenter exercuit, mavultque omnia perpeti, ut caelum, quod vel ignorando vel dis-
6 simulando vel potius prodendo deseruit, evadat. Civitatum vero rectores ceterique sapientes caelum respectu, vel cum adhuc corpore tenentur, habitantes, facile post corpus caelestem, quam paene non reliquerant, sedem reposcunt. Nec enim de nihilo aut de vana adulatione veniebat, quod quosdam urbium conditores aut claros in re publica viros in numerum deorum consecravit antiquitas: sed Hesiodus quoque, divinae subolis adsertor, priscos reges cum dis aliis enumerat, hisque exemplo veteris potestatis etiam in caelo regendi res humanas adsignat officium.

Mss. BFSPR12GBer.]

umquam R2. — *possidebant H2. possideat* G. 4. *efficit* BFR12GvichgLTa.Ben. *effecit* as-bSPBer. — *in pecudes* Ber. *pecudem* (sup. add. *in*) R2. — *cum*] Virg. Aen. fin. Non recte in Edd. h-b verba *non nisi* adnumerantur Virgilii verbis. — *fuit* B. 5. *corpus facile* F. — *non*] Virg. Aen. VI, 736. Zeun. confert Plat. Phaed. 30. ed. Fisch. — *funditus* (in mg. *facile*) hg. *facile* (sup. *funditus*) R2. *penitus* S*H*1. *funditus omnes* ch-b, ut Virg. l. c., sed *omnes* abest a Mss. et viaBar.Lin.Ben. — *sed antiquum oberrat* Ber. — *tantum* (om. *modo*) R1. — *omnia ferre H2.* — *caelum* Mss.v-g. *in coelum* s-b. — *prodendo* (sup. *proponendo*). „In L emendatum *proponendo*, quomodo scriptum: Liber magnus meus habet *prodendo*, et ita exponitur: prohabet Ben. Ceterum margini L addendo, i. e. porro dando se, i. e. sponte dimittendo.“ *proponendo H2. postponendo H*1.
6. *Civitatum ergo* F. — *vel adhuc* (sup. add. *cum*) F. — *Nec* (add. a sec. m. *enim*) B. — *in re publica claros* R2. — *consecrarit* ch-bPG. — *sobolis* R1v-gbPBer. — *officias* (sup. *um*) B.

Sat. VI, 1, 44., et inprimis, quae habet Lucretius IV, 199. ubi *corpuscula rerum* dicuntur *solis uti lux Per totum caeli spatium diffundere sese: Perque volare mare, ac terras caelumque rigare* (cf. ib. V, 282. *Largus item liquidi fons luminis, aetherius sol Inrigat assidue caelum candore recenti*), et quae leguntur Sat. II, 8, 4. *qui aestimavit fomitem esse quendam et ignitabulum ingenii virtutisque, si mens et corpus hominis vino flagret*, vix dubitabis, quin Macrobius scripserit *fomite rigatur* hoc sensu: *fomite perfunditur* vel *complctur*. Conf. c. 10, § 2. *semina virtutum*, et II, 16, 10. *fomes quaestionis*. Denique *fomes virtutum* bene significat id quod hominem aptum reddit ad recipiendas virtutes, contra *fons virtutum* esset potius fons e virtutibus manans, cf. c. 14, § 8. *Anima ... corpora ex illo mero ac purissimo fonte mentis ... animavit*, si eo fonte rigari diceretur anima, quam fons, e quo manent virtutes, ut sol dicitur *lucis* vel *ignis aetherei fons*, I, 20, 4 et 7; II, 7, 17. Et quis unquam *fontem* dixit *levem?*

5. *ut caelum, quod ... prodendo deseruit, evadat*] ut qui in caelum redire nolit, quasi patriae proditor atque desertor. Macrobius amat hunc gerundii usum, cf. II, 5, 32. *adiecit dicendo;* II, 16, 24. *videndo ammirans;* Sat. VI, 6, 2. *sensus figurando multum Latinitati leporis adiecit;* VII, 2, 11. *qui recitando favorabiliter exceptus est;* VII, 16, 6. *aut nando volandove vivunt*, al.

Et, ne cui fastidiosum sit, si versus ipsos, ut poeta Graecus pro- 7
tulit, inseramus, referemus eos, ut ex verbis suis in Latina verba conversi sunt:

Inaigetes divi fato summi Iovis hi sunt:
Quondam homines, modo cum superis humana tuentes,
Largi ac munifici, ius regum nunc quoque nacti.

Hoc et Virgilius non ignorat, qui, licet argumento suo serviens 8
heroas in inferos relegaverit, non tamen eos abducit a caelo, sed [51]
aethera his deputat largiorem, et nosse eos solem suum ac sua sidera profitetur, ut geminae doctrinae observationes praestiterit, et poeticae figmentum et philosophiae veritatem. Et, si secun- 9
dum illum res quoque leviores, quas vivi exercuerant, etiam post corpus exercent:

— *Quae gratia currum*
Armorumque fuit vivis, quae cura nitentis
Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos:

multo magis rectores quondam urbium recepti in caelum curam regendorum hominum non relinquunt. Hae autem animae in ul- 10
timam sphaeram recipi creduntur, quae ἀπλανὴς vocatur: nec frustra hoc usurpatum est, siquidem inde profectae sunt. Animis enim necdum desiderio corporis inretitis siderea pars mundi praestat habitaculum, et inde labuntur in corpora: ideo his illo est reditio, qui merentur. Rectissime ergo dictum est, cum in γαλαξίᾳ, quem ἀπλανὴς continet, sermo iste procedat: *hinc profecti huc revertuntur.*

[Edd. vicahgspdzb.

7. *Et neu* (sup. *ne cui*) B. — *verbis uis* B. *verbis eius* g. — *in verba latina* F. — *fato divi* R1. — *hac munifici* R2. — *regis* Ber. 8. *argumento* (om. *suo*) B. — *inferos* (om. *in*) R1. *in inferno* Ber.*H*1. — *religaverit* v. *religavit* Ber. *ligaverit* (corr. in *releg.*) R2. — *solem ac sua sidera H*2. — *geminae doctrinae quam profitetur* Ben. — *observationem H*2 „membr.“ Mod. N. L. p. 182. — *praestiterit* a, quod corrigit Mod. l. c. — *veritatem non deseruerit* Bar.
9. *et post* Ber. — *Quae*] Virg. Aen. VI, 653. — *curruum* Ber.s-zFS. — *nitentis* BR12Gva. *nitenteis* chg. *nitentes* is-bFSPBer. — *in tellure* P. — *repostis* R1. — *relinqu nt* (deleta littera, quae videtur fuisse *o*) F. 10. *in ultimam recipi creduntur speram* F. — *aplanes* (et h. l. et infra) Mss. et Edd. — *desiderio corporis intentis* R1. — *galaxia* BFSP R12Gs-z. *galaxiā*.vl. *galaxian* v3 gbBer. probante Zeunio.

7. *Indigetes*] Hesiodi versus quos latine vertit Macrobius, leguntur Op. et D. I, 121 sqq.

Τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι Διὸς μεγάλου
διὰ βουλάς,
Ἐσθλοί, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν
ἀνθρώπων,
Οἵ ῥα φυλάσσουσίν τε δίκας καὶ σχέ-
τλια ἔργα,
Ἠέρα ἑσσάμενοι, πάντῃ φοιτῶντες
ἐπ' αἶαν,
Πλουτοδόται, καὶ τοῦτο γέρας βασι-
λήϊον ἔσχον.

Indigetes] Servius ad Virg. Aen. XII, 794. ait quosdam tradere indigetes esse deos ex hominibus factos quasi in diis agentes. Conf. Hartung, Relig. d. Röm. vol. I, p. 81 sqq.

fato] i. e. effato, consilio. Respondet Graeco *διὰ βουλῆς*.

8. *aethera ... largiorem* etc.] Significat Virg. Aen. VI, versus 640 et 641.

10. *cum in γαλαξίᾳ, quem ἀπλανὴς continet, sermo iste procedat*] i. e. habeatur. Conf. c. 6, § 4; c. 10, § 6; c. 15, § 2, et de tota sententia c. 4, § 5; c. 14, §§ 23. 24; c. 15, § 1.

X. Ad sequentia transeamus: *Hic ego, etsi eram perterritus, non tamen mortis metu quam insidiarum a meis, quaesivi tamen,*
[52]*viveretne ipse, et Paulus pater et alii quos nos extinctos esse arbi-*
2 *traremur.* Vel fortuitis et inter fabulas elucent semina infixa virtutum, quae nunc videas licet ut e pectore Scipionis vel somniantis emineant. In re enim una politicarum virtutum omnium
3 pariter exercet officium. Quod non labitur animo praedicta morte perterritus, fortitudo est. Quod suorum terretur insidiis magisque alienum facinus quam suum horrescit exitium, de pietate et nimio in suos amore procedit: haec autem diximus ad iustitiam referri, quae servat unicuique quod suum est. Quod ea quae arbitratur non pro compertis habet, sed spreta opinione, quae minus cautis animis pro vero inolescit, quaerit discere certiora,
4 indubitata prudentia est. Quod, cum perfecta beatitas et caelestis habitatio humanae naturae, in qua se noverat esse, promittitur, audiendi tamen talia desiderium frenat temperat et sequestrat, ut de vita avi et patris interroget, quid nisi temperantia est? ut iam tum liqueret Africanum per quietem ad ea loca
5 quae sibi deberentur abductum. In hac autem interrogatione de animae inmortalitate tractatur. Ipsius enim consultationis hic sensus est: Nos, inquit, arbitramur animam cum fine morientis extingui nec ulterius esse post hominem. Ait enim: *Quos extinctos esse arbitraremur:* quod autem extinguitur, esse iam desinit. Ergo: Velim dicas, inquit, si et pater Paulus tecum et
6 alii supersunt. Ad hanc interrogationem, quae et de parentibus ut a pio filio, et de ceteris ut a sapiente ac naturam ipsam dis-
[53]cutiente processit, quid ille respondit? *Immo vero,* inquit, *hi vivunt, qui e corporum vinculis, tamquam e carcere, evolaverunt:*
7 *vestra vero quae dicitur esse vita mors est.* Si ad inferos meare

Mss. BFSPR12GBer.]

X. *Caput X. Quid secundum priscos illos theologos inferi; et quando ex eorum* (ch *horum*) *sententia anima aut vivere aut mori dicatur.* ch-b.
1. *Ad sequentia transeamus.* Haec antecedenti capiti tribuuntur in ch-b. Cf. c. 16, § 1.; II, 5, § 1.; II, 10, § 1. 1. *Hic ergo* vi. — *et pater Paulus* a. *paulus pater* (om. *et*) G. — *arbitrabamur* ag.
2. *Vel e fortuitis* Bar. *vel in fort.* Ber. — *virtutum infixa* R1. — *in pectore* Bar. — *somniantis* (om. *vel*) FR1. — *omnium virtutum* F.
3. *aliorum facinus* PL „Ms.“ — *diximus*] c. 8, § 7. — *quae arbitrabatur* vichL. — *pro compertis non* F. — *inolevit* H1. 4. *humanae* om. L. — *talia* BFSR2GBer.v-agbPLTr.Ben. „Ms.“ *alia* R1h s-z. — *debentur* R1. — *adductum* Ber.v-g. *abductum est* R1.
5. *ipsius enim autem* F. *ipsius autem* H1. — *inquit arbitrabamur* F R12v-gGLTr. — *esse arbitraremur* (sup. *amur*) G. *arbitrabamur* (om. *esse*) ag. — *Ergo velim dicas* Mss.viagbTr.Ben. „libri omnes“ Gron. *ergo velim iam dicas* chs-z. — *et paulus pater* R12. 6. *et de ceteris* (vel *caet.*) Mss.viagbTr.Ben.H2 „libri omnes“ Gron. *et ceteris* s-z (ch *caet.*). — *protexit* v. — *respondet* (sup. *i*) F. — *Immo*] Somn. III, 2. — *qui corporum* (om. *e*) v-g. — *vinclis* R2GBer. — *quod dicitur* Ber. — *dicitur vita* (om. *esse*) R1, ut Somn. l. c. Mss. et Edd. omnes.

X, 2. *semina infixa virtutum*] cf. c. 9, § 3. *quae puro ac levi fomite virtutum rigatur.*

politicarum virtutum] cf. c. 8, §§ 5-7.

5. *si ... supersunt*] Vid. not. ad cap. 5, § 1.

mors est et vita est esse cum superis, facile discernis, quae mors
animae, quae vita credenda sit, si constiterit, qui locus habendus
sit inferorum, ut anima, dum ad hunc truditur, mori, cum ab
hoc procul est, vita frui et vere superesse credatur. Et quia to- 8
tum tractatum, quem veterum sapientia de investigatione huius
quaestionis agitavit, in hac latentem verborum paucitate reppe-
ries, ex omnibus aliqua, quibus nos de rei quam quaerimus ab-
solutione sufficiet ammoneri, amore brevitatis excerpsimus. An- 9
tequam studium philosophiae circa naturae inquisitionem ad tan-
tum vigoris adolesceret, qui per diversas gentes auctores consti-
tuendis sacris cerimoniarum fuerunt, aliud esse inferos negave-
runt quam ipsa corpora, quibus inclusae animae carcerem foedum
tenebris horridum sordibus et cruore patiuntur. Hoc animae se- 10
pulcrum, hoc Ditis concava, hoc inferos vocaverunt: et omnia,
quae illic esse credidit fabulosa persuasio, in nobismet ipsis et
in ipsis humanis corporibus adsignare conati sunt: oblivionis flu-
vium aliud non esse adserentes quam errorem animae obliviscen-
tis maiestatem vitae prioris, qua antequam in corpus truderetur
potita est, solamque esse in corpore vitam putantis. Pari inter- 11
pretatione Phlegethontem ardores irarum et cupiditatum putarunt,
Acherontem quicquid fecisse dixisseve usque ad tristitiam huma-
nae varietatis more nos poenitet, Cocytum quicquid homines in [54]
luctum lacrimasque conpellit, Stygem quicquid inter se humanos
animos in gurgitem mergit odiorum. Ipsam quoque poenarum 12
descriptionem de ipso usu conversationis humanae sumptam cre-
diderunt: vulturem *iecur inmortale tondentem* nihil aliud intellegi
volentes quam tormenta conscientiae obnoxia flagitio viscera in-

[Edd. vicabgepdzb.

7. *et vita* (om. *est*) BEE. *et est vita* cahgb. — *sit habendus* R1. — *cum hoc* (om. *ab*) R1. 8. *latitantem* BEE. — *sufficiat* (sup. *et*) B. — *excerpimus* GBEE. 9. *ac tantum* BFR1G (R2 sup. scr. *d*). — *in constituendis* v-g. — *horrendum* R2. — *et patiuntur* (om. *cruore*) R1. 10. *ditis regna concava* R1. — *oblivionis* (om. *fluvium*) R1. *oblivionis fluvium Leteum nihil aliud esse* „Oxon.“ Gron. *Letheus fl. quid* S in mg. — *adserentes* om. R2. 11. *dixisse fecisseve* G. — *stigen* R2. — *in gurgite mergit* v-g. *in gurgitem misit* R1.
12. *humanae conversationis* R1. — *iecur*] Cf. Virg. VI, 598. — *iecore immortalem* H2 — *tondentem* (R2 sup. scr. *rodentem*) GBEE.v-hspTE., probante Zeunio. *tenentem vel tondentem* F. *tondere* R1. *rodentem* BFH2. *tundentem* gdzbPE1. Vid. not. — *volunt* R (a p. m.). — *ma-*

10. *oblivionis fluvium*] cf. c. 12, §§ 8-12.

12. *vulturem iecur inmortale tondentem*] „Plane eiusdem notae Petronii epigrammatium [fragm. IX, p. 217. ed. Bip.]:

Qui vultur iecur ultimum pererrat,
Et pectus trahit intimasque fibras,
Non est quem timidi vocant poetae,
Sed cordis mala, livor atque luxus.

Ubi non displicet filii Douzae divinatio, *Tityi vocant poetae*, licet vulgatum sua quoque ratione probum [Ed. Bip. *lepidi*, et v. l. *jecor intimum*]. At ultimo versu ego scribo: *livor atque luctus* (coll. § 11.). Sed hoc quoque postmodum ex Eustathio assertum comperi in nuperis ad Arbitrum spicilegiis filio eidem Douzae.“ PONT. Cum verbis *iecur tondentem* Graecum κείρειν ἧπαρ in literis ad me datis commode comparavit A. Iahnius, respiciens ad Hom. Od. λ', 578. Lucian. Dial. D. I, 1. Dial. mort. 30, 1. et quae adnotavit Hemsterhusius. — Virgilii verba afferuntur etiam Sat. V, 7, 14.

teriora rimantis, et ipsa vitalia indefessa admissi sceleris ammonitione laniantis, semperque curas, si requiescere forte temptaverint, excitantis tamquam fibris renascentibus inhaerendo, nec ulla sibi miseratione parcentis lege hac qua *se iudice nemo nocens absol-*
13 *vitur* nec de se suam potest vitare sententiam. Illos aiunt epulis ante ora positis excruciari fame et inedia tabescere, quos magis magisque adquirendi desiderium cogit praesentem copiam non videre, et in affluentia inopes egestatis mala in ubertate patiun-
14 tur nescientes parta respicere, dum egent habendis: illos radiis rotarum pendere districtos qui nihil consilio praevidentes, nihil ratione moderantes, nihil virtutibus explicantes, seque et actus omnes suos fortunae permittentes, casibus et fortuitis semper ro-
15 tantur: saxum ingens volvere inefficacibus laboriosisque conatibus vitam terentes: atram silicem lapsuram semper et cadenti similem illorum capitibus imminere qui arduas potestates et infaustam ambiunt tyrannidem numquam sine timore victuri, et cogentes subiectum vulgus *odisse, dum metuat,* semper sibi videntur
16 exitium quod merentur excipere. Nec frustra hoc theologi suspi-
[55]cati sunt. Nam et Dionysius, aulae Siculae inclementissimus incubator, familiari quondam suo solam beatam existimanti vitam

Mss. BFSPR12GBer.]

lae conscientiae chs-b. — *lancinantis* „efficacius foret“ Pont. — *requiesceret* R1. — *temptaverit* FR1. — *se iudice*] Cf. Iuvenal. XIII, 3. — *evitare* Ber. 13. *Illos autem epulis* v-g. — *inedia* (om. *et*) F. — *magisque* om. B. — *desiderium acquirendi* F. *ad requirendi desid.* Ber. — *copiam praesentem* R1. — *et in affluentia* Mss.v-g. „Anglicani.“ *qui in affl.* s-b. — *egestate* G. — *partem* P. 14. *destrictos* R1. — *nisi* (sup. *nihil*) R2. — *omnes actus suos* R12. *actus suos omnes* v-g. 15. *atram scilicet* B. — *inhaerere vel imminere* F. — *infaustas ambiunt tyrannides* Ber. *infaustam amb. tyrannem* G. — *excipere quod merentur* R2. 16. *Nam* (om. *et*) vag. — *incubatorum* H1. — *familiaria* B. — *quondam* Mss. et Edd. L1Gr.12V123. *quodam* Bar. (L a sec. m.). *cuidam* „Mss.“ Gron. At legitur in solo L2 corr. ex *andam*.

13. *quos ... desiderium cogit ... copiam non videre, et ... egestatis mala ... patiuntur*] Ex accusativo pronominis relativi *quos* intelligendus est nominativus *qui*. Vid. not. ad cap. 6, § 77. Quod non videntur perspexisse ii qui *et* mutaverunt in *qui*.

15. *numquam sine timore victuri*] Pontanus confert Sueton. Calig. c. 50., Tac. Ann. XIV, c. 10., Sen. ep. 122, § 14., Vopisc. Saturnin. c. 10.

odisse, dum metuat] Verba *oderint, dum metuant*, ut e fabula (ut videtur, ex L. Accii Atreo) desumpta leguntur apud Ciceronem de off. I, 28, 97.; p. Sest. 48, 102.; Phil. I, 14, 34.; apud Senecam de ira I, 16, 26.; de clem. II, 2, 2.; apud Suetonium Calig. 30.

sibi videntur exitium quod merentur excipere] „Aspexit indubie Petronii [c. 125.] verba: *Dii, deaeque, quam male est extra legem viventibus! quicquid meruerunt, semper exspectant.*“ Pont. Huc pertinent ea, quae paulo infra (ad § 16.) Gronovius attulit ex Aelian. V. H. X, 5. *Ἐοίκασι δὲ οἱ τοῦ Αἰσώπου οἱ τύραννοι, ὑποπτεύοντες καὶ δεδοικότες πάντα· ἴσασι γάρ, ὅτι, ὥσπερ οὖν οἱ ὗς, ὀφείλουσι καὶ ἐκεῖνοι τὴν ψυχὴν πᾶσι.*

16. *aulae Siculae inclementissimus incubator*] „Servius in tertium [immo VII, 266.] Aeneidos: *Apud nos incubator imperii tyrannus dicitur.* Et idem ad illud Aeneid. I. [v. 89.] *Nox incubat: Incubare proprie dicitur per vim rem alienam retinere.* Martialis [XII, 53.] allusit:

Largiris nihil, incubasque gazae
Ut magnus draco.

tyranni volens, quam perpetuo metu misera quamque inpendentium semper periculorum plena esset, ostendere, gladium vagina raptum et a capulo de filo tenui pendentem mucrone demisso iussit familiaris illius capiti inter epulas imminere: cumque ille et Siculas et tyrannicas copias praesentis mortis periculo gravaretur: Talis est, inquit Dionysius, vita quam beatam putabas: sic semper mortem nobis imminentem videmus: aestima, quando esse felix poterit qui timere non desinit. Secundum haec igitur, 17
quae a theologis adseruntur, si vere *quisque suos patimur manes* et inferos in his corporibus esse credimus, quid aliud intellegendum est quam mori animam, cum ad corporis inferna demergitur, vivere autem, cum ad supera post corpus evadit?

XI. Dicendum est, quid his postea veri sollicitior inquisitor 1
philosophiae cultus adiecerit. Nam et qui primum Pythagoram, et qui postea Platonem secuti sunt, duas esse mortes, unam animae, animalis alteram, prodiderunt: mori animal, cum anima discedit e corpore, ipsam vero animam mori adserentes, cum a sim-[56]plici et individuo fonte naturae in membra corporea dissipatur.
Et quia una ex his manifesta, et omnibus nota est, altera non 2

[Edd. vicahgspdzb.
— *quam* (om. *que*) v1. — *capiti imminere epulas* (sup. add. *inter*) R2. — *ille et* BFSR12Ber.v-gBar.Gr.12V3 (sup. *inter* „membr. altera" Gron. i. e. L2). *ille inter H*1 „membr. antiquior" Gron. V2. *ille et inter* G V3. *ille inter et* s-bL1. — *Siculas* (sup. add. *dapes*, quod amplectitur Gron.) „membr. alt." Gron. i. e. L2. *epulas* (sup. *Siculas*) „membr. ant." Gron. — *tyrannicas* (om. *copias*) „membr. alt." Gron. i. e. L2. *tyrannicas opes* „Oxon." Gron. G12V3. — *gravaretur* BFSR12Gs-bP*H*1 „membr. ant. et alt." Gron. *aspernaretur* Ber.v-g „chartac." Gron. *despiceret* „Oxon." Gron. — *inquit vita dionisius* R1. — *semper mortem nobis* BFR1G. *semper nobis mortem* SR2. *nobis semper mortem* Edd.P. — *extima* Ber. *existima ergo* v-g. — *foelix esse* v-g (R1 *felix*).
17. *haec ergo* Ber. — *si vero* R1. *quisque*] Virg. Aen. VI, 743. — *quisquis suos* B. *suos quisque* v-g. — *manes patimur* R2. — *in his corporibus* om. R1. — *dum ad* R1. — *dimergitur* F.
XI. *Caput XI. Quid et ubi inferi secundum Platonicos; quando horum sententia aut vivere anima, aut mori, dicatur.* ch-b. 1. *Dicendum autem est* F. — *vero* R2. — *cultor* B. — *pytagoran* B. — *consecuti sunt* F. — *mori autem animal* Ber. — *a corpore* L. — *ipsam autem* (sup. *vero*) F. — *animam* (om. *mori*) Ber. 2. *omnibus* (om.

Videndus uberius Turnebus Advers. primo." Pont. Immo agit de hoc verbo Turnebus Advers. XXIV, 24., ubi ait, cum prima verbi notione *incubare* dicatur pullis gallina, per translationem dici aliquem *incubare*, qui iure non possideat, sed per vim et iniuriam, quod qui sic possideant, in loco assidui sint et velut cubent. Adde Liv. VI, 15, 5. *incubantes publicis thesauris* c. not. Drak.

familiari quondam suo] „Sed et tum quoque, ut patet ex Cic. Tusc. quaest. V, 22, cum vitae meticulosae fidem faceret: quamvis ad tempus narrantis Macrobii referri possit. Sed ex Mss. (vid. var. lect.) scribendum *cuidam*, ut perpetuo assolet." Gron. Iungas *quondam* — *volens* — *ostendere*.

cumque ille Siculas ... copias ... gravaretur] „Non potuerunt barones illi [i. e. editores Macrobii usque ad Stephanum] concoquere τὸ *gravari* ἐνεργητικῶς usurpari et apponi ei casum quartum. Vide a patre meo annotata ad Senecae Thyesten vs. 105. *Siculae dapes* famosae, unde VII. Sat. [c. 5, § 24.] mensam Siculam et Asianam componit." Gron. Cf. Horat. Od. III, 1, 18. ibique interpretes.

nisi a sapientibus deprehensa, ceteris eam vitam esse credentibus: ideo hoc ignoratur a plurimis, cur eundem mortis deum modo Ditem modo inmitem vocemus: cum per alteram, id est animalis mortem, absolvi animam et ad veras naturae divitias atque ad propriam libertatem remitti faustum nomen indicio sit, per alteram vero, quae vulgo vita existimatur, animam de inmortalitatis suae luce ad quasdam tenebras mortis inpelli vocabuli
3 testemur horrore. Nam, ut constet animal, necesse est in corpore anima vinciatur: ideo corpus δέμας, hoc est vinculum, nuncupatur, et σῶμα, quasi quoddam σῆμα, id est animae sepulcrum: unde Cicero, pariter utrumque significans, corpus esse vinculum, corpus sepulcrum, quod carcer est sepultorum, ait: *Qui*
4 *e corporum vinculis, tamquam e carcere, evolaverunt.* Inferos autem Platonici non in corporibus esse, id est non a corporibus incipere, dixerunt, sed certam mundi istius partem Ditis sedem, id est inferos, vocaverunt: de loci vero ipsius finibus inter se
5 dissona publicarunt, et in tres sectas divisa sententia est. Alii enim mundum in duo diviserunt, quorum alterum facit alterum patitur: et illud facere dixerunt, quod, cum sit inmutabile, alteri causas et necessitatem permutationis inponit: hoc pati, quod per
6 mutationes variatur. Et inmutabilem quidem mundi partem a

Mss. BFSPR12GBer.]

et) va. — *ideo hic* v. — *a plurimis ignoratur* R2. *ignoratur a pluribus* Ber. — *modo item* s. „Videtur mihi necessario legendum: *modo mitem modo immitem*, ut est in membranis.“ Gron. (i. e. L12). — *vita estimatur* R2. — *impelli: mortis vocabuli* R2. — *vocabuli ditis* *H*1. 3. *ut constat* agG. — *necesse est* BFR12Ber.viagG „Angl.“ *necesse est ut* Schs-bP. — *demas vel semas* F. *semas* (sup. *d*) R2. — *corpus sepulcrum* BFR12Bar.Ben.Tr. *corpus esse sepulcrum* Edd.SPGBer. — *carcer est animarum* *H*1. — *ut qui* F. — *Qui*] Somn. III, 2. — *vinclis* BR12G. 4. *id est* Ber.cahgG. *.i.* BvLTr. *idē* R12. *id¯* F. *idem* Ben. *id* (om. *est*) Bar. *item* Edd.S. (In P verba: *esse item non a corporibus* a rec. m. addita sunt.) — *mundi ipsius* Edd.P. — *publicaverunt* FS R2G. — *in sectas tres* F. 5. *causam* v-g. — *hoc ponit* (corr. in *patitur*) Ber. 6. *impermutabilem* Ben. — *partem mundi* F.

XI, 2. *modo Ditem, modo inmitem*] A Virgilio Georg. IV, 492. Orcus vocatur *inmitis tyrannus;* ibid. 519. *Dis*, quo respexisse putaverim Macrobium, licet Virgilius eam distinctionem, quam hic facit, minime agnoverit.

ad veras naturae divitias] In margine cod. L adscriptum est: „Haec est sententia: *faustum nomen est dis; ditat enim animas, quum ad propria remittit, indicat nobis, quod ipse absolvit animas remittendo ad veras divitias: item immitis dicitur, quia ab illis divitiis retrahit et ad has miserias impellit eas.*“ Cf. Cic. de nat. deor. II, 26. *Terrena autem vis omnis atque natura Diti patri dicata est: qui Dives, ut apud Graecos Πλούτων, quia et recidant omnia in terras et oriantur e terris*, et Lucian. Timon. 21.; Olympiodor. in Platonis Phaedon. in Alb. Iahnii animadverss. in Basil. Magn. I, p. 83.

3. *δέμας, hoc est vinculum*] Cf. quae Lobeck. Aglaopham. I, p. 759. affert ex Epiphanii epist. ad Ioannem Episc. p. 314 C. *Origines virtutem historiae allegoriae depravans mendacio ... asserit animas iuxta graecam etymologiam ψυχὰς ἀπὸ τοῦ ψύχεσθαι vocitatas, quia de coelestibus ad inferiora venientes calorem ingenitum amiserint, ... unde etiam corpus δέμας, id est δεσμὸν, et σῆμα* [lege *σῶμα*, id est *σῆμα*] *vocari.* Et Plat. Gorg. p. 493. Steph., Cratyl. p. 400.

sphaera, quae ἀπλανὴς dicitur, usque ad globi lunaris exordium, [57]
mutabilem vero a luna ad terras usque dixerunt: et vivere animas, dum in inmutabili parte consistunt, mori autem, cum ad partem ceciderint permutationis capacem, atque ideo inter lunam terrasque locum mortis et inferorum vocari: ipsamque lunam vitae esse mortisque confinium, et animas inde in terram fluentes mori, inde ad supera meantes in vitam reverti, nec inmerito, aestimatum est. A luna enim deorsum natura incipit caducorum: ab hac animae sub numerum dierum cadere et sub tempus incipiunt. Denique illam aetheriam terram physici vocaverunt, 7
et habitatores eius lunares populos nuncuparunt: quod ita esse plurimis argumentis, quae nunc longum est enumerare, docuerunt. Nec dubium est, quin ipsa sit mortalium corporum et auctor et conditrix, adeo ut nonnulla corpora sub luminis eius accessu patiantur augmenta et hac decrescente minuantur. Sed, ne de re manifesta fastidium prolixa adsertione generetur, ad ea quae de inferorum loco alii definiunt transeamus. Maluerunt 8
enim mundum alii in elementa ter quaterna dividere, ut in primo numerentur ordine terra aqua aer ignis, qui est pars liquidior aeris vicina lunae: supra haec rursum totidem numero sed naturae purioris elementa, ut sit luna pro terra, quam aetheriam terram a physicis diximus nominatam, aqua sit sphaera Mercurii, aer Veneris, ignis in sole: tertius vero elèmentorum ordo ita ad nos conversus habeatur, ut terram ultimam faciat, et ceteris in medium redactis in terras desinat tam ima quam summa postre- [58]

[Edd. vicahgspdzb.
— *aplanes* Mss. et Edd. — *in immutabili* R1chs-bPBer. *in mutabili* R2 v1 (F sup. add. *im*). *inmutabili* G. *immutabili* v3iag. *immitabili* B. — *ceciderunt* G. — *permutabilitatis* L. — *mortique* Ber. — *inde* om. B. — *in terram fluentes mori* om. R1. — *ad superna* Ber. — *non immerito* s-bPBer. — *existimatum* SEdd.PBer. — *sub ipsis incipiunt* v. 7. *aetheriam* BFR1G. *aethereum* R2Edd.SPBer. — *nuncupaverunt* R1Lv-g. *nuncuparent* B. — *mortalium corporum sit* F. — *corporum auctor* (om. *et*) Ber. — *auctor conditrix* (om. *et*) R1. — *ut nulla* R1. — *augmentum* F. — *hoc decrescente* FR1GBar.Ben. *decrescente h'* (sup. *ac*) R2. 8. *ut primo* (om. *in*) R1. — *numerentur* (om. *ordine*) Ber. *ordine numerentur* F. — *qui est* BFSR12G*H*2. *quae est* Edd.PBer.; cf. c. 17, § 12. — *aeris vicina lunae liquidior* Ber. — *purioris* (sup. add. *sunt*) R2. — *aetheriam* BFR1G. *aetheream* R2Edd.PBer. — *diximus*] § 6. — *in unum* (sup. *me-*

6. *ipsamque lunam vitae esse mortisque confinium*] Hinc lucem accipere Pontanus dixit verba Apuleii Metam. lib. XI. [c. 23.]: *Accessi confinium mortis, et calcato Proserpinae limine per omnia vectus elementa remeavi. Nocte media vidi solem candido coruscantem lumine: deos inferos et deos superos accessi coram et adoravi de proximo.* Lobeck. Aglaopham. p. 1342. citat Plutarch. de fac. lunae c. 28, p. 91, tom. XIII. Hutt.

7. *aetheriam terram*] Pont. conf. c. 19, § 10. Idem latere putat in Lutatii adnotatione ad Statii Theb. II, 58.: *Philosophi lunam esse in terra dicunt.*

habitatores eius] „Recepta opinio, lunam non minus ac terram habitari ac coli. Arati interpres: εἶναι δὲ ἐπ' αὐτῆς οἴκησιν ἄλλην ποταμούς τε καὶ ὅσα ἐπὶ γῆς. Videndus Politianus ad illud tragici [Sen. Herc. Fur. v. 83.] *Sublimis alias luna concipiat feras.*" Pont.

Nec dubium est ... minuantur] Conf. Apul. Metam. XI, 1. *Certus etiam summatem deam praecipua maiestate pollere, ... ipsa etiam cor-*

mitas: igitur sphaera Martia ignis habeatur, aer Iovis, Saturni aqua, terra vero ἀπλανής, in qua Elysios esse campos puris ani-
9 mis deputatos antiquitas nobis intellegendum reliquit. De his campis anima, cum in corpus emittitur, per tres elementorum ordines trina morte ad corpus usque descendit. Haec est inter Platonicos de morte animae, cum in corpus truditur, secunda
10 sententia. Alii vero (nam tres esse inter eos sententiarum diversitates ante signavimus) in duas quidem et ipsi partes, sicut primi faciunt, sed non isdem terminis dividunt mundum. Hi enim caelum quod ἀπλανής sphaera vocitatur partem unam, septem vero sphaeras quae vagae vocantur et quod inter illas ac terram est
11 terramque ipsam alteram partem esse voluerunt. Secundum hos ergo, quorum sectae amicitior est ratio, animae beatae ab omni cuiuscumque contagione corporis liberae caelum possident, quae vero appetentiam corporis et huius quam in terris vitam vocamus ab illa specula altissima et perpetua luce despiciens desiderio latenti cogitaverit, pondere ipso terrenae cogitationis paulatim
12 in inferiora delabitur. Nec subito a perfecta incorporalitate luteum corpus induitur, sed sensim per tacita detrimenta et longiorem simplicis et absolutissimae puritatis recessum in quaedam siderei corporis incrementa turgescit: in singulis enim sphaeris quae caelo subiectae sunt aetheria obvolutione vestitur, ut per

Mss. BFMSPR12GBER.]

dium) F. — *in terram* Edd.BER. — *in qua* (add. a sec. m.) R2. — *campos esse* Edd.PBER. — *ad intelligendum* R1. 9. *dum in corpus* F. — *secunda cum in corpus truditur* F. 10. *inter eos esse* v-g. — *ante*] § 4. — *ipsi* (om. *et*) s-bP. — *partes sicut et ipsi* R1. — *non dividunt hisdem terminis* R2. — *Hic enim* v. — *qui aplanes* (om. *caelum*) B. — *sphaera* om. L. — *vocitetur* PR12Gv. — *alteram* om. L. 11. *hos igitur* S. — *amicitior* BSGv1. *amicicior* R2 (FR1 del. *ci*). *amicior* v3-bPBER. Vid. Forcellin. lex. s. v. *amicus*. — *cuiusque* LBAR. — *in terra* L. — *terrenae cogitationis* om. BER. *terr. contagionis* R1G (in B legitur in mg. a sec. m.) „Ms. a sec. m.“ 12. *a perfecta* Mss.v-gbBAR.BEN.L. „scripti“ Gron. *hac perfecta* s-z. — *luteum corpus a perf. incorp.* R2. — *aetheria* BFR1G. *aetherea* R2Edd.PBER. — *subvolutione* v. *oblivione* L. — *sociati* v.

pora terra coelo marique nunc incrementis consequenter augeri, nunc detrementis obsequenter diminui.

8. *in qua Elysios esse campos*] „Maro de Elysio magnifice lib. V. [v. 733 seqq.]: *Non me impia namque Tartara habent, tristesve umbrae; sed amoena piorum Concilia Elysiumque colo.* Aliter in sexto Martialis [ep. 58.] *O quam paene tibi Stygias ego raptus ad undas Elysiae vidi nubila fusca plagae.*“ PONT. Virgilium statuisse apud inferos esse Elysium elucet ex Aen. lib. VI, v. 637 seqq.

11. *ab omni cuiuscunque contagione corporis liberae*] Propter ea quae proxime sequuntur mallem, ut c. 8, § 8., legere *cogitatione corporis:* at omnium librorum consensus obstat, et potest sane illud quoque ferri.

paulatim in inferiora delabitur] „Ad Pammachium D. Hieronymus: *Dicit Origenes*, inquit, *cunctas rationales creaturas incorporales et invisibiles, si negligentiores fuerint, paulatim ad inferiora labi, et iuxta qualitates locorum ad quae defluunt assumere sibi corpora, verbi gratia primum aetherea, deinde aerea. Cumque ad vicina terrae pervenerint, crassioribus corporibus circumdari, novissime humanis carnibus alligari.*“ PONT.

12. *a perfecta incorporalitate*] Hanc scripturam recte defendit Gron. Significat enim praepositio

eas gradatim societati huius indumenti testei concilietur: et ideo totidem mortibus quot sphaeras transit ad hanc pervenit quae in terris vita vocitatur.

XII. Descensus vero ipsius, quo anima de caelo in huius 1
vitae inferna delabitur, sic ordo digeritur. Zodiacum ita lacteus [59]
circulus obliquae circumflexionis occursu ambiendo conplectitur, ut eum, qua duo tropica signa, Capricornus et Cancer, feruntur, intersecet. Has solis portas physici vocaverunt, quia in utraque obviante solstitio ulterius solis inhibetur accessio, et fit ei regressus ad zonae viam cuius terminos numquam relinquit. Per has 2
portas animae de caelo in terras meare et de terris in caelum remeare creduntur. Ideo hominum una, altera deorum vocatur: hominum Cancer, quia per hunc in inferiora descensus est: Capricornus deorum, quia per illum animae in propriae inmortalitatis sedem et in deorum numerum revertuntur. Et hoc est 3
quod Homeri divina prudentia in antri Ithacesii descriptione significat. Hinc et Pythagoras putat a lacteo circulo deorsum incipere Ditis imperium, quia animae inde lapsae videntur iam a superis recessisse. Ideo primam nascentibus offerri ait lactis ali-

[Edd. vicahgspdzb.

XII. *Caput XII. Quomodo anima ex superiore mundi parte ad inferna haec delabatur.* ch-b. 1. *vitae huius* R2. — *dilabitur* Ber. — *dirigitur* *H2*. — *lacteis circulis* v. — *circumflectionis* h. — *amplectitur* v-g. — *qua* (del. *duo*) *H*1. *quando* *H2*. *quae duo* h. — *solis ulterius* R1. 2. *in terram* F. — *de terra* (sup. *is*) F. — *et ... remeare* om. G. — *dicuntur* (in mg. *vel creduntur*) F. — *deorum una hominum altera* R2. 3. *quod* add. a sec. m. R2. — *prudentia* B (F a sec. m.) SR12v-gG*H2*Bar.L. *providentia* (F a p. m.) Edd.PBer. — *Ithacesii* s-bPBer. *ithacessi* G. *itacessii* (sup. *itacensis*) F. *ithacensii* Bar. (R2 del. *n*). *ithacenssii* B. *itacensis* vcg. *ithacensis* SR1iah (h in mg. *ithacesii* ant.) LBen.Bar. — *Hinc* (om. *et*) R1. *Hinc etiam* Ber. — *iam superis* (om. *a*) B „membran. altera" Gron. Vid. not. *a superis iam* R2. — *discessisse* L. — *ideo prima* B. — *ait lactis alimoniam*

a idem quod *post*, ut saepius „post adverbia quae proximam temporis vicem significant", ut ait Hand. Tur. sell. I, p. 47.

indumenti testei] i. e. quod cum testa comparari possit. Conf. Sat. VII, 15, 15. *cum testeis terrenisque corporibus*.

XII, 1. *solis portas*] Gron. confert Sat. I, 17, 63.

obviante solstitio] sc. accessioni. Cf. Sat. VII, 5, 5. *quibus obviandum non erat*.

ulterius ... inhibetur] h. e. inhibetur, ne ulterius progrediatur. Vid. not. ad. I, 6, 49.

3. *in antri Ithacesii descriptione*] „Locus exstat Odyss. *ν*, 103 seqq. Porphyrius quoque de Nympharum antro hunc locum Homeri, uti noster, allegorice est interpretatus. Atque antrum illud Platonis in septimo de Rep. (ab initio), quo vita hominum et conditio satis eleganter explicatur, vel ex Ernesti Prolusione de antro Platonis est notissimum." Zeun.

videntur iam a superis recessisse] „Haec quidem omnia ad intellectum prona. Vide tamen, an non scripserit: *videntur iam superis decessisse*. Ditis imperium sunt inferi et mors; animabus autem mortem evenire, cum ad corpora labuntur, supra [c. 11, § 2.] Macrobius ostendit. Itaque cum ultra lacteum circulum descendendo animae pervenerint, superi, id est qui supra lacteum agunt, putant eas iam in Ditis imperium, hoc est corpus, quod mori vocant, devenisse. Hic sensus auctoris." Gron.

Ideo primam nascentibus offerri ait lactis alimoniam] „Hinc et circulo huic nomen natum innuit libro de Nympharum antro Porphy-

moniam, quia primus eis motus a lacteo incipit in corpora terrena labentibus. Unde et Scipioni de animis beatorum ostenso
4 lacteo dictum est: *Hinc profecti huc revertuntur.* Ergo descensurae cum adhuc in Cancro sunt, quoniam illic positae necdum
[60] lacteum reliquerunt, adhuc in numero sunt deorum. Cum vero ad Leonem labendo pervenerint, illic conditionis futurae auspicantur exordium. Et quia in Leone sunt rudimenta nascendi et quaedam humanae naturae tirocinia, Aquarius autem adversus Leoni est et illo oriente mox occidit: ideo, cum sol Aquarium tenet, Manibus parentatur, utpote in signo quod humanae vitae
5 contrarium vel adversum feratur. Illinc ergo, id est a confinio quo se zodiacus lacteusque contingunt, anima descendens a tereti, quae sola forma divina est, in conum defluendo producitur, sicut a puncto nascitur linea et in longum ex individuo procedit: ibique a puncto suo, quod est monas, venit in dyadem, quae est
6 prima protractio. Et haec est essentia quam individuam eandemque dividuam Plato in Timaeo, cum de mundanae animae fabrica loqueretur, expressit. Animae enim, sicut mundi ita et hominis unius, modo divisionis repperientur ignarae, si divinae naturae simplicitas cogitetur, modo capaces, cum illa per mundi,
7 haec per hominis membra diffunditur. Anima ergo cum trahitur ad corpus, in hac prima sui productione silvestrem tumultum, id est ὕλην, influentem sibi incipit experiri. Et hoc est quod Plato notavit in Phaedone, animam in corpus trahi nova ebrietate trepidantem, volens novum potum materialis alluvionis intellegi, quo
8 delibuta et gravata deducitur. Archani huius indicium est et

Mss. BFSPR12GBER.]

offerri v-g. *ait offerri lactis alimoniam* G. — *quia lac primus* R1. — *e lacte* G. — *ostenso lacteo circulo* BER. — *Hinc*] Somn. III, 1. 4. *positae illic* B. — *deorum sunt* R2. — *aquarius* (sup. *temesis*) F. — *leoni est adversus* R1. — *parentatur* (sup. *sacrificatur*) B. *leo parentatur* F. — *contrarium est* BER. — *adversarium* H1. 5. *Illic* H1. — *ex dividuo* H2. — *contractio* F. *detractio* v (g in mg.). 6. *haec est sententia* R1. — *in Timaeo*] p. 35. — *reperiuntur* ag. — *cum per illa* G. 7. *cum ad corpus trahitur* R2. — *id* (om. *est*) F. — *hylen* Mss. et Edd. — *fluentem* H2. — *in Phaedone*] p. 79. — *phedrone* BSPR12GBER.vl „Angl." *phedore* (sup. *drone*) F. *Phoedone* ca. — *delirius*: *Δῆμος δε*, inquit, *ὀνείρων κατὰ Πυθαγόραν αἱ ψυχαὶ, ἃς συνάγεσθαί φασιν εἰς τὸν γαλαξίαν τὸν οὕτω προσαγορευόμενον ἀπὸ τῶν γάλακτι τρεφομένων, ὅταν εἰς γένεσιν πέσωσιν.* Vide Spicilegium Meursii ad illud Theocriti, *καὶ ἐμπλήσασα γάλακτος*, Idyll. XXV. [immo XXIV, 3.]" PONT.

4. *cum sol Aquarium tenet, Manibus parentatur*] Conf. Schol. Porphyr. in Horat. Sat. I, 1, 36. *Sol transit in Aquarium XVII. Cal. Febr.; in eo est diebus triginta usque ad XVII. Cal. Mart.;* et Calendarium Petavii a. d. XVII. Cal. Febr.: *Sol in Aequarium transit, Leo mane incipit occidere,* cum Sat. I, 13, 3, ubi vid. not.

a tereti, quae sola forma divina est] Cf. c. 14, §§ 8 et 9.

e puncto nascitur linea] Cf. c. 5, §§ 7 et 11.

7. *aetheriam terram physici vocaverunt*] quia luna, ut ait Macrobius I, 19, 10., aetheris ima pars est, ut totius mundi ima pars terra est.

silvestrem tumultum] Cf. Plat. Phaed. p. 79. *τὰ οὐδέποτε κατὰ ταὐτὰ ἔχοντα.* Ceterum vid. Zeun. ad c. 22, § 6.

Crater Liberi patris ille sidereus in regione quae inter Cancrum
est et Leonem locatus, ebrietatem illic primum descensuris ani-
mis evenire silva influente significans: unde et comes ebrietatis [61]
oblivio illic animis incipit iam latenter obrepere. Nam si animae 9
memoriam rerum divinarum, quarum in caelo erant consciae, ad
corpora usque deferrent, nulla inter homines foret de divinitate
dissensio: sed oblivionem quidem omnes descendendo hauriunt,
aliae vero magis, minus aliae. Et ideo in terris verum cum non
omnibus liqueat, tamen opinantur omnes, quia opinionis ortus
est memoriae defectus. Hi tamen hoc magis inveniunt, qui mi- 10
nus oblivionis hauserunt, quia facile reminiscuntur quod illic ante
cognoverint. Hinc est quod quae apud Latinos lectio, apud
Graecos vocatur repetita cognitio: quia cum vera discimus, ea
recognoscimus quae naturaliter noveramus prius quam materialis
influxio in corpus venientes animas ebriaret. Haec est autem 11
hyle, quae omne corpus mundi, quod ubicumque cernimus, ideis
inpressa formavit. Sed altissima et purissima pars eius, qua vel
sustentantur divina vel constant, nectar vocatur et creditur esse
potus deorum: inferior vero atque turbidior potus animarum.
Et hoc est quod veteres Lethaeum fluvium vocaverunt. Ipsum 12
autem Liberum patrem Orphaici *νοῦν ὑλικὸν* suspicantur intel-
legi, qui ab illo individuo natus in singulos ipse dividitur. Ideo
in illorum sacris traditur Titanio furore in membra discerptus
et frustis sepultis rursus unus et integer emersisse, quia *νοῦς*,
quem diximus mentem vocari, ex individuo praebendo se divi-
dendum et rursus ex diviso ad individuum revertendo et mundi

[Edd. vicahgspdab.
bata Ber. 8. *inter cancrum et leonem est* F. — *incipit animis* v-g. — *iam latenter* Mss. et Bar.LTr. *latenter* (om. *iam*) Edd. — *obripere* R1. *abripere* B. 9. *conscientiae nulla* (om. *ad corp. usq. deferrent*) B. — *de divinitate* om. R1. — *aliae minus* R1. — *cum nominibus liqueat* R2. — *effectus* (in mg. *defectus*) F. 10. *quid illic* v-gG. — *cognoverint* BFS (R2 a p. m.) v-gG. *cognoverunt* R1 (R2 a sec. m.) Ber. *cognoverant* s-bP. — *quia dum* Ber. — *ante quam* v-g. — *inflexio* H2. — *inebriaret* FBer.Ben.L (Ber. *inkebr.*).
11. *firmavit* G. — *sustentanter* G. — *potus esse* R2. — *atque turbidior* BFSR12G „Angl.“ *et turbidior* Edd. „Angl.“ — *animarum dicitur* R1. 12. *YHIKΩN* F. *YIΛYKON* R1. *ὕλινον* v-g. — *suspicabantur* L. — *Titaneo* vc-gG. — *discerptus in membra* F. — *rursus vivus* Tr. — *qui NOYϹ* R1. — *diximus*] Cf. c. 2, § 14. — *se dividuum* Ber. (Bar. a

8. *Crater ... ille sidereus*] Cf. Arat. v. 448.; Cic. in Arateis v. 463 et 538. Or. et II, 8, 7. *anguis sidereus*.

10. *repetita cognitio*] „Intelligit nomen *ἀνάγνωσιν*, quam Plato in Phaed. Sect. 18 sqq. [p. 72. Steph.], ubi de eadem re disputatur, *ἀνάμνησιν* vocat.“ Zeun.

cum vera discimus, ea recognoscimus] „Consulendus est Cicero lib. I. Tusc. quaest. cap. 24. Arnobius adv. gentes lib. II. [c. 24.] *Quid in Menone, o Plato, quaedam rationibus numeri admota ex puerculo sciscitaris, et ex eius niteris responsionibus comprobare, quae discamus, non discere, sed in eorum memoriam, quae antiquitus noveramus, redire?*“ Gron. Cf. Plat. Men. p. 81 seqq.

12. *Lethaeum fluvium*] Cf. c. 10, § 10. Lobeck. Aglaoph. I, p. 736. huiuscemodi interpretes ait a veterum auctorum mente longissime aberrare.

Liberum patrem] De diaspasmo eius et de palingenesia cf. Lobeck. Aglaoph. I, p. 711.

13 inplet officia et naturae suae archana non deserit. Hoc ergo pri-[62]mo pondere de zodiaco et lacteo ad subiectas usque sphaeras anima delapsa, dum et per illas labitur, in singulis non solum, ut iam diximus, luminosi corporis amicitur accessu, sed et sin-
14 gulos motus, quos in exercitio est habitura, producit: in Saturni, ratiocinationem et intellegentiam, quod λογιστικὸν et θεωρητικὸν vocant: in Iovis, vim agendi, quod πρακτικὸν dicitur: in Martis, animositatis ardorem, quod θυμικὸν nuncupatur: in solis, sentiendi opinandique naturam, quod αἰσθητικὸν et φανταστικὸν appellant: desiderii vero motum, quod ἐπιθυμητικὸν vocatur, in Veneris: pronuntiandi et interpretandi quae sentiat, quod ἑρμηνευτικὸν dicitur, in orbe Mercurii: φυτικὸν vero, id est naturam plantandi et augendi corpora, in ingressu globi lunaris exercet.
15 Et est haec sicut a divinis ultima, ita in nostris terrenisque omnibus prima: corpus enim hoc sicut faex rerum divinarum est,
16 ita animalis est prima substantia. Et haec est differentia inter terrena corpora et supera, caeli dico et siderum aliorumque elementorum, quod illa quidem sursum arcessita sunt ad animae sedem, et inmortalitatem ex ipsa natura regionis et sublimitatis imitatione meruerunt: ad haec vero terrena corpora anima ipsa deducitur, et ideo mori creditur, cum in caducam regionem et in
17 sedem mortalitatis includitur. Nec te moveat, quod de anima, quam esse inmortalem dicimus, mortem totiens nominamus. Et-

Mss. (B usque ad v. *φυτικὸν* § 14.) **FSPR12GBER.]**

sec. m.) — *conplet* R1. — *non deserit archana* F. 13. *illabitur* R1. — *iam diximus*] cap. 11, § 12. — *limosi corporis* BAR. (R2 sup. *vel luminosi*). *luminosi decoris* H2. — *exercitio* (om. *in*) *H*. 14. *in Saturni spera H*1. — *θεωρητικὸν* (om. *et*) v-g. — *quod aesthelicon vocant* (om. *et φανταστικὸν*) F. *quod heticon et pantasticon vocant* R1. — *in sphaera veneris* BER. — *φυτικὸν* (om. *vero*) P. — *vero id est* et quae sequuntur usque ad cap. 19, § 24. verba: *stellarum alias interventus* om. B. — *augendi* Mss.v-gbBAR.BEN.L; „reponendum ex Mss.“ Gron. *agendi* s-z. — *in ingressu* FSR12G*H*2BAR.BEN. *ingressu* (om. *in*) Edd.P. 15. *Et haec est sicut* R1. *et sicut haec est* R2. *et est sicut* (om. *haec*) via. — *a divinis omnibus* F. — *terrenisque orbibus* v-g. — *sicut hoc faex divinarum est rerum* R2. 16. *ac supera* BER. — *illa quidem quae H*2. — *accessita* (F a sec. m.) SvichgG. Vid. not. ad c. 13, § 7. *arcessita* (F a p. m.) R1as-bPBER. *arcersita* (*sunt sursum*) R2. *in arce sita H*1. — *emeruerunt* v-g. — *corpora ipsa* (om. *anima*) R1. — *truditur vel includitur* F. 17. *Nec te moveat* FSR12v-gbGL BAR.BEN. „Interiiciendum *te* auctoritate librorum vett.; nam alloquitur filium. Sic cap. 6. [§ 10.] *Nec te remordeat*, cap. 15. [§ 19.] *nec te moveat*, lib. II, cap. 15. [§ 13.] *nec te confundat*.“ Gron. *nec moveat* (om. *te*) Ps-z. — *immortalem credimus H*1. — *totiens ominamus* coni. Pont. —

14. *in Saturni, ratiocinationem etc.*] Cf. c. 14, § 7.; c. 19, § 23. et quae Lobeck. Aglaoph. II, p. 925. attulit e Proculo in Tim. I, 348., et quae ex aliis idem ibid. p. 932.

16. *et siderum aliorumque clementorum*] Qua ratione sic loqui potuerit Macrobius, elucet e cap. 11, § 8.

illa quidem] Intelliguntur supera, licet haec posteriore loco memorata sint. Vid. not. ad c. 6, § 18.

17. *quod de anima ... mortem totiens nominamus*] „Tangit Platonem Arnobius [II, 14.]: *quod cum animas dicat immortales, perpetuas et corporali soliditate privatas, puniri eas dicat tamen et doloribus affici sensuum.*“ etc. PONT.

enim sua morte anima non extinguitur, sed ad tempus obruitur:
nec temporali demersione beneficium perpetuitatis eximitur, cum [63]
rursus e corpore, ubi meruerit contagione vitiorum penitus eli-
mata purgari, ad perennis vitae lucem restituta in integrum re-
vertatur. Plene, ut arbitror, de vita et morte animae definitio 18
liquet, quam de adytis philosophiae doctrina et sapientia Ciceronis
elicuit.

XIII. Sed Scipio per quietem et caelo, quod in praemium 1
cedit beatis, et promissione inmortalitatis animatus tam gloriosam
spem tamque inclytam magis magisque firmavit viso patre, de
quo utrum viveret, cum adhuc videretur dubitare, quaesiverat.
Mortem igitur malle coepit, ut viveret: nec flesse contentus viso 2
parente quem crediderat extinctum, ubi loqui posse coepit, hoc
primum probare voluit, nihil se magis desiderare quam ut cum
eo iam moraretur. Nec tamen apud se quae desiderabat facienda
constituit ante quam consuleret: quorum unum prudentiae, alte-
rum pietatis adsertio est. Nunc ipsa vel consulentis vel praeci-
pientis verba tractemus. *Quaeso, inquam, pater sanctissime atque* 3
optume, quoniam haec est vita, ut Africanum audio dicere, quid [64]
*moror in terris? quin huc ad vos venire propero? Non est ita,
inquit ille. Nisi enim cum deus is, cuius hoc templum est omne
quod conspicis, istis te corporis custodiis liberaverit, huc tibi adi-
tus patere non potest. Homines enim sunt hac lege generati, qui* 4
*tuerentur illum globum, quem in templo hoc medium vides, quae
terra dicitur: hisque animus datus est ex illis sempiternis ignibus,
quae sidera et stellas vocatis, quae globosae et rotundae, divinis
animatae mentibus, circos suos orbesque conficiunt celeritate mi-
rabili. Quare et tibi, Publi, et piis omnibus retinendus animus
est in custodia corporis, nec iniussu eius, a quo ille est vobis da-
tus, ex hominum vita migrandum est, ne munus adsignatum a deo*

[Edd. vicahgspdzb.

sua morte (in mg. add. *anima*) R2. — *dimersione* F. — *beneficium* (sup. *o*) R2. — *meruit* h. — *et de morte* vag. — *diffinitio* FG. — *de adutis* „Ms." *de aditis* (sup. *abditis*) F. *de abditis* Ber. (g in mg.) — *et sapientia* om. v.

XIII. *Caput XIII. Hominem duplici ratione mori: primum, si anima corpus relinquat; deinde, si anima in corpore adhuc manens, corporeas illecebras contemnat, voluptatesque et affectiones omnes exuat: ex his mortibus posteriorem hanc omnibus appetendam; priorem arcessendam non esse, sed exspectandam, donec Deus ipse animam a corpore dissolvat.* ch-b.

1. *et in coelo* v3ichg. — *viso parente* L. — *quaesierat* v-g.

2. *sed ubi* Ber. — *posse coepit loqui* F. — *ut eo iam* (om. *cum*) R1. *ut cum eo* (om. *iam*) Psp „Ms." (*iam* ex „Mss." revocavit Gron. ad I, 6, 66.) — *Nec tamen* FSR12v-gbPBer.Ben.Bar.L; „libri antiqui: quod verum est, syntaxi eadem, qua Ovid. Met. IV, 317. *Nec tamen ante adiit* etc." Gron. *nec tam* Gs-z. — *ante quam* FSBer.*H*1Bar.Ben.L; „Sic videtur legendum cum una membr." Gron. *quam ante* Edd.PR12G.

3. *Quaeso*] Somn. III, § 3-5. — *pater inquam* R1. — *audio Africanum* vichg. — *morer* *H*2. — *inquit ille* Mss.v-gbBar.Ben.Tr. *inquit* (om. *ille*) s-z. — *cum* om. R2Tr. — *deus is* Tr.Bar. Somn. l. c. Mss. paene omnes. *deus* (om. *is*) R1. *deus hic* Edd.FSPR2G. — *hoc est templum* F. — *omneque quod* vichg. — *his te custodiis corporis* Ber. 4. *in hoc templo* Somn. l. c. Mss. et Edd. omnes. — *circos suos orbesque* PGBer. s-zFSR12. *circulos suos orbesque* vab Somn. l. c. Mss. et Edd. *circulos orbesque suos* ichg. — *est animus* FR1. — *datus vobis est* R1. — *deo* (om.

5 *defugisse videamini.* Haec secta et praeceptio Platonis est, qui in Phaedone definit homini non esse sua sponte moriendum. Sed in eodem tamen dialogo idem dicit mortem philosophantibus adpetendam et ipsam philosophiam meditationem esse moriendi. Haec sibi ergo contraria videntur: sed non ita est. Nam Plato duas mortes hominis novit. Nec hoc nunc repeto, quod superius dictum est, duas esse mortes, unam animae, animalis alteram: sed ipsius quoque animalis, hoc est hominis, duas adserit mor-
6 tes, quarum unam natura, virtutes alteram praestant. Homo enim moritur, cum anima corpus relinquit solutum lege naturae: mori etiam dicitur, cum anima adhuc in corpore constituta corporeas illecebras philosopia docente contemnit et cupiditatum
[65]dulces insidias reliquasque omnes exuitur passiones. Et hoc est quod superius ex secundo virtutum ordine, quae solis philoso-
7 phantibus aptae sunt, evenire signavimus. Hanc ergo mortem dicit Plato sapientibus esse appetendam: illam vero, quam omnibus natura constituit, cogi vel inferri vel accersiri vetat, docens expectandam esse naturam, et has causas huius aperiens sanctionis quas ex usu rerum quae in cotidiana conversatione sunt mutuatur.
8 Ait enim eos qui potestatis imperio truduntur in carcerem non oportere inde diffugere prius quam potestas ipsa quae clausit ab-

Mss. FSPR12GBer.]

a) R1. — *defugisse* c-bSP; Somn. l. c. Mss. et Edd. *diffugisse* FR12Gv Bar.LTr.; cf. infra § 8. *effugisse* i. *fugisse* Ber. 5. *in Phaedone*] p. 62 et 67. — *Phedrone* Mss.v. Vincent. Bellovac. Specul. natur. 31, 110. — *diffinit* F. — *sed ineundum. Item in dialogo idem dicit* Vinc. Bell. l. c. — *dialogo tamen* R1. — *sibi* (om. *ergo*) Ber. *sibi ergo* del. *H.* — *contraria esse* Vinc. Bell. l. c. — *duas esse* G. — *hominis mortes* F. *mortes hominum* Ber. — *hoc* del. *H*1. — *non recepto H*2. — *superius*] c. 11, § 1 sqq. — *duas esse asserit* R1. 6. *Homo* (om. *enim*) F. — *mori enim dicitur* R1. — *philosophia ducente* L a sec. m. — *insidias dulces* F. — *exuit* Ber. *exurit* Vinc. Beil. l. c. — *superius*] c. 8, § 8. 7. *sapientibus appetendam dicit Plato* Ber. — *regi vel inferri* a; Mod. N. L. p. 182. restituit *cogi.* — *arcessiri* b. — *mutantur* v1. *mutuantur* v3. 8. *Ait* (sup. add. *enim*) R2; (del. *enim*) *H*1. — *diffugere*

XIII, 6. *omnes exuitur passiones*] Similiter Macrobius c. 9, § 3. *anima virtutes induitur*, c. 11, § 12. *luteum corpus induitur*, et c. 14, § 7. *patrem induitur*, et saepius hanc constructionem admittit in participio, ut II, 10, 15. *asperitatem exuti*, et II, 12, 5. *exutus hominem*. Et poetae: Ovid. Metam. VII, 318. *Cornuaque exuitur*, nec non *cum cornibus annos*, idem VI, 568. *Induiturque atras vestes;* Virg. Aen. II, 391 seq. *Androgei galeam clipeique insigne decorum Induitur*, et VII, 639 seq. *clipeumque auroque trilicem Loricam induitur.*

7. *accersiri vetat*] „Legitur hoc verbum etiam I Sat. 16 [§ 38.] *accersita*, II Sat. 11 [III, 14, 7.] *accersebantur*. Sed haec scribentium errata esse mihi exploratum est: nam melius habes cap. praeced. [§ 16.] *arcessita sunt*, infra autem hoc cap. [§ 17.] *arcessit*. Et alibi quod fortissime me huc attrahit, est quod videam etiam Virgilio impingi id verbum, lib. IV. Sat. cap. 5 [§ 1.], quasi scripsisset *accersere*, cum ab omni memoria ibi lectum sit *arcessere*, agnoscente etiam Servio.“ Gron. In Virgilii editionibus vel novissimis sane legitur *arcessere*, sed Macrobii codices et illo loco et aliis fere omnibus commendant scripturam *arcessere*, quam ubique exhibui. De infinitivo *accersiri* vid. Doederl. Syn. III, p. 282.

8. *qui ... truduntur in carcerem*]

ire permiserit. Non enim vitari poenam furtiva discessione sed
crescere. Hoc quoque addit, nos esse in dominio deorum quo-
rum tutela et providentia gubernamur: nihil autem esse invito
domino de his quae possidet ex eo loco in quo suum constitue-
rat auferendum: et sicut qui vitam mancipio extorquet alieno
crimine non carebit, ita eum qui finem sibi domino necdum iu-
bente quaesiverit non absolutionem consequi sed reatum. Haec 9
Platonicae sectae semina altius Plotinus exequitur. Oportet, in-
quit, animam post hominem liberam corporeis passionibus inve-
niri. Quam qui de corpore violenter extrudit liberam esse non
patitur. Qui enim sibi sua sponte necem comparat aut pertae-
sus necessitatis aut metu cuiusquam ad hoc descendit aut odio,
quae omnia inter passiones habentur: ergo, etsi ante fuit his
sordibus pura, hoc ipso tamen, quo exit extorta, sordescit. De-
inde mortem debere ait animae a corpore solutionem esse, non
vinculum: exitu autem coacto animam circa corpus magis magis- [66]
que vinciri. Et revera ideo sic extortae animae diu circa corpus 10
eiusve sepulturam vel locum in quo iniecta manus est pervagan-
tur: cum contra illae animae, quae se in hac vita a vinculis cor-
poris philosophiae morte dissolvunt, adhuc extante corpore caelo
et sideribus inserantur. Et ideo illam solam de voluntariis mor-
tibus significat esse laudabilem, quae comparatur, ut diximus,
philosophiae ratione, non ferro, prudentia, non veneno. Addit 11
etiam illam solam esse naturalem mortem, ubi corpus animam,
non anima corpus, relinquit. Constat enim numerorum certam
constitutamque rationem animas sociare corporibus. Hi numeri
dum supersunt, perseverat corpus animari: cum vero deficiunt,
mox archana illa vis solvitur, qua societas ipsa constabat: et hoc
est quod fatum et fatalia vitae tempora vocamus. Anima ergo 12
ipsa non deficit, quippe quae inmortalis atque perpetua est, sed

[Edd. vicahgspdzb.

inde F. — *abscessione* R2. — *in dno* (sup. *dominio*) F. — *dominorum quorum H*1. *dei cuius* Ber. — *addidit* Ber. — *nisi hoc esse* (sup. *nihil autem*) R2. — *domino non iubente* R1. 9. *Plotinus*] Ennead. I, lib. IX. — *debere animae ait* R1. 10. *eiusve sepulchrum* R1. — *quae in* (om. *se*) cahg. — *corporis* FSR12Gi „Angl." *corporeis* vc-bPBer. — *dissolvuntur* v-g. — *dicit esse laud.* F. — *ut diximus*] Cf. § 6. — *philosophiae ratione ut diximus* v-g. 11. *solam* (om. *illam*) v-g. — *naturalem esse* R2. — *animam anima non* R1. *animam et anima* S. *anima non animus* G. — *illa archana vis* F. *archana vis illa* G.

„Locus, quem auctor spectat, extat Phaed. Sect. 6 [p. 62.]." Zeun.

9. *post hominem*] Idem est quod alibi *post corpus*, vel *post animal.* Vid. not. ad c. 1, § 7.

hoc ipso, quo exit extorta] Videtur esse idem ac *hac ipsa actione, qua;* nisi forte mavis respiciens ad antecedens *ante*, interpretari *hoc ipso temporis momento, quo* etc.

10. *animae diu circa corpus ... pervagantur*] Conf. Serv. ad Virg. Aen. IV, 386. *Dicunt physici biothanatorum animas non recipi in originem suam, nisi vagantes legitimum tempus fati compleverint* etc., et Salmas. ad Solin. p. 787.

11. *numerorum certam constitutamque rationem*] Cf. c. 6, § 62 sqq. et § 82.

inpletis numeris corpus fatiscit: nec anima lassatur animando, sed officium suum deserit corpus, cum iam non possit animari. Hinc illud est doctissimi vatis:

— *Explebo numerum, reddarque tenebris.*

13 Haec est igitur naturalis vere mors, cum finem corporis solus numerorum suorum defectus adportat, non cum extorquetur vita corpori adhuc idoneo ad continuationem ferendi. Nec levis est
14 differentia vitam vel natura vel sponte solvendi. Anima enim, cum a corpore deseritur, potest in se nihil retinere corporeum, si se pure, cum in hac vita esset, instituit: cum vero ipsa de
[67] corpore violenter extruditur, quia exit rupto vinculo, non soluto, fit ei ipsa necessitas occasio passionis, et malis, vinculum dum
15 rumpit, inficitur. Hanc quoque superioribus adicit rationem non sponte pereundi. Cum constet, inquit, remunerationem animis illic esse tribuendam pro modo perfectionis ad quam in hac vita unaquaeque pervenit: non est praecipitandus vitae finis, cum ad-
16 huc proficiendi esse possit accessio. Nec frustra hoc dictum est: nam in archanis de animae reditu disputationibus fertur in hac vita delinquentes similes esse super aequale solum cadentibus, quibus denuo sine difficultate praesto sit surgere; animas vero ex hac vita cum delictorum sordibus recedentes aequandas his qui in abruptum ex alto praecipitique delapsi sint, unde numquam facultas fit resurgendi. Ideo ergo utendum concessis vitae
17 spatiis, ut sit perfectae purgationis maior facultas. Ergo, inquies, qui iam perfecte purgatus est manum sibi debet inferre, cum non sit ei causa remanendi, quia profectum ulterius non requirit qui ad supera pervenit. Sed hoc ipso, quo sibi celerem finem spe fruendae beatitatis accersit, inretitur laqueo passionis, quia spes sicut timor passio est: sed et cetera, quae superior ratio
18 disseruit, incurrit. Et hoc est quod Paulus filium spe vi[...]
rioris ad se venire properantem prohibet ac repellit, n[...]
tum absolutionis ascensionisque desiderium magis eum [...]

Mss. FSPR12GBer.]

12 *et perpetua* FR2. *ac perpetua* S. — [...]
Explebo Virg. Aen. VI, 545. 13. [...]
turalis mors (del. vere) H1. — *extorquet* [...]
R1. 14. *Anima autem* R2. — [...]
(sup. nil) retinere corporeum R2. *retiner*[...]
reum retinere R1. — *violenter de corpor*[...]
H2 „Angl.“ 15. *adiecit* R2B[...]
esse (om. illic) R1. 16. *praes*[...]
resurgere H2. — *in ruptum* Ber. — [...]
Edd.SP. *dilapsi sunt* Ber. — *facul*[...]
(om. *ergo*) G. — *concessis utendum* [...]
H2 — *purgatus est* (om. *perfecte*) [...]
fectae purgationis sit F. — *quia* [...]
Ber.v-g. — *beatitudinis* Ber. — [...]
Vid. § 7. — *quia sicut timor spes* [...]

16 *fertur in hac vita delinque*[...]
tes similes esse Conf. II, 5, 15. [...]
excogitatas a nobis lineas ... [...]

passione vinciat ac retardet. Nec dicit, quod, nisi mors naturalis advenerit, emori non poteris; sed, huc venire non poteris. *Nisi* 19
enim cum deus, inquit, *istis te corporis custodiis liberaverit, huc* [68]
tibi aditus patere non potest: quia scit iam receptus in caelum nisi perfectae puritati caelestis habitaculi aditum non patere. Pari autem constantia mors nec veniens per naturam timenda
est, nec contra ordinem cogenda naturae. Ex his quae Plato- 20
nem quaeque Plotinum de voluntaria morte pronuntiasse retulimus nihil in verbis Ciceronis quibus hanc prohibet remanebit obscurum.

XIV. Sed illa verba quae praeter hoc sunt inserta repe- 1
tamus: *Homines enim sunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in templo hoc medium vides, quae terra dicitur: hisque animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quae sidera et stellas vocatis, quae globosae et rotundae, divinis animatae mentibus,*
circos suos orbesque conficiunt celeritate mirabili. De terra, cur 2
globus dicatur in medio mundo positus, plenius disseremus, cum de novem sphaeris loquemur. Bene autem universus mundus dei templum vocatur propter illos qui aestimant nihil esse aliud
deum nisi caelum ipsum et caelestia ista quae cernimus. Ideo, [69]
ut summi omnipotentiam dei ostenderet posse vix intellegi, numquam videri, quicquid humano subicitur aspectui templum eius vocavit qui sola mente concipitur; ut qui haec veneratur ut templa cultum tamen maximum debeat conditori, sciatque quisquis in usum templi huius inducitur ritu sibi vivendum sacer-

[Edd. vicahgspdzb.

18. *accessionisque* Hl. — *evenerit* Ber. — *sed . . . poteris* om. R1.
19. *deus inquit* (om. *cum*) Ber. *inquit cum deus* v-g. — *custodiis corporis* R1. — *aditum habit*[illegible]

XIV. *Caput XI*[illegible] *ndus* [illegible] *us Dei vocetur templum: quotuplici sensu accip*[illegible] *anim*[illegible] *do mens homini cum sideribus communis es*[illegible] *va*[illegible] *natura sententiae: quid inter stellam et* (ch[illegible] *tersit*[illegible] *a, quid orbis, quid circus: stellae errant*[illegible] *ac*[illegible] 1. *Homines*] Somn. III, 4. — [illegible] *ati* [illegible] *m tuerentur globum* R1. [illegible] *tur illum gl*[illegible] *lob*[illegible] *ndae* ichg. *rotundae et* [illegible] 2. *in medio* [illegible] G. [illegible] Ber [illegible] Sv g. — *nichil aliud* [illegible] — *summam* [illegible] R1. [illegible] *mque*) R12Ber [illegible] *nunquam* [illegible] non melius, [illegible] abest a [illegible] G [illegible] eius Ber. — [illegible] Ber. [illegible] *r ut templa* [illegible]

Nec [illegible] *vo* II, 5, [illegible] *opius* [illegible] 1, 23.; II [illegible] *quod* [illegible] 9, 1.; VII [illegible] 2. *qui* [illegible] *esse* 21, [illegible] *cum nisi* [illegible] Cf. 24. [illegible] N. II. 1[illegible] *m et* [illegible] *quodcum*[illegible] *cae*- 18. [illegible] *ppella*[illegible] *n esse* 11, [illegible] *par* [illegible] Quis- [illegible] *st D*[illegible] *lius.*

inpletis numeris corpus fatiscit: nec anima lassatur animando, sed officium suum deserit corpus, cum iam non possit animari. Hinc illud est doctissimi vatis:

— *Explebo numerum, reddarque tenebris.*

13 Haec est igitur naturalis vere mors, cum finem corporis solus numerorum suorum defectus adportat, non cum extorquetur vita corpori adhuc idoneo ad continuationem ferendi. Nec levis est
14 differentia vitam vel natura vel sponte solvendi. Anima enim, cum a corpore deseritur, potest in se nihil retinere corporeum, si se pure, cum in hac vita esset, instituit: cum vero ipsa de
[67]corpore violenter extruditur, quia exit rupto vinculo, non soluto, fit ei ipsa necessitas occasio passionis, et malis, vinculum dum
15 rumpit, inficitur. Hanc quoque superioribus adicit rationem non sponte pereundi. Cum constet, inquit, remunerationem animis illic esse tribuendam pro modo perfectionis ad quam in hac vita unaquaeque pervenit: non est praecipitandus vitae finis, cum ad-
16 huc proficiendi esse possit accessio. Nec frustra hoc dictum est: nam in archanis de animae reditu disputationibus fertur in hac vita delinquentes similes esse super aequale solum cadentibus, quibus denuo sine difficultate praesto sit surgere; animas vero ex hac vita cum delictorum sordibus recedentes aequandas his qui in abruptum ex alto praecipitique delapsi sint, unde numquam facultas fit resurgendi. Ideo ergo utendum concessis vitae
17 spatiis, ut sit perfectae purgationis maior facultas. Ergo, inquies, qui iam perfecte purgatus est manum sibi debet inferre, cum non sit ei causa remanendi, quia profectum ulterius non requirit qui ad supera pervenit. Sed hoc ipso, quo sibi celerem finem spe fruendae beatitatis accersit, inretitur laqueo passionis, quia spes sicut timor passio est: sed et cetera, quae superior ratio
18 disseruit, incurrit. Et hoc est quod Paulus filium spe vitae verioris ad se venire properantem prohibet ac repellit, ne festinatum absolutionis ascensionisque desiderium magis eum hac ipsa

Mss. FSPR12GBer.]

12. *et perpetua* FR2. *ac perpetua* S. — *cum iam anima non* Ber. — *Explebo*] Virg. Aen. VI, 545. 13. *vera naturalis mors* Ber. *naturalis mors* (del. *vere*) *H*1. — *extorquet* R1. — *ferendam* R1. — *solvi* R1. 14. *Anima autem* R2. — *corpore* (om. *a*) via. — *nisi* (sup. *nil*) *retinere corporeum* R2. *retinere nihil corporeum* F. *nihil corporeum retinere* R1. — *violenter de corpore* viag. — *malis vinculis* GR2Ber. *H*2 „Angl.“ 15. *adiecit* R2Bar.L. — *constat* Ber. — *animis esse* (om. *illic*) R1. 16. *praesto sit surgere sine difficultate* F. — *resurgere H*2. — *in ruptum* Ber. — *delapsi sint* FR12G. *delapsi sunt* Edd.SP. *dilapsi sunt* Ber. — *facultas numquam* Edd.PBer. — *ideo est* (om. *ergo*) G. — *concessis utendum* Edd.P. 17. *Ergo tu inquis H*2. — *purgatus est* (om. *perfecte*) R1. *perfectae purgatus est* v. *perfectae purgationis sit* F. — *quia perfectum* Fv (g in mg.). — *superna* Ber.v-g. — *beatitudinis* Ber. — *accersit* SBer. *arcessit* R12Edd.FPG. Vid. § 7. — *quia sicut timor spes* Ber. — *ratio inseruit* v.

16. *fertur in hac vita delinquentes similes esse*] Conf. II, 5, 15. *nec excogitatas a nobis lineas ... aestimetur*, et II, 14, 12. *et haec dicendum est ab alio moveri.*

passione vinciat ac retardet. Nec dicit, quod, nisi mors naturalis advenerit, emori non poteris; sed, huc venire non poteris. *Nisi* 19
enim cum deus, inquit, *istis te corporis custodiis liberaverit*, *huc*[68] *tibi aditus patere non potest:* quia scit iam receptus in caelum nisi perfectae puritati caelestis habitaculi aditum non patere. Pari autem constantia mors nec veniens per naturam timenda est, nec contra ordinem cogenda naturae. Ex his quae Plato- 20
nem quaeque Plotinum de voluntaria morte pronuntiasse retulimus nihil in verbis Ciceronis quibus hanc prohibet remanebit obscurum.

XIV. Sed illa verba quae praeter hoc sunt inserta repe- 1
tamus: *Homines enim sunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in templo hoc medium vides, quae terra dicitur: hisque animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quae sidera et stellas vocatis, quae globosae et rotundae, divinis animatae mentibus, circos suos orbesque conficiunt celeritate mirabili.* De terra, cur 2
globus dicatur in medio mundo positus, plenius disseremus, cum de novem sphaeris loquemur. Bene autem universus mundus dei templum vocatur propter illos qui aestimant nihil esse aliud deum nisi caelum ipsum et caelestia ista quae cernimus. Ideo,[69] ut summi omnipotentiam dei ostenderet posse vix intellegi, numquam videri, quicquid humano subicitur aspectui templum eius vocavit qui sola mente concipitur; ut qui haec veneratur ut templa cultum tamen maximum debeat conditori, sciatque quisquis in usum templi huius inducitur ritu sibi vivendum sacer-

[Edd. vicahgspdzb.

18. *accessionisque Hl.* — *evenerit* Ber. — *sed ... poteris* om. R1.
19. *deus inquit* (om. *cum*) Ber. *inquit cum deus* v-g. — *custodiis corporis* R1. — *aditum habitaculi* R2.

XIV. *Caput XIV. Cur mundus hic universus Dei vocetur templum: quotuplici sensu accipiatur nomen animi: et quomodo mens homini cum sideribus communis esse dicatur: tum variae de animi natura sententiae: quid inter stellam et* (chg *ac*) *sidus intersit: quid sphaera, quid orbis, quid circus: stellae errantes unde nomen acceperint.* ch-b. 1. *Homines*] Somn. III, 4. — *hac lege generati sunt* F. — *illum tuerentur globum* R1. *tuerentur illum globum* R2. — *globosae atque rotundae* ichg. *rotundae et globosae* a. — *ex divinis* Ber. — *circulos* v-g. 2. *in medio* (om. *mundo*) G. — *loquimur* Ber. — *existimant* Sv-g. — *nichil aliud esse* R1. — *quam celum* Ber. — *celestia ipsa* Ber. — *summam dei omnipotentiam* R1. — *numquam videri* F (S *numquamque*) R12Ber.v-aLBen. Bar. *nunquam posse videri* h-bPG. „*Posse* si non melius, at certe non peius abest a libris vetustis." Gron. — *templi eius* Ber. — *mente conspicitur* Ber. (R2 sup. *concip.*). — *qui veneratur ut templa haec* F. — in-

18. *Nec dicit, quod ... poteris*] Sic saepius Macrobius utitur particula *quod* cum indicativo, pro accusativo cum infinitivo, ut o. seq. § 3.; I, 21, 17.; II, 5, 20.; II, 13, 7.; II, 15, 24.; Sat. I, 4, 9.; I, 24, 3., et praemissis pronominibus, *hoc* I, 20, 18.; Sat. III, 3, 11.; VII, 6, 13.; VII, 7, 6.; VII, 15, 12.; *id* Sat. I, 4, 19.; *illud* Sat. I, 7, 33., et cum coniunctivo II, 5, 17.; II, 7, 7.; Sat. I, 11, 23.; II, 4, 25.; III, 20, 2.; V, 19, 1.; VII, 11, 5.

XIV, 2. *qui aestimant nihil esse aliud deum nisi caelum ipsum*] Cf. Plin. N. H. II, init. *Mundum et hoc, quodcumque nomine alio caelum appellare libuit, ... numen esse credi par est*, et ib. 7, s. 5. *Quisquis est Deus, si modo est alius.*

dotis. Unde et quasi quodam publico praeconio tantam humano generi divinitatem inesse testatur, ut universos siderei animi
3 cognatione nobilitet. Notandum est, quod hoc loco animum, et ut proprie et ut abusive dicitur, posuit. Animus enim proprie mens est, quam diviniorem anima nemo dubitavit: sed nonnum-
4 quam sic et animam usurpantes vocamus. Cum ergo dicit: *hisque animus datus est ex illis sempiternis ignibus*, mentem praestat intellegi, quae nobis proprie cum caelo sideribusque communis est; cum vero ait: *retinendus animus est in custodia corporis*, ipsam tunc animam nominat, quae vincitur custodia corporali
5 cui mens divina non subditur. Nunc qualiter nobis animus, id est mens, cum sideribus communis sit, secundum theologos dis-
6 seramus. Deus, qui prima causa et est et vocatur, unus omnium, quaeque sunt quaeque videntur esse, princeps et origo est. Hic superabundanti maiestatis fecunditate de se mentem creavit. Haec mens, quae νοῦς vocatur, qua patrem inspicit, plenam similitudinem servat auctoris: animam vero de se creat posteriora
7 respiciens. Rursus anima patrem qua intuetur induitur, ac paulatim regrediente respectu in fabricam corporum incorporea ipsa

Mss. FSPR12GBER.]

dicitur R1. — *publico praeconio quodam* F. — *divinitatem* om. R1.
3. *in hoc loco* BER. — *ut abusive ponitur* BER. — *apposuit* R1. — *mens* (om. *est*) R2. — *dubitabit* H2. — *usurpantes animum esse* H1.
4. *proprie* om. R2. — *tunc* om. BER. *tum* (sup. *cui*) R1. — *subiicitur* BER. 6. *et est et vocatur* Mss.v-gb. „Scripsit Macrobius *et est et voc.* Ita habent Mss. Ita locutus est supra, ita loquitur infra [§ 17.] *et sunt et videntur*, c. 19 [§ 14.] *et sit et habeatur.*“ Gron. *est et vocatur* (om. priore *et*) s-z. — „*Quaeque sunt quaeque videntur*, ut c. 6 [§ 9.]. Sed Ms. optimus utroque loco *quaecumque*, de quo ἐπέχω, praesertim cum et Sat. V, c. ult. [§ 10.] *quique sint quique fuerint.*“ Gron. — *origo* (om. *est*) R1. — *hic deus* BER. *Sic* H1. — *quae patrem* H1 (R1 sup. *a*). — *de se vero* R2. *vero de se ipsa* BER. 7. *Rursum* SR12. — *patrem qua intuetur* FSR2v-gbGBER.BEN.LTR.*H2*. *qua intuetur patrem* R1. *patrem quam intuetur* P. *qua parte intuetur* P4. *partem quam intuetur* s-z. *mentem quam intuetur* „Oxonii“ Gron. Vid. not. — *induitur* (sup. add. *divinitatem*) R1. — *in corporum fabricam* R1. — *in*

6. *omnium, quaeque sunt quaeque videntur esse*] i. e. intellegibilium et corporalium, cf. c. 6, § 19.

7. *patrem, qua intuetur, induitur*] Gronovius *mentem*, quod invenit in cod. Oxon., defendit his verbis: „Animae pars, quae mentem proxima est, mentis consors fit: quae vero a mente remotior et rebus corporeis propinquior est, licet anima ipsa sit incorporea, tamen corporea participat. Haec sententia Macrobii quae per τὸ *partem* [quod invenit in sp] non parum obscurior videtur fieri.“ — At Zeunius *patrem, qua*, quod legit in Ed. Col., recte defendit his verbis: „Quemadmodum auctor paulo ante de mente, quam ex Deo summo creatam esse contendit, dicit: *qua patrem inspicit, plenam similitudinem servat auctoris:* ita et nunc, cum originem animae a mente tradit, eadem utitur sententia, sed levi tantum mutatione et variatione, uti saepe, *rursus anima patrem*, h. e. mentem, *qua intuetur*, ante: *inspicit, induitur*, ante: *plenam similitudinem servat auctoris.*“ — Paulo alio sensu Claudian. de III cons. Honor. v. 157. dicit: *indue mente patrem.* De passivo vid. not. ad c. 13, § 6.

ac paulatim] Exspectes particulam adversativam, sed *ac* bene se habet, dum interpreteris: „*und nur allmählich.*“ Vid. Doederl. Synon. III, § 97.

degenerat: habet ergo et purissimam ex mente, de qua est nata, [70] rationem, quod *λογικὸν* vocatur, et ex sua natura accipit praebendi sensus praebendique incrementi seminarium, quorum unum *αἰσθητικὸν* alterum *φυτικὸν* nuncupatur. Sed ex his primum, id est *λογικὸν*, quod innatum sibi ex mente sumpsit, sicut vere divinum est, ita solis divinis aptum: reliqua duo, *αἰσθητικὸν* et *φυτικὸν*, ut a divinis recedunt, ita convenientia sunt caducis.
Anima ergo creans sibi condensque corpora (nam ideo ab anima 8
natura incipit quam sapientes de deo et mente *νοῦν* nominant) ex illo mero ac purissimo fonte mentis, quem nascendo de originis suae hauserat copia, corpora illa divina vel supera, caeli dico et siderum, quae prima condebat, animavit: divinaeque mentes omnibus corporibus quae in formam teretem, id est in sphaerae modum, formabantur infusae sunt: et hoc est quod, cum de stellis loqueretur, ait: *quae divinis animatae mentibus.*
In inferiora vero ac terrena degenerans fragilitatem corporum 9
caducorum deprehendit meram divinitatem mentis sustinere non posse, immo partem eius vix solis humanis corporibus convenire, quia et sola videntur erecta, tamquam quae ad supera ab imis recedant, et sola caelum facile tamquam semper erecta suspiciunt, solisque inest vel in capite sphaerae similitudo, quam formam diximus solam mentis capacem. Soli ergo homini rationem, id 10
est vim mentis, infudit, cui sedes in capite est: sed et geminam illam sentiendi crescendique naturam, quia caducum est corpus, inseruit. Et hinc est quod homo et rationis compos est et sen- 11
tit et crescit, solaque ratione meruit praestare ceteris animalibus: [71] quae quia semper prona sunt et ex ipsa quoque suspiciendi dif-

[Edd. vicahgspdzb.

corporea (ut duae sint voces) hs-z. — *nata est* R1. — *ex sua natura* (om. *et*) va. — *estheticon unum* R2. — *alterum φυτικὸν* om. P. — *reliqua vero duo* R1. — *convenienda* h. 8. *creans* (om. *sibi*) s-bP. „Libri omnes *creans sibi.*" Gron. — *condens corpora creansque sibi* R1. — *illo* (om. *mero*) Ber. — *condidit* Ber. — *omnibus corporibus* om. Ber. — *sperac in modum* F. — *formantur* Ber.v. — *omnibus corporibus infusae* Ber. 9. *Inferiora* (om. *in*) G. — *degenerans ac terrena* F. — *divinitatem sustinere mentis* R2. — *tamquam* (om. *quae*) P Ber.P4. — *superna* h. — *facile caelum* F. *caelum facie* Ber. (L a sec. m.) — *diximus*] Cf. c. 12, § 5. 10. *Soli igitur* chgG. — *mentis vim* R2. — *crescendi sentiendique* v-g. 11. *rationis capax* R2 (ch in mg.). — *prona sunt semper* R1. — *ex ipsa quaeque* v-gb „quod non alienum et ab usu Macrobii abhorrens est existimandum." Zeun. —

quod λογικὸν vocatur etc.] Cf. I, 12, 14. *αἰσθητικὸν* et *φυτικὸν* commemorantur etiam infra I, 19, 23.

8. *ab anima natura incipit quam ... νοῦν nominant*] Cf. § 7. *habet ergo* (anima) *et purissimam ex mente, de qua est nata, rationem, quod λογικὸν vocatur*, quam rationem dicit non inveniri infra animam. Cf. § 9. et II, 17, 14. *ad naturae suae principia, quod est caelum, tandem ... remeare* (animam).

9. *quae ad supera ab imis recedant*] Cf. Cic. de N. D. II, 56, 140. *Sunt enim e terra homines, non ut incolae atque habitatores, sed quasi spectatores superarum rerum atque caelestium, quarum spectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet.* Cum seqq. cf. Cic. de off. I, 4.

ficultate a superis recesserunt nec ullam divinorum corporum similitudinem aliqua sui parte meruerunt, nihil ex mente sortita sunt, et ideo ratione caruerunt: duo quoque tantum adepta sunt,
12 sentire vel crescere. Nam si quid in illis similitudinem rationis imitatur, non ratio sed memoria est, et memoria non illa ratione mixta sed quae hebetudinem sensuum quinque comitatur: de qua plura nunc dicere, quoniam ad praesens opus non attinet,
13 omittemus. Terrenorum corporum tertius ordo in arboribus et herbis est, quae carent tam ratione quam sensu, et quia crescendi tantummodo usus in his viget, hac sola vivere parte dicuntur.
14 Hunc rerum ordinem et Virgilius expressit. Nam et mundo animam dedit et, ut puritati eius adtestaretur, mentem vocavit. Caelum enim, ait, et terras et maria et sidera *spiritus intus alit*, id est anima, sicut alibi pro spiramento animam dicit: *Quantum ignes animaeque valent* — et, ut illius mundanae animae adsereret dignitatem, mentem esse testatus est: *Mens agitat molem* — nec non, ut ostenderet ex ipsa anima constare et animari universa quae vivunt, addidit: *Inde hominum pecudumque genus* et cetera, utque adsereret eundem esse in anima semper vigorem,
[72] sed usum eius hebescere in animalibus corporis densitate, adiecit:
15 *Quantum non noxia corpora tardant* et reliqua. Secundum haec ergo cum ex summo deo mens, ex mente anima fit, anima vero et condat et vita conpleat omnia quae secuntur, cunctaque hic unus fulgor illuminet et universis appareat, ut in multis speculis per ordinem positis vultus unus, cumque omnia continuis successionibus se sequantur degenerantia per ordinem ad imum meandi: invenietur pressius intuenti a summo deo usque ad ultimam re-

Mss. FSPR12GBer.]

natura suspiciendique difficultate Ber. — *duoque tantum* Ber.cahg. — *et crescere* R2P4. 12. *illa non ratione* R1. — „Est qui malit *habitudinem* pro *hebetitudinem*.“ Pont. — *nunc plura* R2. *plura* (om. *nunc*) Ber. — *omittamus* Ber. 13. *hac sola parte vivere* vin.
14. *nexuum ordinem* *H*1. — *puritati eius* Mss.v-gbBar.LBen. „Mss.“ Gron. *puritati* (om. *eius*) s-z. — *Caelum*] „Sententiam magis Aen. VI, 724. spectavit, quam verba singula.“ Zeun. — *enim dedit* (sup. a sec. m. *agit*) R1. — *spiritus*] Aen. VI, 726. — *Quantum*] ib. VIII, 403. — *testatus est* FSPR2GBer.v*H*1Ben.LBar. „Mss.“ Gron. *adtestatus est* R1. *testatur* c-b. — *Mens*] ib. VI, 727. — *addit* Ber. — *Inde*] ib. VI, 728. — *Hinc* Ber. — *esse in anima semper* FSR12G. *semper in anima esse* Edd.PBer. — *Quantum*] ib. VI, 731. — *tardant corpora* F. — *et cetera* L.
15. *et universis* FSPR12Gvi. *et universus* a. *et in universis* c-b. — *in multis* (om. *ut*) R1. — *meando* L*H*1. — *invenitur* Ber. — *intuendi*

13. *crescendi ... usus*] Cf. § 2. *in usum templi huius*, et I, 8, 4; I, 9, 1 et 4; II, 5, 19; II, 7, 19; II, 10, 8.
15. *Homeri catena aurea*] „Iliad. ϑ', 19. Plato, quem noster hic quoque sequitur, in Theaeteto sect. 9 [p. 153 Steph.] *τὴν χρυσῆν σειρὰν*, inquit, *ὡς οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸν ἥλιον Ὅμηρος λέγει καὶ δηλοῖ, ὅτι, ἕως μὲν ἂν ἡ περιφορὰ ᾖ κινουμένη καὶ ὁ ἥλιος, πάντα ἔστι καὶ σώζεται τὰ ἐν θεοῖς τε καὶ ἀνθρώποις· εἰ δὲ σταίη τοῦτο, ὥσπερ δεθὲν, πάντα χρήματ' ἂν διαφθαρείη, καὶ γένοιτ' ἂν τὸ λεγόμενον ἄνω κάτω πάντα.* Atque Popius, auctore Clarkio ad Hom. l. c. coniicit catenam auream veteribus Aegyptiis astronomiae peritis *vim solis* fuisse, qua in orbibus suis continerentur planetae. Anonymus de incredibilibus: *Συμβάλλουσι δέ τινες*, inquit, *Ὅμηρον σειρὰν λέγειν τὰς ἡμέρας καὶ τὰς τοῦ ἡλίου ἀκτῖνας.*“ Zeun.

rum faecem una mutuis se vinculis religans et nusquam interrupta conexio. Et haec est Homeri catena aurea, quam pendere de caelo in terras deum iussisse commemorat. His ergo dictis 16
solum hominem constat ex terrenis omnibus mentis, id est animi, societatem cum caelo et sideribus habere communem. Et hoc est quod ait: *hisque animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quae sidera et stellas vocatis.* Nec tamen ex ipsis caelestibus et 17
sempiternis ignibus nos dicit animatos (ignis enim licet divinum tamen corpus est, nec ex corpore quamvis divino possemus animari), sed unde ipsa illa corpora quae divina et sunt et videntur animata sunt, id est ex ea mundanae animae parte quam diximus de pura mente constare. Et ideo, postquam dixit: *his-* 18
que animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quae sidera et stellas vocatis, mox adiecit: *quae divinis animatae mentibus,* ut per sempiternos ignes corpus stellarum, per divinas vero mentes earum animas manifesta discretione significet et ex illis in nostras venire animas vim mentis ostendat. Non ab re est, ut haec de 19
anima disputatio in fine sententias omnium qui de anima viden- [73]
tur pronuntiasse contineat. Platon dixit animam essentiam se moventem, Xenocrates numerum se moventem, Aristoteles ἐντελέχειαν, Pythagoras et Philolaus harmoniam, Posidonius ideam, Asclepiades quinque sensuum exercitium sibi consonum, Hippocrates spiritum tenuem per corpus omne dispersum, Heraclides Ponticus lucem, Heraclitus physicus scintillam stellaris essentiae,

[Edd. vicahgspdzb. G. *intuentibus* H1. — *una se mutuis* v-g. — *et haec* (om. *est*) R1. — 16. *societate animi* R1. 17. *ex sempiternis* (om. *ipsis caelestibus et*) Ber. — *ignis enim ille* Edd.PBer. — *illa ipsa* R1. — *animata* (om. *sunt*) Ber. — *diximus*] cf. §§ 7. 8. 18. *discretione* Mss.dzP4*H*12 „duo manu exarati" Mod. N. L. p. 182. „Praeferam quod erat in membranis Modianis. Innuit enim *discretionem* sive discrimen esse inter *sempiternos ignes* et *divinas mentes*." Pont. „Nullum vidi codicem, in quo non sit *discretione*, quod omnino requiritur et ideo contentum mutavi." Gron. Contra Zeunio *descriptione* utique videtur verbum exquisitius et rei aptius, de cuius usu conferri iubet Ern. Clav. Cic. At cf. II, 11, 6. *descriptione* v-pb. — *et ut ex illis* Ber.
19. *Platon* FSR12G „Ms." *Plato* Edd.PBer., ut alibi (I, 19, § 1 et 2; 20, § 1. etc.) codd. omnes. — *essentiam esse se* R1. *esse essentiam se* Ber. — *entelechiam* (sup. *endel.*) R2. *entelichiam* F. — *philolaus* R1. — *posidonius* R2. *Possidonius* Edd. et Mss. reliqui. — *diffusum* Ber. — *Heraclides Ponticus* b ex coniectura Zeunii, qui haec adnotavit: „Emenda *Heraclides Ponticus*. Nam ita passim a Cicerone et ab aliis semper vo-

19. *sententias omnium qui de anima videntur pronuntiasse*] „Confer Cic. Tuscul. Quaest. I, 9 seq. it. de Divinat. II, 15." Zeun. Hunc alterum locum cum citaret Zeunius, videtur respexisse ad verba [§ 35.]: *Pudet me ... Chrysippi, Antipatri, Posidonii, qui ... dicunt ... ad hostiam deligendam ducem esse vim quandam sentientem atque divinam quae toto confusa mundo sit;* in altero illo Cicero eadem fere quae Macrobius profert de Empedocle, de Xenocrate, de Democrito, de Aristotele; de Platone magis congruunt cum nostro loco quae dicit Cicero de nat. deor. II, 12, 32. et de sen. 21, 78; denique Cicero: *Zenoni Stoico*, inquit, *animus ignis videtur*, quam sententiam *Hipparcho* tribuit Macrobius. Praeterea de sententia *Platonis* confer Phaedr. p. 245., de legg. X p. 894 extr. et Plutarch. de plac. phil. IV, 2.; de *Xenocratis* Plutarch. de an. procr.

Zenon concretum corpori spiritum, Democritus spiritum insertum atomis hac facilitate motus ut corpus illi omne sit pervium,
20 Critolaus Peripateticus constare eam de quinta essentia, Hipparchus ignem, Anaximenes aëra, Empedocles et Critias sanguinem, Parmenides ex terra et igne, Xenophanes ex terra et aqua, Boethos ex aere et igne, Epicurus speciem ex igne et aere et spiritu mixtam. Optinuit tamen non minus de incorporalitate eius
21 quam de inmortalitate sententia. Nunc videamus, quae sint haec duo nomina quorum pariter meminit, cum dicit: *quae sidera et stellas vocatis.* Neque enim hic res una gemina appellatione monstratur, ut *ensis* et *gladius:* sed sunt *stellae* quidem singulares, ut erraticae quinque et ceterae quae non admixtae aliis solae feruntur, *sidera* vero quae in aliquod signum stellarum plurium conpositione formantur, ut Aries Taurus Andromeda Perseus vel

Mss. (C inde a § 21.) FSPR12GBER.]

catur. Librarios in errorem induxit sequens *Heraclitus physicus.*" *Heraclitus Ponticus* Mss.v–z. — *esse essentiae* R1. — *Xenon* g. — *corporis* BAR.BEN.TR. — *facultate* (in mg. *facilitate*) chg. 20. *Xenophantes* FGv. *Exenophantes* S. *Ktenophantes* R1. — *Boctos* R1v–a. *boethus* (in mg. *Boethos*) g. — *ex aere et igne et spiritu mixtam* R2. — *de inmortalitate eius quam de immortalitate et essentia* R1. — *sententia omnium* BER. 21. Incipit C, ut codices alii complures. In F duae lineae erasae sunt, in quibus videtur fuisse inscriptio rubro colore picta. In a spatium relictum est vacuum duorum digitorum. Vid. prolegomena. — *videmus* (sup. *a*) F. — *sunt* (sup. *al. sint*) C. — *ensis gladius* (om. *et*) R1. — *ut ceterae* P4. — *referuntur* R1. — *ut arctos* R1. — *ut taurus* cah. — *ut Andromeda* R1P4Lcah. *et andromede*

1.; Stobaei Ecl. Phys. I p. 93, ubi quidem pro Xenocrate legitur *Xenagoras;* ibidem eandem sententiam (conf. Cic. Tusc. I, 10, 20.) iam ante protulisse dicitur *Pythagoras*, cui eam tribuit Plutarch. de plac. phil. l. c.; de *Aristotelis*, de an. II, 1. Plutarch. l. c.; de *Pythagorae* et *Philolai*, Sext. Empir. adv. mathem. l. VII, s 92. Iamblich. vit. Pyth. p. 146. Diog. Laert. VIII, 85.; de *Posidonii* cf. Bruckeri hist. crit. philos. vol. I, p. 1046., unde elucet eius doctrinam a Pythagorea non multum distare; de *Asclepiadis*, Plutarch. l. c.; de *Hippocratis* Brucker. l. c. p. 1226.; de *Heraclidis Pontici* cf. Diog. Laert. V, 86.; de *Heracliti physici* Plutarch. l. c. 3. Brucker. l. c. p. 1214.; de *Zenonis* ibid. p. 950.; de *Democriti*, Aristot. de an. I, 2.; de *Critolai*, Stobaei Eclog. phys. I, 1. p. 2.; de *Hipparchi*, Brucker. l. c. p. 1102.; de *Anaximenis*, ibid. p. 1104.; de *Empedoclis*, ib. p. 1113.; de *Parmenidis*, ib. p. 1164 sqq.; de *Xenophanis*, ibid. p. 1147.; de *Epicuri*, Plutarch. l. c. 3., Diog. Laert. X, 63., Lucret. III, 333. — A. Stahrius (Aristoteles b. d. Roem. p. 186.) reprehendit ordinem quo Macrobius philosophorum sententias recensuerit, idque merito.

20. *de quinta essentia*] Cf. Cic. Tusc. disp. I, 10, § 22. *Aristoteles ... cum quattuor nota illa genera principiorum esset complexus, e quibus omnia orirentur, quintam quandam naturam censet esse, e qua sit mens.* — Ceterum observa constructionis varietatem.

21. *sunt stellae quidem singulares, ... sidera vero quae in aliquod signum stellarum plurium conpositione formantur*] Pontanus nos delegat ad Laurentii Vallae Eleg. VI, 22. verba: „Haec differentia (Macrobii pace) nusquam reperitur: ut apud eundem Ciceronem de Universitate [Tim. c. 9.]: *Itaque nesciunt hos siderum errores*, et iterum [ib. c. 12.]: *Toto igitur orbe constituto sideribus* etc... Quod non sensisse Ciceronem, ut Macrobius vult, documento est, quod non praeposuit stellas. Debet enim species generi, pars toti praeponi. ... Fateor tamen, numquam *stellam* Arietem dici, Taurum, Andromedam, Perseum, sed *sidus.*" Macrobio suffragatur Doederl. Synon.

Corona et quaecumque variarum genera formarum in caelum re-
cepta creduntur. Sic et apud Graecos *ἀστὴρ* et *ἄστρον* diversa
significant: et *ἀστὴρ* stella una est, *ἄστρον* signum stellis co-[74]
actum, quod nos sidus vocamus. Cum vero stellas *globosas et* 22
rotundas dicat, non singularium tantum exprimit speciem sed et
earum quae in signa formanda conveniunt. Omnes enim stellae
inter se, etsi in magnitudine aliquam, nullam tamen habent in
specie differentiam. Per haec autem duo nomina solida sphaera
describitur, quae nec ex globo, si rotunditas desit, nec ex rotun-
ditate, si globus desit, efficitur, cum alterum forma alterum soli-
ditate corporis deseratur. Sphaeras autem hic dicimus ipsarum 23
stellarum corpora, quae omnia hac specie formata sunt. Dicun-
tur praeterea sphaerae et *ἀπλανὴς* illa, quae maxima est, et sub-
iectae septem, per quas duo lumina et vagae quinque discurrunt.
Circi vero et orbes duarum sunt rerum duo nomina, et his no- 24
minibus quidem alibi aliter est usus. Nam et orbem pro circulo
posuit, ut *orbem lacteum*, et orbem pro sphaera, ut *novem tibi or-
bibus vel potius globis.* Sed et circi vocantur qui sphaeram ma-
ximam cingunt, ut eos sequens tractatus inveniet: quorum unus
est lacteus, de quo ait: *inter flammas circus elucens.* Sed hic 25
horum nihil neque circi neque orbis nomine voluit intellegi:
sed est *orbis* in hoc loco stellae una integra et peracta conversio,
id est ab eodem loco post emensum sphaerae per quam move-
tur ambitum in eundem locum regressus: *circus* est autem hic

[Edd. vicahgspdzb. R2. — *Sic et* (sup. *sic etiam*) C. — *ἀστὴρ καὶ ἄστρον* cb. — *Etenim aster* v-g. — *una stella* CFR1. — *et astron* v-g. 22. *dicit* C. — *singularum* CSBar Tr.L. — *sed earum* (om. *et*) R1. — *conveniunt* CFS R1Ber.v-gG „Angl.“ *conveniant* R1. *convenerant* s-bP. — *in specie habent* R12. *in specie* (sup. add. *habent*) C. — *Per haec* (om. *autem*) G. — *nec nec globosa rotunditate* R1. — (*rot.*) *desit* Ps-zCFS*H*2. *desideretur* v-gbG „quod magis placet et consuetudini auctoris, qui semper fere, interdum etiam satis putide, orationem solet variare, convenientius videtur propterea, quod idem verbum *desit* statim sequitur.“ Zeun. *desideratur* Ben. *deseratur* R2Ber.Bar.LTr. *deseritur* R1. — *sed globus de se efficitur* R1. — *perficitur* Ber. — *forma* SPR2GBer. *formam* CF „Angl.“ *a forma* Edd.R1. — *soliditate* PR2GBer.v-hs-zS. *soliditatem* BFR1 „Angl.“ *a soliditate* gb. — *deseratur* Edd.SPR2GBer. *desideratur* (sup. *at*) C. *requiratur* Bar.Ben. *requirat* R1 „Angl.“ *querat* F. 23. *hac super* (sup. *supra*) *dicta specie* Ber. — *sperae praeterea* F. — *septem subiectae* F. — *luminaria* FBar. — *quinque vagae* Edd.PBer. 24. *duorum* R1. — *sed his* Ber. — *usus est* R2. — *orbem*] Somn. III, 6. — *novem*] Somn. IV, 1. — *Sed circi* (sup. add. *et*) R2. — *sequens tractatus*] cf. cap. seq. — *inveniet* R2s-bCFSPG Ber.Gr.1L1V23 (in Gr.2 et V1 haec desiderantur). *inveniat* R1. *ostendet* v-g. „Scripti quidam vel *ostenderet* vel *ostendet*, sed auscultare vereor: nam tanquam ad haec verba respiciens dicit h. l. c. 21 [§ 29.] *tractatus invenit*, et c. 6 [§ 4.].“ Gron. Sed in uno L2 legitur *ostenderet*. — *quorum* (sup. add. *unus*) C. — *inter*] Somn. III, 6. 25. *in loco* (om. *hoc*) R1. — *una stellae* R2. — *ab eodem* (sup. add. *loco*) R2. — *quam* (om. *per*) R1. — *egressus* h. — *est autem hic* CFSR1G. Sic Modius N. L. p. 182. emendat „certissima emendatione.“ *autem est hic* R2vich-bPBer.

IV, p. 409., nisi quod addit *sidus* praeterea similem habere vim atque *astrum*, „*das Gestirn*.“

23. *duo lumina*] Vid. not. ad c. 3, § 13.

linea ambiens sphaeram ac veluti semitam faciens per quam lumen utrumque discurrit et intra quam vagantium stellarum error
26 legitimus coercetur. Quas ideo veteres errare dixerunt, quia et
[75] cursu suo feruntur et contra sphaerae maximae, id est ipsius caeli, impetum contrario motu ad orientem ab occidente volvuntur, et omnium quidem par celeritas motus similis et idem est modus meandi, sed non omnes eodem tempore circos suos orbes-
27 que conficiunt. Et ideo est celeritas ipsa mirabilis, quia, cum sit eadem omnium nec ulla ex illis aut concitatior esse possit aut segnior, non eodem tamen temporis spatio omnes ambitum suum peragunt. Causam vero sub eadem celeritate disparis spatii aptius nos sequentia docebunt.

XV. His de siderum natura et siderea hominum mente narratis rursus filium pater, ut in deos pius, ut in homines iustus esset, hortatus, praemium rursus adiecit ostendens lacteum circulum virtutibus debitum et beatorum coetu refertum, cuius meminit his verbis: *Erat autem is splendidissimo candore inter flammas circus elucens, quem vos, ut a Grais accepistis, orbem lacteum*
2 *nuncupatis.* *Orbis* hic idem quod *circus* in lactei appellatione significat. Est autem *lacteus* unus e circis qui ambiunt caelum:

Mss. CFSPR12GBer.]

autem esse hinc a. — *utrumque* CFR1GvBar.Ben.L. *utrimque* (*i* ex corr.) R2. *utrinque* Sc-bPBer. — *intra* CFSPR12*H*2LBen.Tr. *inter* Edd.GBer.
26. *ab oriente ad occidendum* R1. — *omnium* (om. *et*) P. — *sceleritas* (om. *par*) R1. — *idem* (om. *et*) FR1. *id* (om. *et*) v1. „Cap. 21 [§ 6.] *sed cum sit omnibus idem modus meandi.* Unde elucet modum meandi nihil esse aliud quam ipsum motum et circuitus festinationem: ac proinde libens amplector quod suggerit optimae fidei membrana *Motus similis, id est modus meandi.*“ Gron. — *est modus meandi* (C a sec. m.) Edd.PGBer. *modus meandi est* R2. *est modus mundi* R1. *est motus meandi* (C a p. m.) FS. 27. *Et ideo* (om. *est*) C. — *sceleritas* R1. — *admirabilis* F. *ammirabilis* R2. — *cum sit* om. R1. — *eadem vis* F. — *concitatior* (om *aut*) R1. *aut excitatior* F. — *nec eodem* h. — *Causa* h. — *docebunt sequentia* R2.
XV. *Caput XV. De undecim circulis coelum ambientibus.* ch-b. 1. *His desiderium et sydera* (sic gG) *hominum mente* G. *His natura et hominum mente* (sup. de et *siderea*) F. *His naturam et hominum mentes* R1. *His VII stellis naturam et hominum mentes H*2. — *tractatis et narratis* R2. *narravit constare H*2. — *filium* om. R1. — *in deo* (sup. add. *s*) F. — *et in homines* F. *in hom.* (om. *ut*) R12. — *beatorum* (om. *et*) g in mg. — *reservatum* „Oxon.“ Gron. qui tamen probat *refertum.* — *circulus* P (R2 a p. m.) *H*1. — *nuncupastis* (sup. *atis*) C. *nominatis* Ber. 2. *quod in lactei circuli* R1. — *ex circis* C. *e*

25. *lumen utrumque*] Vid. not. ad c. 3, § 13.

26. *contrario motu*] Cf. c. 18.

XV, 2. *Est autem lacteus unus e circis qui ambiunt caelum*] „Imo non unus ille e caeli circulis, sed unicus quodammodo in caelo circulus. Errantium enim reliquique circuli nec re nec specie tales, sed eos, ut caute scripsit Capella: *Circulos non ita dicimus, ut liquentis naturae discrimina corpulenta fingamus, sed ut ascensus descensusque ad nos errantium demonstremus.* Et de ipso lacteo paulo post: *Nam confinio septentrionis circuli natus, in finitorem antarcticae regionis acclinans, paene totum videtur permeare caelum, quem quidam mihi desipere videntur qui circulum negaverunt.*“ Pont.

et sunt praeter eum numero decem, de quibus quae dicenda
sunt proferemus, cum de hoc competens sermo processerit. So-
lus ex omnibus hic subiectus est oculis, ceteris circulis magis co-
gitatione quam visu conprehendendis. De hoc lacteo multi inter 3
se diversa senserunt, causasque eius alii fabulosas, naturales alii [76]
protulerunt: sed nos fabulosa reticentes ea tantum quae ad natu-
ram eius visa sunt pertinere dicemus. Theophrastus lacteum di- 4
xit esse compagem qua de duobus hemisphaeriis caeli sphaera
solidata est, et ideo ubi orae utrimque convenerant notabilem
claritatem videri: Diodorus ignem esse densetae concretaeque 5
naturae in unam curvi limitis semitam, discretione mundanae
fabricae coacervante concretum, et ideo visum intuentis admit-
tere, reliquo igne caelesti lucem suam nimia subtilitate diffusam
non subiciente conspectui: Democritus innumeras stellas breves- 6
que omnes, quae spisso tractu in unum coactae, spatiis quae an-
gustissima interiacent opertis, vicinae sibi undique et ideo passim
diffusae lucis aspergine continuum iuncti luminis corpus osten-
dunt: sed Posidonius, cuius definitioni plurium consensus acces- 7
sit, ait lacteum caloris esse siderei infusionem, quam ideo ad-
versa zodiaco curvitas obliquavit, ut, quoniam sol numquam zo-
diaci excedendo terminos expertem fervoris sui partem caeli re-
liquam deserebat, hic circus a via solis in obliquum recedens
universitatem flexu calido temperaret. Quibus autem partibus
zodiacum intersecet, superius iam relatum est. Haec de lacteo.

[Edd. vicahgspdzb.

circulis v-g. — *numero* om. R1. — *proferemus* CFR1 (R2 a sec. m.) v-g bGBer.LBen. „quod spernendum non videtur propterea, quod non statim exponit de ceteris circulis, sed post disputationem demum de circulo lacteo." Zeun. Cf. § 8. *proferamus* P (R2 a p. m.) s-zS. — *ex omnibus his* F. *ex omnibus his hic* Ber. *hic ex omnibus* R1. — *caeteris circumcisis magis* v. — *comprehendendis visu* R1. *oculis conpreh.* C. 3. *divisa* G. — *sentiunt* R1. — *sed nobis* v. — *tantummodo* v-g. 4. *dicit* F. — *compaginem* hg in mg. — *quia* v. *quae* R1. — *et ideo ubi* Mss.v-agP4 „Angl." *et etiam ubi* „alius Angl." *et ubi* (om. *ideo*) hs-b. — *orae fines* Bar. — *conveniant* v. *conveniunt* Ber. — *nobilem* G. 5. *densetae* CR1G (R2 in ras. a sec. m.). Cf. c. 3, § 20. *densae* v „Ms. Angl. unus." *densatae* i-bFSPBer. — *igni caelesti* R1. — *suam lucem* F. — *nimia* add. a sec. m. F. 6. *omnesque breves* R1. — *undique passim diffusae aspergine lucis et ideo ostendunt continuum corpus iuncti luminis* Ber. — *Possidonius* Edd. et Mss. nonnulli. *possedonius* CFR1. 7. *definitioni* GR12Ber. *diffinitioni* CFSEdd. — *lacte eum* R1. — *caloris esse aetherei* F. *esse caloris etherei* R1. — *fusionem* R2Ber. Angl. — *deserebat. reliquam* R2. *reliquam deserabat* C. — *circus quia solis* R1. — *fluxu* „Ms." — *temperari* C. — *Quibus ... lacteo* Edd.SPR2GBer.Gu.H2M12. *Et ita lacteus circulus zodiacum obliquae circumflexionis occursu ambiendo conplectitur. ut eum qua duo tropica signa capricornus et cancer feruntur intersecet. Has solis portas phisici vocave-*

3. *causas fabulosas*] „Veluti de lacte quod ex Iunonis mammis fluxerit ob Herculem. Vid. Eratosth. Catasterism. 44." Zeun. Cf. Pontani notam ad c. 12, § 3, et Pauly Real-Encycl. vol. II, p. 876., ubi citantur Hygin. Poet. Astronom. II, extr., Achill. Tat. Phaenom. 24. Gemin. Isag. 4. Hipparch. ad Arat. Phaenom. I, 21. Plutarch. de plac. phil. III, 1. al.

6. *Democritus innumeras stellas*] „Mirandum sane, quod hic philosophus collegit de ratione lactei

8 Decem autem alii, ut diximus, circi sunt: quorum unus est ipse
zodiacus, qui ex his decem solus potuit latitudinem hoc modo
9 quem referemus adipisci. Natura caelestium circulorum incor-
[77] poralis est linea, quae ita mente concipitur, ut sola longitudine
censeatur, latum habere non possit: sed in zodiaco latitudinem
10 signorum capacitas exigebat. Quantum igitur spatii lata dimen-
sio porrectis sideribus occupabat, duabus lineis limitatum est: et
tertia ducta per medium ecliptica vocatur, quia, cum cursum
suum in eadem linea pariter sol et luna conficiunt, alterius
eorum necesse est evenire defectum: solis, si ei tunc luna succe-
11 dat: lunae, si tunc adversa sit soli. Ideo nec sol umquam de-
ficit, nisi cum tricesimus lunae dies est, et nisi quinto decimo
cursus sui die nescit luna defectum. Sic enim evenit, ut aut
lunae contra solem positae ad mutuandum ab eo solitum lumen
sub eadem inventus linea terrae conus obsistat, aut soli ipsa suc-
12 cedens obiectu suo ab humano aspectu lumen eius repellat. In
defectu ergo sol ipse nil patitur, sed noster fraudatur aspectus:
luna vero circa proprium defectum laborat non accipiendo solis
lumen, cuius beneficio noctem colorat. Quod sciens Virgilius dis-
ciplinarum omnium peritissimus ait:

Defectus solis varios lunaeque labores.

Quamvis igitur trium linearum ductus zodiacum et claudat et dividat, unum tamen circum auctor vocabulorum dici voluit anti-

Mss. CFSPR12GBER.]

runt quia in utraque (F *utroque*) *obviante solstitio ulterius solis inhibetur accessio* (C a p. m. *accersio*). *et fit regressus ad zonae viam* (CR1 *a zonae via*) *cuius terminos numquam relinquit* (F *reliquit*) (om. *Quibus* ... *lacteo*) CFR1P4E12H13*H*2. Inserta sunt ipsa capitis 12, § 1. verba, ad quae referenda erant h. l. omissa. 8. *ut diximus*] cf. § 2. — *ex X his* C. 9. *censeamus* BER. — *non possit habere* F. 10. *lata dimensio spatii* R1. *spatii lati dimensio* v. — *occupat'* C. *occupet* FR1. *occupavit* *H*2. — *terna ducta* v. — *concursum* (sup. *cum*) R2. — *alterius horum* BER. — *evenire* Mss. vLTR.BEN. *venire* i-b. — *solis, si ei* ... *nescit luna defectum* (§ 11.) add. in mg. C. — *si tunc ei* F. *si et tunc* C in mg. — *succedit* R1. — *si tunc adversa soli sit* (sic) ... *tricesimus cum* (sic) *lunae* (§ 11.) add. in mg. R2. — *adversa sit* (sup. add. *soli*) C in mg. 11. *nec solùm quam* R1. — *lunae est* (om. *dies*) BER. — *et in quinto* G. — *sui nescit* (om. *die*) R1. — *Si enim evenerit* R1. — *conus linea terrae* *H*1. — *obiectu* (om. *suo*) R2. — *respectu* R2. 12. *In defectu autem* R1BER. — *Defectus*] Georg. II, 478. — *zodiacum* om. BER. — *claudat*

orbis, seu potius coniectura est assecutus, quod recentissimis temporibus ope tuborum opticorum est satis comprobatum." ZEUN.

10. *tertia ducta per medium ecliptica vocatur*] Conf. c. 6, § 53. *ad medictatem latitudinis* (zodiaci) *pervenit, qui locus appellatur eclipticus.*

11. *terrae conus*] i. e. umbra terrae. Cf. I, 20, 18. et Cic. de Div. II, 6, 17. *quando illa* (luna) *e regione solis facta incurrat in umbram terrae, quae est meta noctis, ut eam obscurari necesse sit;* et Plin. N. H. II, 10, s. 7. *Quippe manifestum est* ... *occultari lunam terrae obiectu* ... *neque aliud esse noctem quam terrae umbram. Figuram autem umbrae similem metae ac turbini inverso.*

12. *noctem colorat*] Insolentius dictum est pro *noctem illustrat:* namque prorsus alia res est *sole colorari*, Cic. de Or. II, 14, 60. et Apul. de dogm. Plat. II, 16., ubi vid. interpretes.

quitas. Quinque alii circuli paralleli vocantur. Horum medius 13 et maximus est aequinoctialis: duo extremitatibus vicini atque ideo breves, quorum unus septentrionalis dicitur, alter australis: inter hos et medium duo sunt tropici, maiores ultimis, medio minores, et ipsi ex utraque parte zonae ustae terminum faciunt. [78] Praeter hos alii duo sunt coluri, quibus nomen dedit inperfecta 14 conversio: ambientes enim septemtrionalem verticem atque inde in diversa diffusi et se in summo intersecant et quinque parallelos in quaternas partes aequaliter dividunt, zodiacum ita intersecantes, ut unus eorum per Arietem et Libram, alter per Cancrum atque Capricornum meando decurrat: sed ad australem verticem non pervenire creduntur. Duo qui ad numerum prae- 15 dictum supersunt, meridianus et horizon, non scribuntur in sphaera, quia certum locum habere non possunt, sed pro diversitate circumspicientis habitantisve variantur. Meridianus est 16 enim quem sol, cum super hominum verticem venerit, ipsum diem medium efficiendo designat: et quia globositas terrae habitationes omnium aequales sibi esse non patitur, non eadem pars caeli omnium verticem despicit: et ideo unus omnibus meridianus esse non poterit, sed singulis gentibus super verticem suum proprius meridianus efficitur. Similiter sibi horizontem facit cir- 17 cumspectio singulorum. Horizon est enim velut quodam circo designatus terminus caeli quod super terram videtur: et quia ad ipsum vere finem non potest humana acies pervenire, quantum quisque oculos circumferendo conspexerit proprium sibi caeli quod super terram est terminum facit. Hic horizon, quem 18 sibi uniuscuiusque circumscribit aspectus, ultra trecentos et sexaginta stadios longitudinem intra se continere non poterit. Cen-

[Edd. vicahgspdzb.

(om. *et anteced.*) F. 13. *Quinque autem alii* BAR. *quinque autem* (om. *alii*) C. — *parallelli circuli* R2. *aeque stantes paralleli* (om. *circuli*) BAR. — *duo tropici* (om. *sunt*) BER. — *ipsi* (om. *et*) BER. — *zonae perustae* R2. — *terminos* FBER.*H*2. 14. *duo sunt alii* v. — *coluri* om. S. *cosuli* P. *cori* (sup. *lu*, in mg. *curuli*) F. *circuli* R1 v (C sup. *coruli* corr. in *cur.*). „Ms. suprascr. *circi.*" — *ambientes* (add. a sec. m. *enim*) FR2. — *atque* (om. *inde*) BER. — *divisi* BODL. a sec. m. — *intersecantes* (om. *ita*) v. — *et capricornum* F. — *discurrat* CTR. 15. *ad praedictum numerum* F. — *id est meridianus* „lege ex Oxoniensi." GRON. 16. *Meridianus enim est* CR2. — *habitationes hominum* PBER. — *unus omnium* F. — *singulis* (om. *gentibus*) v. — *efficiatur* R1. 17. *orizontem sibi facit* R2. *facit sibi horizontem* v-g. — *Est enim orizon* R1. *orizon enim est* R2. — *designatur* R1. — *et quod* C. — *veram* BEN. (L a sec. m.). — *conspexit* g. *circumspexit* *H*1. 18. *Hic* CFSR12v-gGP46. *hinc* s-bPBER. — *circumscripsit* P6. *circumspicit* C. — *trecenta* (F sup. *os*) *et sexaginta stadia* CF. Sed *sta-*

14. *coluri, quibus nomen dedit inperfecta conversio*] *Κόλουροι*, a verbis *κολούειν* et *οὐρά*, (cf. Oppian. Hal. IV, 484. *τὴν δ' ἐκόλουσεν οὐρῆς*) sunt *cauda trunci circuli*. Cf. quae sequuntur: *ad australem verticem* (i. e. polum) *non pervenire creduntur*. Cf. Pauly Real-Encycl. s. h. v., et Forbiger Handb. d. alt. Geogr. vol. I, p. 535. Gemin. Isag. c. 4. Achill. Tat. Isag. 27. Hipparch. ad Arat. Phaenom. I, 27 et 29. Eratosth. p. 262 A. Eustath. p. 154, 20 G. D. Mart. Capell. VIII, § 823 et 832 seqq. Manit. Astron. I, 600.

18. *stadios*] Masculinum genus hoc uno loco bis aperte tribuitur

tum enim et octoginta stadios non excedit acies contra videntis:
[79] sed visus, cum ad hoc spatium venerit, accessu deficiens in rotunditatem recurrendo curvatur: atque ita fit, ut hic numerus ex utraque parte geminatus trecentorum sexaginta stadiorum spatium quod intra horizontem suum continetur efficiat: semperque, quantum ex huius spatii parte postera procedendo dimiseris, tantum tibi de anteriore sumetur: et ideo horizon semper quanta-
19 cumque locorum transgressione mutatur. Hunc autem, quem diximus, admittit aspectum aut in terris aequa planities aut pelagi tranquilla libertas, qua nullam oculis obicit offensam. Nec te moveat, quod saepe in longissimo positum montem videmus, aut quod ipsa caeli superna suspicimus: aliud est enim, cum se oculis ingerit altitudo; aliud, cum per planum se porrigit et extendit intuitus, in quo solo horizontis circus efficitur. Haec de circis omnibus quibus caelum cingitur dicta sufficiant.

XVI. Tractatum ad sequentia transferamus: *Ex quo mihi omnia contemplanti praeclara cetera et mirabilia videbantur. Erant autem hae stellae quas numquam ex hoc loco vidimus, et hae magnitudines omnium quas esse numquam suspicati sumus: ex*
[80] *quibus erat ea minima, quae ultima a caelo, citima terris, luce lucebat aliena: stellarum autem globi terrae magnitudinem facile vin-*
2 *cebant.* Dicendo: *Ex quo mihi omnia contemplanti*, id quod supra retulimus, affirmat in ipso lacteo Scipionis et parentum per

Mss. CFSPR12GBer.]

dios et hic et infra praeter reliquos meos codices habent P46E12Gu. H123M2 (in M1 haec desiderantur). — *longitudinem ... octoginta stadia* (sic) add. in mg. C. — *intrà se* (C in mg.) FSR12v-gbGBer. „Angl." „optima membrana cum chartaceo libro, quod auctoris est, coll. c. 6, [§ 8.] *intra se continet*, et h. l. infra: *intra horizontem suum continetur.*" Gron. *inter se* „membran. altera." Gron. *in se* Ps-z. — *octoginta* (om. *et*) R1H3. *et octaginta* Gu. „Tres mei" Goerenz. ad Cic. Acad. II, 25, § 81. *et octuaginta* v1. — *stadia* F. — *contra videntis ante se* L. — *ex utraque* (add. sup. *parte*) F. — *trecenta* (sup. *orum*) F. — *quia intra* R1. *quod inter* Ber. — *suum orizontem* R2. — *postera* Edd.PBer. (SR2 P4 a sec. m.). *postea* GR1 (CSR2P4 a p. m.). *posteriore* F (C a sec. m.). *posteriori* H1. — *demiseris* CG. *dempseris* LTr.Ben. — *sibi* F. — *interiore* vc-g (chg in mg. ant.). — *et idem* v. 19. *aequalis* CR1. — *quae nullam* CFSR2 „3 Angl." — *aliud cum* (add. a sec. m. *per*) F. *aliud per* (om. *cum*) G. — *porrigit* (sup. *at*) F. — *efficitùr circuì* F. — *sufficiunt* (om. *dicta*) R1.

XVI. *Caput XVI. Qui fiat ut quaedam stellae numquam a nobis videantur, et quanta stellarum omnium magnitudo.* ch-b. 1. *Tractatum ad seq. transferamus* capiti antecedenti adscripta sunt in ch-b. Cf. c. 10, § 1. — *Ex quo*] Somn. III, 7. — *omnia mihi* a (*michi* R1). Idem ordo verborum est Somn. l. c. in Mss. plerisque et in Edd. Vid. § 2. — *eae stellae* G (R2 sup. *h*) Somn. l. c. Mss. plerique et Edd. Vid. § 7. — *ex hoc loco ... quas esse numquam* add. in mg. C. — *eae magnitudines* as-bPG (R2 sup. *h*) Somn. l. c. Mss. plerique et Edd. *heae magn.* C in mg. Vid. § 8. — *ultima caelo* (om. *a*) FR12Tr.
2. *omnia mihi* CFSG. Vid. § 1. — *id est quod* ap „Lapsus ex Stephani officina propagatus: nam verbum substantivum necessario eradendum, et sic Mss." Gron. — *supra retulimus*] cf. c. 4, § 5. *supra diximus* v-g. —

huic voci, quum praeterea aut, ut cap. 20, § 20 sqq. *stadiorum* vel *stadiis* legatur, ut genus cognosci non possit, aut, ut II, 8, 3., *stadia* genere neutro. Pontanus ad II, 7, 3. comparat *cingulos*.

somnium contigisse conventum. Duo sunt autem praecipua quae in stellis se ammiratum refert, aliquarum novitatem et omnium magnitudinem. Ac prius de novitate, post de magnitudine disseremus. Plene et docte adiciendo: *quas numquam ex hoc loco* 3
vidimus, causam, cur a nobis non videantur, ostendit. Locus enim nostrae habitationis ita positus est, ut quaedam stellae ex ipso numquam possint videri, quia ipsa pars caeli, in qua sunt, numquam potest hic habitantibus apparere. Pars enim haec ter- 4
rae, quae incolitur ab universis hominibus qui nos invicem scire possumus, ad septentrionalem verticem surgit, et sphaeralis convexitas australem nobis verticem in ima demergit. Cum ergo semper circa terram ab ortu in occasum caeli sphaera volvatur, vertex hic qui septentriones habet, quoquoversum mundana volubilitate vertatur, quoniam super nos est, semper a nobis videtur ac semper ostendit

Arctos Oceani metuentes aequore tingui.

Australis contra, quasi semel nobis pro habitationis nostrae posi- 5
tione demersus, nec ipse nobis umquam videtur, nec sidera sua,

[Edd. vicahgspdzb.

scipioni (om. *et*) CFR1 (in C est ras.). — *adventum* (sup. *con*) F. — *duo autem sunt* CR2. — *in stellis* (sup. *in terris* F. — *aliarum novitatem* R1. — *Ac prius ... disseremus* add. a sec. m. R2. — *disseramus* Ber. 3. *videmus* (sup. *i*) F. — *videntur* (sup. add. *a*) F. — *quaedam stellae* om. Ber. — *numquam ex ipso videri possint* R2. *ex ipso non poss. vid.* R1. 4. *qui* CFSR1 (R2 ex corr.) v1P46E1 (E2 sup. *homines*) H13 (in H2 haec desiderantur) *H*1. *quam* v3-gbGPBer.M2. — *nos invicem scire* (C sup. *quam scire possimus*) SR12Edd.PGBer.E1P6*H*3. *invicem nos scire* FE1P4H1. *invicem scire* (om. *nos*) *H*1. — *possumus* CFS (R1 a sec. m.) R2i-bBer.P46H1. *non possumus* P (R1 a p. m.) GvE12H3*H*1. Vid. not. Zeun. — *ad septentrionalem plagae verticem* R2. — *vertice surgit* F. — *connexitas* g. — *nobis in ima* (om. *verticem*) F. — *Cum vero* R1v-gGP6*H*2. — *sphaera* (om. *caeli*) *H*1. — *hic vertex* R1. — *qui hic* g. — *septentrionem* F. — *Arctos*] Virg. Georg. I, 246. — *arietem oceani* R1. — *tingi* v-gbP. 5. *probationis nostrae* R1. — *dimersus* C. *demersum* R1. — *a nobis* R2P4*H*2 (Ber. om. *ipse*). —

XVI, 4. *Qui nos invicem scire possumus*] „Ed. vet. [c] *Quam nos* etc. Neutram lectionem mihi satis probari fateor. Forte auctor scripsit: *Pars enim haec terrae, quae incolitur universa ab hominibus, quantum nos quidem scire possumus* etc. Ita certe effici putamus lectionem, quae nec a loci sensu, nec ab opinione veterum abhorreat, qui putabant duas tantum zonas terrae, quas temperatas vulgo dicunt, habitabiles esse; ceteras vero incultas esse, quod aut frigore rigeant aut urantur calore. Vid. Cic. Tusc. I, 28. Hinc Virg. Georg. I, 233-237. . . *Has inter mediamque duae mortalibus aegris Munere concessae divom.* Hunc locum Macrobius hic omnino spectasse videtur. Nam versus, qui paulo post laudati sunt, reperiuntur in eodem loco Virgilii.“ Zeun. At id ipsum, quod postulat Zeunius, insit in iis quae leguntur in libris; namque *pars terrae quae incolitur ab universis hominibus* ea est extra quam nulli habitant hominum *qui nos invicem scire possumus*, i. e. qui nostri invicem notitiam habere possumus. Opponuntur ii *quos separat a nobis perusta*, *quos Graeci ἀντοικοὺς vocant*, ut ait Macrobius II, 5, 33. Adde quod in eodem illo capite § 16. de eadem hac re leguntur haec: *Licet igitur sint hae duae mortalibus aegris Munere concessae divum, quas diximus temperatas, non tamen ambae zonae hominibus nostri generis indultae sunt, sed sola superior incolitur ab omni, quale scire possumus, hominum genere* etc.;

quibus et ipse sine dubio insignitur, ostendit. Et hoc est quod poeta naturae ipsius conscius dixit:

Hic vertex nobis semper sublimis: at illum
Sub pedibus Styx atra videt Manesque profundi.

6 Sed cum hanc diversitatem caelestibus partibus vel semper vel [81]numquam apparendi terrae globositas habitantibus faciat, ab eo qui in caelo est omne sine dubio caelum videtur non impediente aliqua parte terrae, quae tota puncti locum pro caeli magnitudine
7 vix optinet. Cui ergo australis verticis stellas numquam de terris videre contigerat, ubi circumspectu libero sine offensa terreni obicis visae sunt, iure quasi novae ammirationem dederunt: et quia intellexit causam propter quam eas numquam ante vidisset, ait: *erant autem hae stellae quas numquam ex hoc loco vidimus*, hunc locum demonstrative terram dicens in qua erat dum ista
8 narraret. Sequitur illa discussio, quid sit quod adiecit: *et hae magnitudines omnium quas esse numquam suspicati sumus.* Cur autem magnitudines quas vidit in stellis numquam homines suspicati sint, ipse patefecit addendo: *stellarum autem globi terrae*
9 *magnitudinem facile vincebant.* Nam quando homo, nisi quem doctrina philosophiae supra hominem, immo vere hominem fecit, suspicari potest stellam unam omni terra esse maiorem, cum vulgo singulae vix facis unius flammam aequare posse videantur? Ergo tunc earum vere magnitudo adserta credetur, si maiores singulas quam est omnis terra esse constiterit. Quod hoc modo
10 licet recognoscas. Punctum dixerunt esse geometrae quod ob

Mss. CFSPR12GBer.]

ipse (om. *et*) Ber. — *ipsius naturae* R1. — *Hic*] l. c., 242. — *ast illum* R2. 6. *caelestis partis* CR1. — *sine dubio videtur* (del. *caelum*) *H*2. 7. *numquam* (om. *ante*) PBer. — *eae stellae* G. *stellae* (om. *hae*) R2. Vid. § 1. — *ex loco hoc numquam* C. — *in qua dum ista narraret erat* R1. 8. *et illa* Ber. — *quod adiecit quid sit* vis. *quid sit adiecit* (om. *quod*) G. — *eae magnitudines* G (R2 sup. *h*). *heae magn.* R1. Vid. § 1. — *videat* (del. *a*) C. — *homines numquam* R1. — *suspicati sunt* Cdz; „*sint* leges linguae postulant.“ Zeun. — *stellarum* (om. *autem*) R1. 9. *philosophiae doctrina* R2. — *immo vere hominem* om. G. — *potest suspicari* R2. — *omni terra stellam unam* R2. *stell. un. omni terrae* R1. — *flammae* R1. — *videntur* C. — *earum* om. C. — *creditur* F. — *qua est* G. *quia est* S. — *constiterit* (om. *esse*) PR12. — *licet* C (F a sec. m.) SR12Ber.v-agG*H*1LTr. „Mss.“ Gron. *licet* om. h (F a p. m.). „Ed. vet. omittit illud *licebit*, quod non opus esse videtur.“ Zeun. *licebit* s-bP; „ut Sat. I, 7, 15. *licebit mecum recognoscat.* Quare nec audiendi Mss., in quibus *licet*, ut ante Stephanum legebatur.“ Grón. — *recognoscat* R1.

et verbum *scire* simili modo usurpatur I, 2, 20. *Adeo semper ita se et sciri et coli numina maluerunt.*

6. *quae tota puncti locum ... vix optinet*] Cf. § 10. et II, 9, 9.

7. *sine offensa terreni obicis*] i. e. ut eum non offenderet terra interiecta quasi obex vel agger quidam, quam vim habet *obex* apud Virgilium, Georg. II, 480; IV, 422; Aen. X, 377. Ceterum cf. 15, § 19.

dum ista narraret] Serioris temporis scriptores saepius ita coniunctivum cum particula *dum* coniunxisse docuit Hand. Tursell. vol. II, p. 311 sqq.

9. *supra hominem, immo vere hominem fecit*] Observa zeugma. Exspectes *supra hominem extulit*, vel *talem fecit, ut eius animus supra hominem putandus sit*, ut ait Cic. de nat. deor. II, 13, 34. *ratio recta, quae supra hominem putanda est.*

inconprehensibilem brevitatem sui in partes dividi non possit, nec ipsum pars aliqua sed tantummodo signum esse dicatur. Physici terram ad magnitudinem circi per quem sol volvitur puncti modum optinere docuerunt. Sol autem quanto minor sit circo proprio, deprehensum est. Manifestissimis enim dimensio- [82]
num rationibus constitit mensuram solis ducentesimam sextam decimam partem habere magnitudinis circi per quem sol ipse discurrit. Cum ergo sol ad circum suum pars certa sit, terra 11
vero ad circum solis punctum sit quod pars esse non possit: sine cunctatione iudicii solem constat terra esse maiorem, si maior est pars eo quod partis nomen nimia sui brevitate non capit. Verum solis circo superiorum stellarum circos certum est 12
esse maiores, si eo quod continetur id quod continet maius est, cum hic sit caelestium sphaerarum ordo, ut a superiore unaquaeque inferior ambiatur. Unde et lunae sphaeram, quasi a caelo ultimam et vicinam terrae, minimam dixit, cum terra ipsa in punctum, quasi vere iam postrema, deficiat. Si ergo stellarum 13
superiorum circi, ut diximus, circo solis sunt grandiores, singulae autem huius sunt magnitudinis, ut ad circum unaquaeque suum modum partis optineat: sine dubio singulae terra sunt ampliores, quam ad solis circum qui superioribus minor est punctum esse praediximus. De luna, si vere *luce lucet aliena*, sequentia docebunt.

[Edd. vicahgspdzb.

10. *ipsa* (corr. in *ipsum*) R1. — *quem* (om. *per*) R1. — *docuere* v-gG. — *minor est* R1. — *deprehensum est. Manifestissimis enim* CFSPR12s-z *H*12 „membranae" Mod. N. L. p. 183. *deprehensum est manifestissimis* (om. *enim*) v-gbGBer. — *rationibus constitit* (C sup. *constat*) SGBer. Vid. not. *rationibus constat* FPR12s-z „membran." Mod. l. c. *rationibus. Constat* v-g. *rationibus. constat enim* b ex coni. Zeunii, qui praeeunte Ed. vetere ait ita legendum et distinguendum se putare. — *habere* add. a sec. m. C. — *decurrit* Ber. 11. *ad circum suum* R1bBer.Bar.Ben.L; „rectius leges ex mss. *ad circum suum*." Gron. *ad circum* (om. *suum*) FSPv-zCR2G. — *quod esse* (om. *pars*) R1. — *est eo pars* R1. — *sui brevitate* FP. *sub brevitate* Bar.Ben. *cui brevitate* L. *brevitate sui* s-z. *brevitate* (om. *sui*) CSR12v-gbGBer. „Membranae" Gron. „Ed. vet. quoque illud *sui* recte omittit." Zeun.; at cf. § 10. — *capiat* C. 12. *superiorum stellas* R1. — *certum esse* (add. a sec. m. *est*) C. — *caelestium ordo sperarum* R1. — *et terrae vicinam* R2. — *vere* in ras. F. *sphaerae* chg in mg. „quasi terram non sphaeram dignaretur dixisse, sed sphaericum quasi punctum. Quod non absonum adeo fuerit. Prius tamen quis sollicitet?" Pont. 13. *ut diximus*] Cf. § 12. — *eius* (sup. *huius*) F. — *obtineant* PGs-z. „*obtineat*, quamquam non summae est necessitatis, tamen consuetudini auctoris convenientius esse videtur." Zeun. — *singulae* om. C. — *sunt terra* FG. — *lucet* add. a sec. m. C. *luceat* R2.

10. *Manifestissimis ... dimensionum rationibus constitit*] Qua ratione hoc inventum sit, Macrobius ipse docet I, 20, §§ 25–30. — Perfectum *constitit* simili modo a Macrobio usurpatur I, 6, 82; I, 20, 20. et 30; II, 15, §§ 22, 26, 28.

XVII. Haec cum Scipionis optutus non sine ammiratione
[83]percurrens ad terras usque fluxisset et illic familiarius haesisset,
rursus avi monitu ad superiora revocatus est ipsum a caeli exor-
2 dio sphaerarum ordinem in haec verba monstrantis: *Novem tibi
orbibus vel potius globis conexa sunt omnia, quorum unus est cae-
lestis, extimus, qui reliquos omnes conplectitur, summus ipse deus,
arcens et continens ceteros, in quo sunt infixi illi qui volvuntur
3 stellarum cursus sempiterni. Huic subiecti sunt septem qui versantur
retro, contrario motu atque caelum. E quibus unum globum pos-
sidet illa quam in terris Saturniam nominant: deinde est hominum
generi prosperus et salutaris ille fulgor qui dicitur Iovis: tum ru-
tilus horribilisque terris quem Martium dicitis: deinde subter me-
diam fere regionem sol optinet, dux et princeps et moderator lumi-
num reliquorum, mens mundi et temperatio, tanta magnitudine, ut
cuncta sua luce lustret et conpleat: hunc ut comites consecuntur
Veneris alter, alter Mercurii cursus: in infimoque orbe luna radiis
4 solis accensa convertitur. Infra autem eam nihil est nisi mortale
et caducum praeter animos munere deorum hominum generi datos:
supra lunam sunt aeterna omnia. Nam ea quae est media et nona,
tellus, neque movetur, et infima est, et in eam feruntur omnia
5 nutu suo pondera.* Totius mundi a summo in imum diligens in
hunc locum collecta descriptio est, et integrum quoddam univer-
sitatis corpus effingitur, quod quidem τὸ πᾶν, id est *omne*, dixe-
runt: unde et hic dicit, *conexa sunt omnia.* Virgilius vero
magnum corpus vocavit:

— *Et magno se corpore miscet.*

6 Hoc autem loco Cicero rerum quaerendarum iactis seminibus

Mss. CFS (P usque ad § 5.) R12GBer.]

XVII. *Caput XVII. Coelum quamobrem semper et in orbem moveatur: quo sensu summus vocetur deus: et ecquid stellae, quas fixas vocant, suo etiam proprioque motu agantur.* ch-b. 1. *scipioni* (*s* add. a sec. m.) C. — *obtuitus* R1. — *praecurrens* (sup. *percurr.*) C. — *terras* (om. *ad*) Ber. — *familiaris* CFPR1G „Ms.". *familiariter* S.
2. *Novem*] Somn. IV, 1. 2. — *Novem igitur* (sup. *tibi*) G. — *reliquos amplectitur* (om. *omnes*) Ber. — *in quo infixi* (om. *sunt*) C.
3. *Cui* cahg; Somn. l. c. Mss. et Edd. omnes. — *subiecti* (om. *sunt*) SR12Ber.viL; Somn. l. c. Mss nonnulli. — *retro* om. Ber. — *contra caelum* *H*2 (C sup. *atque*). — *illa* om. R1. — *deinde* (om. *est*) R1. — *prosper* hg (h in mg. add. *prosperus*) Tr.Ben. — *deinde de septem mediam* F*H*2 (hg in mg.). „Quod negligendum non est propterea, quod infra cap. 19. ab initio auctor diserte ait a Cicerone solis sphaeram *quartam de septem, id est in medio locatam.*" Zeun. Ex illo loco videtur mutavisse nostrum qui non intellexit *optinet* esse verbum intransitivum. *deinde e septem mediam* C. *deinde septem mediam* R1. — *dux princeps* (om. *et*) Ber. — *temperantia* (sup. *ratio*) R2. — *tantaque* Ber. — *huic* R1. — *consequentur* C. *sequuntur* R1 (Ber. sup. *cunt.*). — *in infimoque* CR12; Somm. l. c. Mss. et Edd. omnes. *infimoque* (om. *in*) Edd.FSPG Ber. *infirmoque* *H*2. 4. *autem iam* Somn. l. c. *autem eam iam* Ber. — *munere deorum* add. a sec. m. C. — *supra unam* vl. — *et nova* g. — *et est infima* F. — *feruntur omnia* Edd.FSR2Ber.; Somn. l. c. et infra cap. 22, § 1. *referuntur omnia* PR1G. *omnia referuntur* C.
5. *diligens in hunc* Ab his verbis P transsilit ad cap. 20, § 7. verba: *quam iure cor caeli vocetur.* — *collecta* om. R1. — *quiddam* C. — *efficitur* R1. — *hic dixit* Ber. — *Virgilius* (om. *vero*) F. *Et magno*] Aen.

multa nobis excolenda legavit. De septem subiectis globis ait: [84] *qui versantur retro contrario motu atque caelum.* Quod cum di- 7 cit, ammonet, ut quaeramus, si versatur caelum: et si illi septem et servantur et contrario motu moventur: aut si hunc esse sphaerarum ordinem quem Cicero refert Platonica consentit auctoritas: et, si vere subiectae sint, quo pactò stellae earum omnium zodiacum lustrare dicantur, cum zodiacus et unus et in summo caelo sit, quaeve ratio in uno zodiaco aliarum cursus breviores aliarum faciat longiores; haec enim omnia in exponendo earum ordine necesse est adserantur: et postremo, qua ratione in terram ferantur, sicut ait, *omnia nutu suo pondera.* Versari caelum 8 mundanae animae natura et vis et ratio docet, cuius aeternitas in motu est. Quia numquam motus relinquit quod vita non deserit, nec ab eo vita discedit in quo viget semper agitatus: igitur et caeleste corpus, quod mundi anima futurum sibi inmortalitatis particeps fabricata est, ne umquam vivendo deficiat, semper in motu est, et stare nescit, quia nec ipsa stat anima qua inpellitur. Nam cum animae, quae incorporea est, essentia sit in motu, pri- 9

[Edd. vicahgspdsb.

VI, 727. 6. *negavit* h. 7. *contra caelum* *H2* (C sup. *atque*). — *si versetur* Ber. — *hunc ordinem sperarum* (om. *esse*) R1. *hunc sperarum ordinem esse* R2. — *consentiat* F. — *et cum zodiacae sperae subiectae* F. *et cum zodiaco sphaerae subiectae* Ben. — *sint* CFR1Ber.v-gGP4Ben. *sunt* SR2s-b. — *et quo parte* L. — *dicuntur* Ca. — *et unus sit et summo caelo* (om. *in*) F. *et unus et in summo sit caelo* R2. — *haec* (om. *enim*) F. — *necesse est ut* F. 8. *natura docet et vis et ratio* F. — *est in motu* R2. — *quos vita* Ber. *quod vitam* F. — *neque umquam* R1. 9. *cum anima* a. „Corrigatur *ani-*

XVII, 7. *ammonet, ut quaeramus*] Dispositionem quandam eorum quae sequuntur inserit. Verba *si versatur caelum* pertinent ad § 8 seqq.: verba *si illi septem ... moventur* ad cap. 18.: verba *si ... Platonica consentit auctoritas* ad capp. 19. 20.: verba *quo pacto stellae ... zodiacum lustrare dicantur* etc. ad cap. 21.: verba *qua ratione in terram ferantur ... omnia nutu suo pondera* ad cap. 22.

si versatur] Offendit cum particula *si* (*ob*) in interrogatione indirecta iunctus modus indicativus. Eadem constructio legitur I, 10, 5; I, 16, 13; I, 19, 27; Sat. VII, 9, 15. (vid. not. ad I, 7, 4.); sed coniunctivus iungitur I, 5, 1, ubi vid. not. Gron. — Infra in verbis *si vere subiectae sint*, ubi iungitur coniunctivus, *si* particula est conditionalis.

8. *cuius aeternitas in motu est*] Cf. c. 14, § 19. *Platon dicit animam essentiam se moventem;* et h. c. § 9. *cum animae essentia sit in motu.*

quia numquam motus relinquit ... in quo semper viget agitatus] Haec verba vulgo minore distinctione praeposita arctius coniunguntur cum antecedentibus, ut Macrobius causam addere videatur, cur mundanae animae aeternitas in motu sit: at sic minus bene se habet sequens *igitur*, quum non habeat, quo commode referatur. Neque huic meae rationi id obesse putaverim, quod infra sequitur: *quia nec ipsa stat anima;* haec enim verba nonnisi ad proxime antecedentia, *et stare nescit*, videntur esse referenda.

sibi inmortalitatis particeps] Cf. Curt. VI, 6, 36. *sceleris ... particeps Besso*, et VI, 7, 6. *se eius consilii fortibus viris esse participem.*

ne umquam vivendo deficiat] *Ne umquam* ponitur pro *ut numquam*, ut c. 20, § 7. *cuius ista natura est, ne umquam cesset a motu;* et II, 16, 13. *quoniam spontanea coniventia concessimus, ne quid eiusdem rei et sibi et aliis causa sit, libenter*

mum autem omnium caeli corpus anima fabricata sit: sine dubio in corpus hoc primum ex incorporeis motus natura migravit, cuius vis integra et incorrupta non deserit, quod primum coepit
10 movere. Ideo vero caeli motus necessario volubilis est, quia, cum semper moveri necesse sit, ultra autem locus nullus sit quo
[85] se tendat accessio, continuatione perpetuae in se reditionis agitatur: ergo in quo potest vel habet currit et accedere eius revolvi est, quia sphaerae spatia et loca conplectentis omnia unus est cursus rotari. Sed et sic animam sequi semper videtur, quae in
11 ipsa universitate discurrit. Dicemus ergo, quod eam numquam repperiat, si semper hanc sequitur? Immo semper eam repperit, quia ubique tota, ubique perfecta est. Cur ergo, si quam quaerit repperit, non quiescit? Quia et illa requietis est inscia. Staret enim, si umquam stantem animam repperiret: cum vero illa, ad cuius appetentiam trahitur, semper in universa se fundat, semper et corpus se in ipsam et per ipsam retorquet. Haec de caelestis volubilitatis archano pauca de multis Plotino auctore re-
12 perta sufficiant. Quod autem hunc istum *extimum globum*, qui ita volvitur, *summum deum* vocavit, non ita accipiendum est, ut ipse prima causa et deus ille omnipotentissimus aestimetur: cum globus ipse, quod caelum est, animae sit fabrica, anima ex mente processerit, mens ex deo, qui vere summus est, procreata sit:
13 sed *summum* quidem dixit ad ceterorum ordinem, qui subiecti

Mss. CFSR12GBer.]

mae." Mod. N. L. p. 183. — *caeli* (om. *corpus*) Ber. — *motu* (add. a sec. m. *s*) C. — *movere* (sup. *ri*) F. 10. *necessario* om. Tr. — *quo tendat* (om. *se*) C. — *Sed si animam* (om. *et*) R1. — *quom ipsa universa* F. — *semper discurrit* C. 11. *numquam eam* R1. — *qua* (sup. add. *i*) *ubique* C. — *Cum ergo* F. — *reperit quam quaerit* C. — *quictis* F. *quieti* Tr. — *si umquam* CR1. *si usquam* Edd.FSR2GBer. — *semper, corpus* (om. *et*) CBer. *et corpus semper* R2. — *se in ipsa et per ipsa* F. *se in ipsam et ipsam* (om. *per*) G. — *torquet* v. — *caelesti* v. — *suffitiunt* R1. 12. *hunc* (om. *istum*) R12. — *ut prima* (om. *ipse*) R2 (C add. a sec. m.). — *aestimetur* FG. *ipse estimetur* R2. *estimatur* R1. *extimetur* (sup. add. *sis*) C. *existimetur* c-bSBer. *existimatur* vi — *globum ipsum quod caelum est anima fabricavit* C. 13. *dixit quidem* R2. — *a ceterorum ordine* (sup. *ad ... em*) C. —

adquiescimus, ne anima ... sibi causa motus esse videatur; et II, 16, 19. *raroque contingat, ne ... fiat;* Sat. VI, 1, 5. *fecit, ne omnino memoria veterum deleretur.* Ceterum offendit gerundium *vivendo.* Exspectes *vita*, ut Plaut. Asin. III, 3, 19. *quam si intelligam deficere vita.* Vid. not. ad I, 9, 5.

10. *caeli motus necessario volubilis est*] i. e. caelum necessario in orbem rotatur sphaerico motu, ut ait Macrobius II, 14, 31.

accedere eius] Sic infinitivo genitivum subiecti latine iungi posse recte negat Zumptius Gr. § 598. Sed Macrobius dicit etiam Sat. VII, 14, 18. *Ergo videre oculorum est iudicare rationis;* et Plinius N. H. XIII, 7, s. 14. *hoc est eius siccari;* et proxime accedunt pronomina possessiva iuncta infinitivis, ut apud Macrobium Sat. III, 1, 4. *Contra suum velle*, et apud Petronium cap. 52. *meum intelligere*, quod attulit Zumptius l. c. Cf. etiam quae e Persio congessit O. Iahnius ad I, 9.

12. *hunc istum*] Ita haec pronomina non recte iungi docuit Reisig. lat. Sprachwiss. § 217.

sunt, unde mox subiecit: *arcens et continens ceteros; deum* vero, quod non modo inmortale animal ac divinum sit et plenum inditae ex illa purissima mente rationis, sed quod et virtutes omnes, quae illam primae omnipotentiam summitatis secuntur, aut ipse faciat aut ipse contineat. Ipsum denique Iovem veteres vo- 14
caverunt, et apud theologos Iuppiter est mundi anima. Hinc illud est:

Ab Iove principium, Musae, Iovis omnia plena,

quod de Arato poetae alii mutuati sunt, qui de sideribus locutu- [86]
rus, a caelo in quo sunt sidera exordium sumendum esse decernens, ab Iove incipiendum esse memoravit. Hinc et Iuno soror 15
eius et coniunx vocatur. Est autem Iuno aer, et dicitur soror, quia isdem seminibus quibus caelum etiam aer procreatus est, coniunx, quia aer subiectus est caelo. His illud adiciendum est, 16
quod praeter duo lumina et stellas quinque quae appellantur vagae reliquas omnes alii infixas caelo nec nisi cum caelo moveri, alii, quorum adsertio vero propior est, has quoque dixerunt suo motu, praeter quod cum caeli conversione feruntur, accedere, sed propter inmensitatem extimi globi excedentia credibilem numerum secula in una eas cursus sui ambitione consumere, et ideo nullum earum motum ab homine sentiri, cum non sufficiat humanae vitae spatium ad breve saltem punctum tam tardae accessionis deprehendendum. Hinc Tullius nullius sectae inscius 17
veteribus approbatae simul attigit utramque sententiam dicendo: *in quo sunt infixi illi qui volvnntur stellarum cursus sempiterni:* nam et infixos dixit, et cursus habere non tacuit.

[Edd. vicahgspdzb.

cohercens C. — *deum vocavit non* Ben. (L a sec. m.). — *et plenum* CFSR1GTr.Ben. *plenum* (om. *et*) R2Edd.Ber. — *inditae* CR2*H*12 „Angl., Glossa L *sc. natae.*“ *inclytae* vel *inclitae* Edd. et Mss. reliqui. — *quod* (om. *et*) Cg. — *omnes* add. a sec. m. C. — *illam primam* R1. *illam* (om. *primae*) Ber. 14. *vocitaverunt veteres* R1. — *anima mundi* CG. — *Ab Iove*] Virg. Eclog. III, 59. — *de Arato*] v. 1. — *cernens* (add. *de* ab ead. m.) F. — *a iove* R1. 15. *et Iuno soror* Mss. *Juno et soror* Edd. — *coniunx* FSR12v–zCG. *coniux* bBer. — *Eius autem iuno dicitur* (om. *aer et*) F. — *acr etiam* F. — *procreatus est* CFSR2. *est procreatus* Edd.Ber. *procreatus sit* R1. — *aer iunctus est H*1.
16. *Hic illud accipiendum est* v. — *luminaria* F a sec. m. — *est vero propior* R1. *propior est* (sup. add. *vero*) F. — *proprio motu* C. — *secula* (sup. add. *LXV*) F. — *cursus sui ambitione eas* F. — *at breve* h.
17. *Hinc autem* C. — *habere non tacuit cursus* F.

13. *inditae ex illa purissima mente rationis*] Cf. I, 14, 6. *Habet ergo et purissimam ex mente, de qua est nata, rationem, quod λογικὸν vocatur*, et ib. § 7. *λογικὸν, quod innatum sibi ex mente sumpsit.*

14. *Ab Iove principium*] „Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα. Quo principio et in Ptolemaeo [Id. XVII.] Theocritus est usus.“ Cam.

16. *Excedentia credibilem numerum secula*] „Tradidere autem vulgo cursum hunc in XV annorum milibus peragi: sed Ptolemaei ratio habet 36000 annos. Aliorum plus minus 25200.“ Cam. Cf. II, 11, 8 sqq.

ambitione] et h. l. et c. 20, § 26. idem est quod apud probatiores scriptores *ambitu*, cf. Cic. Tim. c. 9. *Cum se octo ambitus confectis suis cursibus ad idem caput retulerunt.*

XVIII. Nunc utrum illi septem globi qui subiecti sunt contrario, ut ait, quam caelum vertitur motu ferantur, argumentis
2 ad verum ducentibus requiramus. Solem ac lunam et stellas
[87] quinque quibus ab errore nomen est, praeter quod secum trahit ab ortu in occasum caeli diurna conversio, ipsa suo motu in orientem ab occidente procedere non solis literarum profanis sed multis quoque doctrina initiatis abhorrere a fide ac monstro simile iudicatum est: sed apud pressius intuentes ita verum esse constabit, ut non solum mente concipi sed oculis quoque ipsis
3 possit probari. Tamen, ut nobis de hoc sit cum pertinaciter negante tractatus, age, quisquis tibi hoc liquere dissimulas, simul omnia, quae vel contentio sibi fingit detractans fidem vel quae
4 ipsa veritas suggerit, in divisionis membra mittamus. Has erraticas cum luminibus duobus aut infixas caelo, ut alia sidera, nullum sui motum nostris oculis indicare sed ferri mundanae conversionis impetu, aut moveri sua quoque accessione dicemus: rursus, si moventur, aut caeli viam secuntur ab ortu in occasum et communi et suo motu meantes, aut contrario recessu in orientem ab occidentis parte versantur. Praeter haec, ut opinor, nihil potest vel esse vel fingi. Nunc videamus, quid ex his poterit
5 verum probari. Si infixae essent, numquam ab eadem statione

Mss. CFSR12GBer.]

XVIII. *Caput XVIII. Stellas errantes contrario quam coelum motu versari.* ch-b. 2. *ipsas* Ber. *sic ipsas* CF. — *in occidente* R1. — *non solis* CFSR12Ber.v-g*H*2. *non solum* Gs-b*H*1. — *a profanis* *H*1. — *sed a multis* C. — *doctrina viciatis* v1. — *ab horrore* R1. — *simile monstro* C. *monstro simili* g. — *esse verum* v-g. — *probari possit* (*ipsis* suo loco add. a sec. m.) F. 3. *quisque* R1. — *dissimulans* C. — *quae contentio* (om. *vel*) C. — *detrectans* (sup. add. *a*) C. „Non est corrigendum *detrectans*, quia eadem scriptura apud alios quoque occurrit. Vid. Gesn. in Thes.“ Zeun., qui suspicabatur scribendum esse *contentio tibi fingit*, quod auctor alloqueretur adversarium. — *mutamus* v. 4. *nullum* FSR12v-gbG „Angl.“ „Recte. Nam auctor amat participia. Sic paulo post [§ 9.]: *signa infixa caelo feruntur.*“ Zeun.. *et nullum* CBer. *nullumque* s-z. — *sui motum signum* F. — *indicari* G. *iudicari* v. — *mundanae confusionis* via (g in mg.) „Reponendum ex membranis *conversionis.*“ Mod. N. L. p. 322. — *reversantur* Tr. — *praeter hoc* v-gG (in C legitur *h* supra posita lineola). — *verum poterit* F. *verum possit* R1. *poterit veri* v. 5. *ab ea-*

XVIII, 2. *literarum profanis*] „Ita Minucius in Octavio suo [c. 5.]: *Audere quosdam, et hos studiorum rudes, literarum profanos, expertes artium etiam sordidarum, certum aliquid de summa rerum ac maiestate decernere.*“ Gron.

3. *contentio sibi fingit*] Non est cum Zeunio scribendum *tibi*. Hoc enim pronomen aliud flagitaret verbum. Statue potius *contentionem*, ut respondeat sequenti *veritati*, pro contendente ipso esse positam: id quod prorsus convenit cum more Macrobii, qui c. 6, § 72. *genas*, inquit, *flore vestit iuventa* etc.; § 73. *quos iam coronavere victoriae*; c. 14, § 25. *ut eos sequens tractatus inveniet*; c. 21, § 29. *quid diversi senserint .. tractatus invenit*; c. 22, § 2. *Horum singula ... tractatus expediat*, alias alia eiusmodi.

4. *secuntur ... versantur*] Exspectes *sequi*, *versari*, cum antecedat *dicemus*, sed ita Macrobius saepe ab indirecta ad directam transit orationem. Cf. I, 6, 66 sq.

discederent, sed in isdem locis semper, ut aliae, viderentur. Ecce enim de infixis Vergiliae nec a sui umquam se copulatione dispergunt nec Hyadas, quae vicinae sunt, deserunt aut Orionis proximam regionem relinquunt: Septentrionum compago non-solvitur: Anguis, qui inter eos labitur, semel circumfusum non mutat amplexum. Hae vero modo in hac modo in illa caeli regione 6
visuntur: et saepe, cum in unum locum duae pluresve convene- [88]
rint, et a loco tamen in quo simul visae sunt et a se postea separantur. Ex hoc eas non esse caelo infixas oculis quoque approbantibus constat: igitur moventur, nec negare hoc quisquam poterit quod visus adfirmat. Quaerendum est ergo, utrum ab 7
ortu ad occasum an in contrarium motu proprio revolvantur. Sed et hoc quaerentibus nobis non solum manifestissima ratio sed visus quoque ipse monstrabit. Consideremus ergo signorum ordinem, quibus zodiacum divisum vel distinctum videmus, et ab uno signo quolibet ordinis eius sumamus exordium. Cum Aries 8
exoritur, post ipsum Taurus emergit: hunc Gemini secuntur, hos Cancer, et per ordinem reliqua. Si istae ergo in occidentem ab oriente procederent, non ab Ariete in Taurum, qui retro locatus est, nec a Tauro in Geminos signum posterius volverentur, sed a Geminis in Taurum et a Tauro in Arietem recta et mundanae volubilitatis consona accessione prodirent. Cum vero 9

[Edd. vicabgspdzb.
dem statione nunquam F. *ab eadem statione non* C. — *sed si H*1. — *hisdem* CSR1G (R2 eraso *h*). *his* (supra scripto *dem*) F. *eisdem* v-g. *iisdem* s-bBer. — *virgiliae* C (G sup. scr. *e*). — *umquam* (om. *se*) F. — *nec iades* C. — *septemtrionum quoque* i-bS. — *compago solvitur* (sup. add. *non*) F. — *non immutat* C. 6. *Haec vero* G. *heae* (om. *vero*) R1. — *visae sunt simul* vin. *semel visae sunt* C. *sunt simul* (om. *visae*) G. *visae sunt* (del. *simul*) *H*1. — *a se* (om. *et*) CF. — *in caelo* R1. — *approbantur. Constat igitur H*2. — *usus affirmat* v.
7. *ad occasum* CFR2Gv. *in occasum* R1i-bSBer. — *in contrario* R1. — *Consideremus ergo* FSGTr.Ben. *consideremus* (om. *ergo*) R1. *consideremus enim* CR2Edd.Ber. — *signorum* Mss. v-ab*H*12 „Angl.“ „Rectissime.“ Zeun. *singulorum* h-z. „Nonne res ipsa scribi postulet *signorum ordinem?* Nam et sequitur continuo *et ab uno signo quolibet* etc.“ Pont. — *quodlibet* v. — *eius ordinis sumamus initium* R1. 8. *post hunc taurus emergit. ipsum gemini* R2. — *insequuntur* v-gG. — *reliqua signa* s-b. — *isti* C. — *ab oriente in occidentem* CR1. — *non ariete* (om. *ab*) R1. — *sed potius a geminis* v. — *a tauro* (om. *et*) F. *mundanae* (om. *et*) C. — *volubilitati* b ex coni. Zeunii, qui adnotavit: „Casus enim hic non a substantivo sed adiectivo *consona* pendet, ut paulo infra [§ 19.] *mundanae volubilitati contraria recessione.*

7. *revolvantur*] i. e. retro volvantur. Conf. § 4. *contrario recessu.*

8. *recta et mundanae volubilitatis consona accessione*] Fateor valde probabilem esse coniecturam Zeunii *volubilitati*, collato praesertim huius capitis fine. Sed tamen in omnium librorum vestigiis insistendum esse putavi. Quid enim, si Macrobius attractionis illud genus, quod est, ubi dicendi formulae e substantivo et verbo compositae non iungitur dativus casus, quem exspectes, sed genitivus arctius quidem cum substantivo coniungendus, sed ad substantivum et verbum simul referendus (cf. Reisig. l. c. 346.), a verbo transtulit ad adiectivum, ut pro dativo cum adiectivo coniungendo posuerit genitivum ad substantivum et adiectivum simul referendum? Certe accessio mundanae volubilitati

a primo in signum secundum a secundo in tertium et inde ad reliqua quae posteriora sunt revolvantur, signa autem infixa caelo ferantur, sine dubio constat has stellas non cum caelo sed contra caelum moveri. Hoc ut plene liqueat, astruamus de lunae
10 cursu, quae et claritate sui et velocitate notabilior est. Luna, postquam a sole discedens novata est, secundo fere die circa occasum videtur, et quasi vicina soli quem nuper reliquit, postquam
[89] ille demersus est, ipsa caeli marginem tenet antecedenti superoccidens. Tertio die tardius occidit quam secundo, et ita cotidie longius ab occasu recedit, ut septimo die circa solis occasum in medio caelo ipsa videatur. Post alios vero septem, cum ille mer-
11 git, haec oritur. Adeo media parte mensis dimidium caelum, id est unum hemisphaerium, ab occasu in orientem recedendo metitur. Rursus post septem alios circa solis occasum latentis hemisphaerii verticem tenet: et huius rei indicium est, quod medio noctis exoritur. Postremo totidem diebus exemptis solem denuo conprehendit, et vicinus videtur ortus amborum, quamdiu soli succedens rursus novetur et rursus recedens paulatim semper in
12 orientem regrediendo relinquat occasum. Sol quoque ipse non aliter quam ab occasu in orientem movetur et, licet tardius recessum suum quam luna conficiat (quippe qui tanto tempore signum unum emetiatur, quanto totum zodiacum luna discurrit),

Mss. CFSR12GBer.]

9. *Cum ergo* viag. — *in tertium* CFSR12Bar.Tr. *in tertio* G. *ad tertium* Edd.Ber. — *ferantur* R2Edd.Ber. *feruntur* CFSR1G. — *stellas has* R2. — *adfirmamus* (sup. *astruamus*) C. — *quae et* CFSR1v-gTr.Ber. *et* (sup. add. *quae vel qui*) R2. *qui et* Gs-bBer.*H2*. *claritate sui* R1 (R2 *i* ex corr.) Edd.SGBer.; cf. c. 16, §§ 10. 11. *claritate sua* CF.
10. *renovata* FTr. — *secundo vero die* C. *secundo fere* (om. *die*) *H1*. — *relinquit* F. — *postquam ipse* Ber. — *dimersus* CFSR1. — *antecedentem* *H1*. *antecedentis* *H2*. — *et cottidie ita longius* F. *et ita longius cotidie* R1. — *haec* add. a sec. m. C. 11. *exeptis* (sup. add. *c*) C. *exceptis* (sup. a sec. m. *exemptis*) F. — *denuo solem conprehendit* F. *solem conprehendit denuo* R1. — *rursus movetur* R1vc-g; emendavit Modius N. L. p. 183. — *rursus novetur ... recedens* om. Ber. 12. *recursum* Ber. — *quam luna recessum suum* v. — *tepore* R1. — *zodiacum totum* R2. — *signum unumquodque* FBer.L „libri vetusti" Gron. „Male. *Unum* a sensu et usu Macrobiano requiritur." Zeun.

consona nihil aliud est nisi mundanae volubilitatis accessio.

9. *signa autem infixa caelo ferantur*] Nimis durum est, quod in plerisque libris mss. legitur, *feruntur*, nisi forte verba *signa ... feruntur* extra constructionis nexum ad monendum lectorem addita sunt. At ne sic quidem omnia plana sunt. Vide igitur coll. c. 17, § 16., ne Macrobius scripserit: *infixa caelo cum caelo ferantur*.

11. *Adeo*] Conclusio fit per *adeo*, ita ut ex singulis quae allata sunt, oratio transeat ad rem universam. Cf. Hand. Tursell. I, p. 152. et infra § 17.; c. 19, § 18.; c. 20, § 3.

quamdiu ... novetur et ... relinquat] *Quamdiu* idem est quod *usque dum*. Sic legitur cum coniunctivo cap. 20, § 28., Sat. VII, 14, 13.; cum indicativo cap. 21, § 13.

12. *totum zodiacum luna discurrit*] Exspectes *decurrit* vel *percurrit* vel *per zodiacum discurrit*, ut c. 19, § 6. *per quem sol discurrit*; c. 20, § 12. *caeli per quod discurrit*; c. 21, § 6. *quae per spatia grandiora discurrunt*, al. Sed cf. I, 6, 53. *omnem zodiaci et longitudinem et latitudinem circumperque discurrit*, ubi propter praepositiones, quae pro adverbiis ad-

manifesta tamen et subiecta oculis motus sui praestat indicia. Hunc enim in Ariete esse ponamus, quod quia aequinoctiale 13 signum est, pares horas somni et diei facit. In hoc signo cum occidit, Libram, id est Scorpii chelas, mox oriri videmus, et apparet Taurus vicinus occasui, nam Vergilias et Hyadas partes Tauri clariores non multo post solem mergentes videmus. Se- 14 quenti mense sol in signum posterius, id est in Taurum, recedit: et ita fit, ut neque Vergiliae neque alia pars Tauri illo mense videatur. Signum enim quod cum sole oritur et cum sole occidit semper occulitur, adeo ut et vicina astra solis propinquitate [90] celentur. Nam et Canis tunc, quia vicinus Tauro est, non vi- 15 detur, tectus lucis propinquitate: et hoc est, quod Virgilius ait:

Candidus auratis aperit cum cornibus annum
Taurus et adverso cedens Canis occidit astro.

Non enim vult intellegi Tauro oriente cum sole mox in occasum ferri Canem, qui proximus Tauro est, sed occidere eum dixit Tauro gestante solem, quia tunc incipit non videri sole vicino. Tunc tamen occidente sole Libra adeo superior invenitur, ut to- 16 tus Scorpius ortus appareat: Gemini vero vicini tunc videntur occasui. Rursus post Tauri mensem Gemini non videntur, quod in eos solem migrasse significat: post Geminos recedit in Cancrum, et tunc, cum occidit, mox Libra in medio caelo videtur. Adeo constat solem tribus signis peractis, id est Ariete et Tauro 17 et Geminis, ad medietatem hemisphaerii recessisse. Denique post tres menses sequentes tribus signis quae secuntur emensis (Cancrum dico, Leonem et Virginem) invenitur in Libra, quae rursus aequat noctem diei, et, dum in ipso signo occidit, mox oritur Aries, in quo sol ante sex menses occidere solebat. Ideo 18

[Edd. vicahgspdzb.

13. *Hunc etenim* C. — *somnii* C. — *scorpionis* Tr. — *ab occasui* F. *occasus* Ber. — *Nam et vergilias* R1s-bBer. — *post solem mergentes* CR1. *post sole mergente* R1Edd.FSGBer. 14. *pars alia* R2. *aliqua pars* Ben.Bar. — *in illo mense* R1. — *quod et cum* CF. *quod cum* (in ras.) R2. — *ut vicina* (om. *et*) ag. 15. *tum quia* CF. — *Candidus*] Georg. I, 217. — *averso* SG (h in mg.) *H*1Tr.L. — *tauro occidente* F. — *in occasum ferri* R1Edd.Ber. *in occasu ferri* R2. *in occasum fieri* S. *in occasu fieri* CFG; cf. c. 21, § 2. — *proximus est* (*tauro* add. a sec. m.) F. *proximus est tauro* C. 16. *et tum* R1. *tunc* (om. *et*) CF. — *in medio caelo* om. R1. 17. *Adeo autem* CF. — *signis tribus* R2. — *ariete tauro* (om. *et*) CF. — *tauro geminis* (sup. add. *et*) R2. — *sequentes* om. R1. — *remensis* Ber. — *libra* (om. *in*) R1.

duntur, minus offendit accusativus, et Ammian. Marc. XXIX, 5. *discursis itineribus magnis*.

13. *pares horas somni et diei facit*] „Imitatur auctor Virgilium Georg. I, 208. *Libra die somnique pares ubi fecerit horas Et medium luci atque umbris iam dividit orbem*. Eandem rem paulo post [§ 17.] minus poetice expressit, *libra aequat noctem diei*. Sermo est de aequinoctiis verno et auctumnali, quorum signa sunt Aries et Libra.“ Zeun.

Libram, id est Scorpii chelas] Cf. Sat. I, 12, 11. et 21, 25.

Vergilias ... non multo post solem mergentes videmus] Haec commode respondent antecedentibus *apparet Taurus vicinus occasui*; quod vulgo legitur, *non multo post sole mergente*, id fateor me non intellígere. Videtur ortum esse ex § 18. At cf. § 10.

17. *Adeo constat*] Vid. not. ad § 11.

autem occasum magis eius quam ortum elegimus proponendum, quia signa posteriora post occasum videntur: et, dum ad haec quae sole mergente videri solent solem redire monstramus, sine dubio eum contrario motu recedere, quam caelum movetur,
19 ostendimus. Haec autem quae de sole ac luna diximus etiam
[91] quinque stellarum recessum adsignare sufficient: pari enim ratione in posteriora signa migrando semper mundanae volubilitati contraria recessione versantur.

XIX. His adsertis de sphaerarum ordine pauca dicenda sunt: in quo dissentire a Platone Cicero videri potest, cum hic solis sphaeram quartam de septem, id est in medio locatam, dicat, Plato a luna sursum secundam, hoc est inter septem a sum-
2 mo locum sextum tenere, commemoret. Ciceroni Archimedes et Chaldaeorum ratio consentit, Plato Aegyptios omnium philosophiae disciplinarum parentes secutus est, qui ita solem inter lunam et Mercurium locatum volunt, ut rationem tamen et de-

Mss. CFSR12GBER.]

18. *occasum maius eius* S. *magis occasum eius* F. *occasum eius magis* R1. — *elegimus* SR2Gvi „Angl.“ *eligimus* CFR1c-bBER. — *praeponendum* R1. 19. *et luna* Edd.BER. — *sufficiant* R1.

XIX. *Caput XIX. Quem Cicero et quem Plato soli inter errantes stellas assignaverint* (*assignaverit* ch) *ordinem: cur luna lumen suum mutuetur a sole, sicque luceat, ut tamen non calefaciat. dehinc, cur sol non absolute, sed fere medius inter planetas esse dicatur. unde sideribus nomina, et cur stellarum errantium aliae adversae nobis sint, aliae prosperae.* ch-b.

1. *cum his* g. — *Plato*] Tim. p. 38 Steph. — *sursum hoc est* (sup. add. s. *speram secundam*) C. 2. *archidemides* F. *Archimenides* vich. — *ut rationem tamen et deprehenderint* CFSR12Gv1 „antiquissimus“ Gron. *ut ratione tamen et depr.* BER. *ut rationem tamen depr.* (om. *et*)

18. *magis ... elegimus*] Graece μᾶλλον εἱλόμεθα. Praeteritum praetuli, quia ad antecedentia haec referuntur.

19. *Haec ... etiam quinque stellarum recessum adsignare sufficient*] Offendit et infinitivus *adsignare* pro gerundio *ad adsignandum* positus, ut apud Virg. Aen. V, 21 sq. *Nec nos obniti contra nec tendere tantum Sufficimus.* Verbum *adsignare* usurpatum pro *demonstrare*, vel, ut dicere solet Macrobius, *adserere*. Vid. not. Gron. ad c. 2, § 14., et adde locis ibi citatis c. 21, § 3. *id quod sermo descripsit visus adsignet.*

XIX, 1. *secundam, hoc est ... locum sextum tenere, commemoret*] Haec minus concinne dicta sunt. Scriberem *secundum*, si infra legeretur *sextum locum*, ut ita possit distingui: *secundum, hoc est ... sextum, locum.* Ut nunc est, ad *secundam* intelligendum erit *esse.* Est attractio quaedam ad antecedens *quartam.*

2. *Archimedes*] „Quae hic et infra II, 3 [§ 13.] de ratione Archimedis traduntur, videntur fuisse in libro qui inscriptus est *Conica*, sed periit. Vid. Fabric. Bibl. Graec. lib. III, 22.“ ZEUN. — Consenserunt praeterea Geminus (Elem. Astron. c. 1.), Cleomedes (Met. I, 3.), Ptolemaeus (Almag. 9, 1.), et, ut referunt Plin. N. H. II, 22, s. 20. et Censorin. de die nat. c. 13, § 3., Pythagoras quoque. Cf. Forbiger. Handb. d. alt. Geogr. I, p. 520.

inter lunam et Mercurium] Haec est ratio Anaxagorae et Eratosthenis (Cat. c. 43.) et secundum Phot. Bibl. Cod. 249, p. 1316. (p. 439. Bekker) Pythagorae: sed Plato l. c. modo cum Chrysippo et mathematicis solem ponit inter lunam et Venerem, dicens ἑωσφόρον δὲ καὶ τὸν Ἑρμοῦ λεγόμενον, modo prae-

prehenderint et edixerint, cur a nonnullis sol supra Mercurium supraque Venerem esse credatur. Nam nec illi qui ita aestimant a specie veri procul aberrant: opinionem vero istius permutationis huiusmodi ratio persuasit. A Saturni sphaera, quae 3
est prima de septem, usque ad sphaeram Iovis a summo secundam interiecti spatii tanta distantia est, ut zodiaci ambitum su- [92]
perior triginta annis, duodecim vero annis subiecta conficiat: rursus tantum a Iove sphaera Martis recedit, ut eundem cursum biennio peragat. Venus autem tanto est regione Martis inferior, 4
ut ei annus satis sit ad zodiacum peragrandum. Iam vero ita Veneri proxima est stella Mercurii, et Mercurio sol propinquus, ut hi tres caelum suum pari temporis spatio, id est anno plus minusve, circumeant. Ideo et Cicero hos duos cursus *comites* solis vocavit, quia in spatio pari longe a se numquam recedunt. Luna autem tantum ab his deorsum recessit, ut, quod illi anno, 5
viginti octo diebus ipsa conficiat: ideo neque de trium superio-

[Edd. vicahgspdzb.
Bar. *ut ratione tamen depr.* (om. *et*) v3-b. *ut rationem tantum depr.* L. — *edixerint* (in mg. *elicuerint*) g. Unde Pontanus coniicit *delicuerint*, adiiciens: „quod nos *delicaverint* aut *declaraverint* dixissemus. Nonius: *Delica est aperi vel explana. Titinnius: Quid istuc est? aut quid istic sibi vult sermo? mater delica.*" Gronovius cum scriptura *rationem* ... *edixerint* confert II, 17, § 13. *postquam* ... *edixit*, sed addit: „Suspicor tamen fuisse olim *et ediderint*. Est enim interdum *edere* id ipsum, quod et *prodere* dicunt et *divulgare*; Cic. de leg. III [20, 47.] *edant et exponant, quid in magistratu gesserint.*" — *super mercurium* Ber. — *existimant* Sv-g. — *a veri specie* R2. — *huius permutationis* R1. 3. *tanta differentia* F (C sup. *vel distantia*). — *duodecim annis* (om. *vero*) *H*1. *duodecim vero* (om. *annis*) F (C sup. s'. *annis*). — *Rursus tamen* v. — *a iovis martis spera* R1. — *recessit* Ber. — *peragret* R2*H*12.
4. *tanto regione* (sup. *est*) R2. *tanto a regione* (sup. *est*) F. *tanto est a regione* C. *est tanto regione* ia. *est tantum regione* v. — *Martis* om. R1. — *peragendum* (C sup. *ra*) „Vetus scriptura quae apparet in scriptis, quae melior est. Sic cap. praeced. [§ 17.] *tribus signis peractis* i. e. emensis. Quintil. decl. 1. *Nec tota tibi penatium sacra peragenda sunt*, et Ovid. [Met. XIII, 618.] *cum sol duodena peregit signa.*" Gron. — *Ita vero iam* R2. *nam vero ita* Ber. — *stella est* F. *stella* (om. *est*) S. — *et Mercurio* om. Ber. — *caelum* (om. *suum*) C. — *circueant* R1G. — *Ideo et* Mss.v-gLTr.Ber. „non male scripti." Gron. *igitur et* s-b. — *comites*] Somn. IV, 2. — *pari* om. F. 5. *ab his tantum* R1. — *seorsum H*1. — *recessit* Mss.v-gb „Angl." „scripti" Gron. „Recte, cum paulo post [§§ 5 et 15.] in eadem re Macrobius utatur praeterito *reces-*

ponit Mercurium ἥλιός τε καὶ ὁ τοῦ Ἑρμοῦ καὶ ἑωσφόρος.

3. *subiecta*] „H. e. sphaera Iovis, quae est inferior Saturni sphaera. Ab initio putabam corrigendum *inferior*, quo melius responderet praecedenti *superior*. Verum posteaquam vidi paulo post sequi *inferior*, intellexi Macrobium, qui semper fere etiam repugnante elegantia et puritate sermonis studet orationem variare, *subiecta* usum esse, ut postea posset adhibere *inferior*." Zeun.

5. *recessit, ut ... conficiat*] Non neglexit, ut vult Zeunius, Macrobius temporum consecutionem; sed cum *recessit* (i. e. remota est), ut verum perfectum, ad praesentem rerum statum referatur, recte sequitur praesens *conficiat*. Id unum offendere possit, quod § 3. de eadem re legitur praesens *recedit*; quod tamen non minus ferri potest quam si in passivo genere de eadem re modo praesens tempus, modo perfectum usurpatur. Cf. § 15.; c. 20, § 8.; c. 21, § 1.

rum ordine, quem manifeste clareque distinguit inmensa distantia, neque de lunae regione, quae ab omnibus multum recessit, inter veteres aliqua fuit dissensio. Horum vero trium sibi proximorum, Veneris Mercurii et solis, ordinem vicinia confudit, sed apud alios: nam Aegyptiorum sollertiam ratio non fugit, quae
6 talis est. Circulus per quem sol discurrit a Mercurii circulo, ut inferior ambitur: illum quoque superior circulus Veneris includit, atque ita fit, ut hae duae stellae, cum per superiores circulorum suorum vertices currunt, intellegantur supra solem locatae, cum vero per inferiora commeant circulorum, sol eis supe-
7 rior aestimetur. Illis ergo, qui sphaeras earum sub sole dixerunt, hoc visum est ex illo stellarum cursu, qui nonnumquam, ut diximus, videtur inferior: qui et vere notabilior est, quia tunc liberius apparet. Nam cum superiora tenent, magis radiis occulun-
[93] tur: et ideo persuasio ista convaluit, et ab omnibus paene hic
8 ordo in usum receptus est. Perspicacior tamen observatio veri-

Mss. CFSR12GBer.]

sit." Zeun. *recedit* s-z. — *ipsa XXti VIIIto diebus* R2. — *quae manifeste* (sup. *quem*) R2. — *est inter veteres aliqua dissensio* CF. *int. vet. al. est dissensio* H1. — *trium proximorum* (om. *sibi*) H1. — *vicinitas* Bar.Ben. (C a sec. m.) — *confundit* CFBer. — *Sententia egyptiorum. Nam egyptiorum* R1. — *ratione fugit* R1. 6. *circulus* (om. *Veneris*) R1. — *superiores* (om. *per*) GBer. — *intelleguntur* F (C sup. *a*). — *extimetur* Ber. *existimetur* Sv-g. 7. *Illis* (om. *ergo*) R1cah. *illis quoque* H1. — *speras eorum* R1. — *visum* (om. *est*) va. — *qui vere* (om. *et*) R1. — *quia tum* SR1v-g. *quia cum* G. — *apparent* FR1H2. — *magis ac magis radiis* F. 8. *veriorem* (C sup. .i.

6. *Circulus, per quem sol discurrit, a Mercurit circulo ut inferior ambitur*] „Respexit ingeniosissimus seculi sui Nic. Copernicus: *Quapropter*, inquit, *minime contemnendum arbitror, quod M. Capella, qui Encyclopaedian scripsit et quidam alii Latinorum percalluerunt. Existimant enim, quod Venus et Mercurius circumerrant solem in medio existentem et eam ob causam ab illo non ulterius digredi putant, quam suorum convexitas orbium patiatur, quoniam terram non ambiunt, ut ceteri, sed absidas conversas habent.*" Pont. — At haec non quadrant in verba Macrobii, qui non illas stellas circumerrare solem, sed solis circulum illarum circulis inferiorem esse dicit, itaque commune centrum terram esse statuit. Sed confudisse eum utramque sententiam ex iis quae sequuntur apparet.

atque ita fit, ut ... sol eis superior aestimetur] Ad veram rationem si spectamus, quomodo confusio illa fieri potuerit, liquet. At qui e vulgari veterum opinione ita, ut Macrobius, confusionem illam vult derivare, is novum admittit errorem, quem alias (I, 22, 8 sqq., II, 5, 25.) ipse refutare conatus est. Namque si terra est ima et centrum, Mercurii autem et Veneris circuli solis circulo superiores sunt, sol semper infra (i. e. a terra spectanti *citra*) illas stellas sit, necesse est. Si *inferiores circulorum vertices* opponuntur *superioribus*, hi sunt, ubi stellae super verticem nostrum, illi, ubi velut sub pedibus nostris moventur (cf. cap. 22, § 11.). Cum ergo *per inferiores circulorum vertices currunt* Mercurius et Venus, sane, si ad pedes nostros spectamus, *sol eis superior* potest aestimari, at tum, quia sub pedibus nostris, i. e. infra terram, sunt, omnino non videntur (cf. I, 16, 5.). Igitur ille, qui commemoratur § 7., *stellarum cursus, qui nonnumquam videtur inferior, qui et vere notabilior est, quia tunc liberius apparet*, ab illa opinione omnino abhorret, neque intelligi potest, nisi, ut est, statuimus solem esse centrum circulorum Mercurii et Veneris.

7. *liberius apparet*] i. e. non im-

orem ordinem deprehendit, quem praeter indaginem visus haec quoque ratio commendat, quod lunam, quae luce propria caret et de sole mutuatur, necesse est fonti luminis sui esse subiectam.
9 Haec enim ratio facit lunam non habere lumen proprium, ceteras omnes stellas lucere suo, quod illae supra solem locatae in ipso purissimo aethere sunt, in quo omne, quicquid est, lux naturalis et sua est, quae tota cum igne suo ita sphaerae solis incumbit, ut caeli zonae quae procul a sole sunt perpetuo frigore oppressae sint, sicut infra ostendetur:
10 luna vero, quia sola ipsa sub sole est et caducorum iam regioni luce sua carenti proxima, lucem nisi de superposito sole, cui resplendet, habere non potuit: denique quia totius mundi ima pars terra est, aetheris autem ima pars luna est, lunam quoque terram, sed aetheriam, vocaverunt.
11 Inmobilis tamen, ut terra, esse non potuit, quia in sphaera quae volvitur nihil manet inmobile praeter centrum: mundanae autem sphaerae terra centrum est: ideo sola inmobilis perseverat.
12 Rursus terra accepto solis lumine clarescit tantummodo, non relucet; luna speculi instar lumen quo illustratur emittit: quia illa aeris et aquae, quae per se concreta et densa sunt, faex habetur et ideo extrema vastitate denseta est nec ultra superficiem quavis luce penetratur; haec, licet et ipsa finis sit, sed liquidissimae lucis et ignis aetherii, ideo, quamvis densius corpus sit quam cetera caelestia, multo tamen terreno purius fit acceptae [94] luci penetrabile adeo, ut eam de se rursus emittat, nullum ta-

[Edd. vicahgspdzb. *meliorem*) FSR1Ber. (chg in mg.). *meliorem* R2Edd.G. *acriorem* Bar. Ben. — *quoque visus haec ratio* R1. — *quia* (sup. *vel quod*) F. — *propria luce* R1. — *permutuatur* R12. — *sui luminis* FR1. — *adhaerere subiectam* Ben.Bar. 9. *quod ille* S. *quod ipse* F. — *solis sperae* R1. — *ut caelo zonae* Ber. — *quae sunt procul a sole* CF. 10. *luna quoque quae sola* C. — *ipsa* om. R1. „Nisi malis erroris insimulare Macrobium, lege: *ima* aut *infima*, praesertim cum apud Ciceronem inveniatur *infimo orbe*.“ Zeun. — *est. Caducorum* (*et* add. a sec. m.) C. — *de superposito* pdz. *desuper posito* v-gb. *desuperposito* s. E Mss. nihil enotavi. „Malim *de super opposito*. Dixit iam ante [c. 15, § 11.] *lunae contra solem positae*.“ Pont. „Forte corrigendum est ita: *Lucem, nisi de super posito sole qua resplendet*. Sic infra [§ 12.] *lumen quo illustratur*.“ Zeun. — *una pars* (etiam infra) v-g; Mod. N. L. p. 409. commendat *ima*; consentit Pont. — *aethereum* Cv3-b. *aetheri* v1. 11. *ideo inmobilis* (om. *sola*) R1. 12. *illa terra aeris aquae* (sup. add. *et*) C. — *denseta* CFGTr.Ben. *densata* SR12Edd.Ber. Vid. not ad c. 3, § 20. — *quam luce* R1. — *Nec licet* G. — *finis sit* CFSR12v-gG „4 Angl.“ *finis est* s-bBer. — *aetherii* CFR1G. *aetherei* R2Edd.SBer. — *quam caelestia caetera* R2. — *multo tamen* CF (R2 a p. m.; G a sec. m.) Mod. N. L. p. 323. *ut multo tamen* (R2 a sec. m.; G a p. m.) Edd.SR1 Ber. — *terra purius* CR1. — *accepta luce* CR1 Mod. l. c. — *penetrabile*

pedientibus solis radiis. Cf. Sen. N. Q. I, 17, 3. *nisi liberius humi solis lunaeque imagines videremus.*

9. *ceteras omnes stellas lucere suo*] „Quam falsum hoc sit de planetis, recentiorum observatione satis demonstratum est.“ Zeun.

10. *terram, sed aetheriam vocaverunt*] Physicis hoc tribuitur I, 11, 7.

12. *terreno purius fit ... penetrabile*] Est attractio quaedam, quod ad propius substantivum *corpus* haec referuntur, non ad pronomen, quo proprie referenda erant, *haec*, sc. luna.

13 men ad nos perferentem sensum caloris: quia lucis radius, cum
ad nos de origine sua, id est de sole, pervenit, naturam secum
ignis de quo nascitur devehit; cum vero in lunae corpus infun-
ditur et inde resplendet, solam refundit claritatem, non calorem.
Nam et speculum, cum splendorem de se vi oppositi eminus
ignis emittit, solam ignis similitudinem carentem sensu caloris
14 ostendit. Quem soli ordinem Plato dederit vel eius auctores,
quosve Cicero secutus quartum locum globo eius adsignaverit,
vel quae ratio persuasionem huius diversitatis induxerit, et cur
dixerit Tullius: *in infimoque orbe luna radiis solis accensa con-
vertitur*, satis dictum est: sed his hoc adiciendum est, cur Ci-
cero, cum quartum de septem solem velit, quartus autem inter
septem non fere medius, sed omni modo medius et sit et habea-
tur, non abrupte medium solem sed *fere medium* dixerit his ver-
15 bis: *deinde subter mediam fere regionem sol optinet.* Sed non va-
cat adiectio qua haec pronuntiatio temperatur: nam sol quartum
locum optinens mediam regionem tenebit numero, spatio non
tenebit. Si inter ternos enim summos et imos locatur, sine du-
bio medius est numero: sed totius spatii quod septem sphaerae
occupant dimensione perspecta regio solis non invenitur in me-
dio spatio locata, quia magis a summo ipse, quam ab ipso reces-
sit ima postremitas: quod sine ulla disceptationis ambage com-
16 pendiosa probabit adsertio. Saturni stella, quae summa est, zo-
[95] diacum triginta annis peragrat, sol medius anno uno, luna ultima

Mss. CFSPR12G (Ber. usque ad § 14.)]

CFSR12v–gG „Angl.“ *penetrabilis* a–bBer. Mod. l. c. „Recte, sc. luna. Sed ed. vet. *penetrabile*, sc. corpus. Sed vulgaris et recentior videtur melior.“ Zeun. — *adeo ad se rursus mittat* R1. — *rursum* F. — *preferentem* R1*H*2. 13. *de sua origine* R1. — *evehit* (sup. *de*) R2. — *claritatem* FR12Ber. *claritudinem* Edd.CSG (in R2 add. a sec. m.). — *cum splendorem* om. R1. — *immittit* (sup. *e*) C. 14. *secutus est* C. — *eius globo* R2. — *in infimoque orbe* R1. *in infimo orbe* (om. *que*) Bar.Ben. *infimoque orbe* (om. *in*) R2LTr. *infimoque orbi* Edd.CFSG. „Supra [c. 17, § 3.] in textu Ciceronis erat *orbe*, quod est praeferendum.“ Zeun. — *omnino medius* Bar.Ben. — *subster mediam* SEdd.R2; c. 17, § 3, Somn. IV, 2. *septem mediam* G. *septem medium* R1. *ex septem mediam* C. *de septem mediam* F*H*2 (chg in mg.). „Supra [ad c. 17, § 3.] diximus de lectione *de septem mediam*, quae hic quoque stabilitur; nam paulo ante auctor: *quartum de septem.*“ Zeun. 15. *adiectio fere* Bar.LBen. „Mss.“ Gron. (i. e. L12Gr.1V23; in Gr.2V1 haec desiderantur; in L1 legitur *adiectio* tantum). — *qua haec pronuntiatio temperatur* Mss.v–gbLTr. „Certe pronuntiatio haec non temperat adiectionem, hoc est particulam *fere*, sed ipsi particulae inest vis pronuntiationem istam temperandi, ne praecise, et, ut ait auctor, abrupte medius sol pronuncietur.“ Gron. „Verissime.“ Zeun. *quam h. pr. temperat* a–z. — *sed inter nos enim* R1. — *septem* (*sperae* add. a sec. m.) C. — *dimensione peracta* *H*1. — *ipse* add. a sec. m. C. — *quam ab imo* G. — *ima recessit* R1. — *posteritas* (sup. *trem*) C. — *disceptionis ambage* R1*H*12. *disceptatione ambage* v. 16. *peragit* C. — *uno*

13. *Nam et speculum ... solam ignis similitudinem carentem sensu caloris ostendit*] Futile esse hoc argumentum nostra quidem aetate nemo negaverit.

15. *pronuntiatio*] „Hic est idem

uno mense non integro: tantum ergo interest inter solem et Saturnum, quantum inter unum et triginta; tantum inter lunam solemque, quantum inter duodecim et unum. Ex his apparet 17 totius a summo in imum spatii certam ex media parte divisionem solis regione non fieri. Sed quia hic de numero loquebatur, in quo vere qui quartus et medius est, ideo pronuntiavit quidem medium, sed propter latentem spatiorum dimensionem verbum quo hanc definitionem temperaret adiecit. Notandum, 18 quod esse stellam Saturni et alteram Iovis, Martis aliam, non naturae constitutio sed humana persuasio est, quae *stellis numeros et nomina fecit.* Non enim ait: illa quae Saturnia est, sed *quam in terris Saturniam nominant,* et *ille fulgor qui dicitur Iovis,* et *quem Martium dicitis:* adeo expressit in singulis nomina haec non esse inventa ex natura, sed hominum commenta significationi distinctionis accommoda. Quod vero fulgorem Iovis *hu-* 19 *mano generi prosperum et salutarem,* contra Martis *rutilum et terribilem terris* vocavit, alterum tractum est ex stellarum colore (nam fulget Iovis, rutilat Martis), alterum ex tractatu eorum qui de his stellis ad hominum vitam manare volunt adversa vel prospera: nam plerumque de Martis stella terribilia, de Iovis salutaria evenire definiunt. Causam si quis forte altius quaerat, unde 20

[Edd. vicahgspdzb.

anno CR1. — *interest* om. R1. — *inter et solem* C. — *inter unum et XII* R1. *inter XII menses et unum* C. 17. *in imum spacium* (corr. in *ii*) F. — *mediae partis divisionem* CF. — *regione* s-bSR12G. *regionem* Fv-g. *in regione* C*H*12 „membr." Mod. N. L. p. 164. — *hic loquebatur numero* (sup. add. *de*) C. — *in quo fere* F. — *quartus est et medius* C. — *latentem* om. „Mss." Gron. — *spatiorum dimensionem* Mss.v-g „Mss." Gron. *spatiorum divisionem* s-b. — *definitionem* c-bS. *diffin.* R12Gvi. *difin.* CF. — *alteram* (om. *et*) R2. — *adiecit fere* R1E12cahb. *adiecit verbum fere quo ... temperaret* „Hic ordo a Mss. exhibetur adiecta particula." Gron. „Male in recentioribus edd. omissum est *fere.*" Zeun. 18. *Notandum vel ... prospera* (§ 19.) om. CE1 (E2 add. in mg.). — *stellis*] Virg. Georg. I, 137. — *omnia* (sup. *nomina*) F. — *ait illa* SR2G*H*2Tr.Ben. *illa ait* F. *ait illi* R1. *ait illam* Edd. — *quem martem dicetis* G. — *ex natura* FS*H*1 „Mss." Gron. (i. e. Gr.1L2 V23). *a natura* R1. *naturae* R2Edd.CGL1 (in Gr.2V1 haec desiderantur). — *commento* „Mss." Gron. (i. e. L2V2). — *accommoda* Mss.s-zGr.1 V3. *accommodata* v-g „Mss." Gron. (i. e. L12V2). 19. *alterum est* (om. *tractum*) R1. — *martis rutilat* F. — *ex tractu* R1*H*1v. — *vel adversa* Tr. — *Martis* (om. *stella*) R2G. — *evenire* om. R1. — *definiunt* R2Edd.S (C sup. *aliter: definit scipio*). *diffiniunt* R1G. *difiniunt* F. —

quod *enuntiatio* seu *pronuntiatum* seu *sententia.*" Zeun.

18. *stellis numeros et nomina fecit*] „Plenus fere versiculus est, et Senecae quoque annotatus N. Q. VII, 25. *Nondum sunt,* inquit, *anni mille quingenti, ex quo Graecia stellis numeros et nomina fecit.* Estque Virgilii Georg. I, sub init. [v. 137.] *Navita dum* [immo *tum*] *stellis* etc." Pont.

19. *et terribilem*] Cicero Somn. IV, 2. habet *rutilus horribilisque terris,* ut paulo supra *hominum generi* non *humano generi,* ut h. l. affert Macrobius.

qui de his stellis ... vel prospera] „Egregia apud Gellium XIV, 1. extat Favorini philosophi dissertatio adversus anilem superstitionem eorum qui ex coetu motibusque siderum fata hominum praedicere audent. Conf. Cic. lib. II. de Divinat. et Sext. Empiric. lib. V. adversus mathematicos." Zeun.

divinis malivolentia, ut stella malefica esse dicatur (sicut de Mar-[96]tis et Saturni stellis existimatur), aut cur notabilior benignitas Iovis et Veneris inter genethliacos habeatur, cum sit divinorum una natura, in medium proferam rationem apud unum omnino, quod sciam, lectam. Nam Ptolemaeus in libris tribus quos de harmonia conposuit patefecit causam, quam breviter explicabo.
21 Certi, inquit, sunt numeri per quos inter omnia quae sibi convenienter iunguntur et aptantur fit iugabilis conpetentia, nec quicquam potest alteri nisi per hos numeros convenire. Sunt autem hi epitritus hemiolius epogdous duplaris triplaris quadru-
22 plus. Quae hoc loco interim quasi nomina numerorum accipias volo, in sequentibus vero, cum de harmonia caeli loquemur, quid sint hi numeri quidve possint, oportunius aperiemus: modo hoc nosse sufficiat, quia sine his numeris nulla colligatio, nulla pot-
23 est esse concordia. Vitam vero nostram praecipue sol et luna moderantur. Nam cum sint caducorum corporum haec duo propria, sentire vel crescere: *αἰσθητικὸν*, id est sentiendi natura, de sole, *φυτικὸν* autem, id est crescendi natura, de lunari ad nos globositate perveniunt. Sic utriusque luminis beneficio haec no-

Mss. (B inde a § 24.; C om. §§ 23-26.) FSR12G.]

20. *malivolentia* (C sup. sc. *est*) R2vis-zL1. *malevolentia* c-gb. *malivolentia ascribatur* SL3V3 (*asscribatur* FR1). *malevolentia adscribatur* *H*1 „Mss. (L2Gr.1V3; vid sup. L3V3) sine haesitatione, nec reprobandum puto.“ Gron. — *aut stella* *H*1. — *aestimatur* R2 — *et Veneris* add. a sec. m. C. — *genethliacos* Edd.FR12L12 (V3 positis punctis sub *thli*). *genethliachos* V2. *geneathilicos* S. *geneadliticos* C. *genethliologos* *H*2. *genealogos* „Mss.“ Gron. (unus L2). — *habetur* (sup. add. *a*) F. — *rationem* ... *lectam* om. CF. — *omnino* om. Bar. Ben. — *ptolomeus* FR12. *phtolomeus* C. — *armonia* R12. *armoniis* C.
21. *Certi, inquit, sunt numeri* CFR12i-gbBar.Ben.Tr. „Bene.“ Zeun. *certi, inquit, numeri sunt* S. *certi sunt, inquit, numeri* L. „Ratio Macrobii poscit, ut sic scribamus cum Mss.“ Gron. *certi sunt numeri* (om. *inquit*) Gvs-zP4. — *convenienter iunguntur* FSR1b*H*1 „Mss. multo melius.“ Gron. „3 Angl.“ *conveniunt iunguntur* (R2 sup. a sec. m. *vel ienter*) v-z. *conveniunt et iunguntur* *H*2. *conveniunt et coniunguntur* C. — *competentia iugabilis* F. — *Sunt autem hi* FR1b. „Rescribo cum antiquis plane ut libro II, cap. 1 [§ 14.] *Sunt autem hi sex omnes.*“ Gron. *Sunt autem* (om. *hi*) R2v-zCSGP4. — *quadruplus* Mss. et vs-z*H*12P4. *quadruplaris* i-gbBar.Ben.L. 22. *quasi sint nomina* CF. — *in sequentibus*] II, 1, 15 sqq. — *dum de* dz. — *qui sunt hi* C. — *haec nosse* v. — *quod sine* F (g in mg.). „Ed. vet. pro *quia* habet *qui* [immo in o est *quia*]. Sed ne haec quidem legibus linguae satis est accommodata. Forte auctor scripsit *quod iam* aut *iam quod*. Certe sensus postulat *iam*, quia ante locutus est de re futura aliqua.“ Zenn. 23. *Vitam vero nostram* ... *alia salutaris existimetur* (§ 26 extr.) om. CE1 (E2 add. in mg.). — *nostram* om. R1. — *caducorum sint* F. — *esteticon* F. *esthe-*

20. *unde divinis malivolentia*] *Adscribatur*, quod in nonnullis libris Mss. adiicitur, vel simile aliquod verbum intelligendum est e sequentibus: *aut cur* ... *habeatur*.
in libris tribus, quos de harmonia conposuit] „De his libris, qui etiamnum extant et inscribuntur ἁρμονικά vide Fabric. Bibl Graec. lib. IV, c. 14, p. 449.“ Zeun.

22. *hoc nosse sufficiat, quia*] De hac constructione vid. not. ad I, 6, 62.
23. *αἰσθητικὸν* ... *φυτικόν*] Cf. I, 12, 14 et 14, 7.
de lunari globositate] Cf. I, 16, 6, II, 5, 5 et 10. *terrae globositas*, et I, 22, 8. *globositas sphaeralis*. Fortasse non sine causa hac ratione usus est Macrobius, quum luna, ut

bis constat vita qua fruimur. Conversatio tamen nostra et pro- 24
ventus actuum tam ad ipsa duo lumina quam ad quinque vagas stellas refertur: sed harum stellarum alias interventus numerorum quorum supra fecimus mentionem cum luminibus bene iungit ac sociat, alias nullus applicat numeri nexus ad lumina. Ergo 25
Veneria et Iovialis stella per hos numeros lumini utrique sociantur: sed Iovialis soli per omnes, lunae vero per plures, et Ve- [97]
neria lunae per omnes, soli per plures numeros aggregatur. Hinc, licet utraque benefica credatur, Iovis tamen stella cum sole accommodatior est, et Veneria cum luna: atque ideo vitae nostrae magis commodant, quasi luminibus vitae nostrae auctoribus numerorum ratione concordes. Saturni autem Martisque stellae 26
ita non habent cum luminibus conpetentiam, ut tamen aliqua vel extrema numerorum linea Saturnus ad solem, Mars aspiciat ad lunam. Ideo minus commodi vitae humanae existimantur, quasi cum vitae auctoribus arta numerorum ratione non iuncti. Cur tamen et ipsi nonnumquam opes vel claritatem hominibus praestare credantur, ad alterum debet pertinere tractatum, quia hic sufficit aperuisse rationem, cur alia terribilis alia salutaris existimetur. Et Plotinus quidem in libro qui inscribitur: *Si faciunt* 27
astra, pronuntiat nihil vi vel potestate eorum hominibus evenire, sed ea quae decreti necessitas in singulos sancit, ita per horum septem transitum stationem recessumve monstrari, ut aves seu praetervolando seu stando futura pennis vel voce significant ne-

[Edd. vicahgepdzb.

dycon S. — *globositate ad nos* F. 24. *actuum nostrorum Hl.* — *stellarum alias interventus* Haec in B prima verba sunt post magnam illam lacunam (v. c. 12, § 14.). — *supra*] § 21. — *alius* Rl. — *ac sonat* Rl. — *nulli aplicat* Rl. — *venerca* (etiam infra) v-gb. 25. *magis accommodant* a, quod corrigit Mod. N. L. p. 164. *mag. commodantur* Tr. 26. *aspiciet* BG. *respiciat* Bar. — *arta* Mss. et P4 „Angl." *arcta* v-g. *apta* s-b. 27. *Plotinus* (om. *et*) F. — *si faciunt* Bi-bCG. *sic faciunt* FSR12v*H*l „Angl." — *nihil* (add. a sec. m. *vi*) C. — *sed quae* (sup. add. *ea*) R2. — *eorum septem* C. — *stationem recessumve* BSR12GP4.Tr.Ben. *statione recessuve* CFEdd. — *ait*

dicit § 12., *densius corpus sit, quam cetera caelestia.*

24. *Conversatio*] est vitae ratio. Cf. Ulpian. Dig. I, 16, 9. *filium ... qui non, ut oportet, conversari dicatur.*

25. *vitae nostrae magis commodant*] Cf. § 26. *minus commodi vitae humanae existimantur.*

26. *arta numerorum ratione non iuncti*] dicitur, ut alias (Cic. ad Att. VI, 2. al.), *artissima vincula.*

ad alterum debet pertinere tractatum] Noli haec referre ad commentariorum librum II, nam in eo nihil eiusmodi legitur. Videtur Macrobius in universum dicere voluisse: *alio pertinere.* Ceterum observa, I, 12, 14. dici in Saturni sphaera animam induere ratiocinationem et intelligentiam, in Martis, animositatis ardorem.

27. *Si faciunt astra*] Plotini Ennead. II. liber III. inscribitur *εἰ ποιεῖ τὰ ἄστρα*, quod vertit Fabricius: *Utrum stellae aliquid agant.* Vid. not. ad c. 17, § 7.

decreti necessitas] Cf. Sat. V, 16, 8. *Fortunam Homerus nescire maluit, et soli decreto, quam μοῖραν vocat, omnia regenda committit.*

horum septem] i. e. duorum luminum et quinque vagarum stellarum. Infra *hic* est Iuppiter, *ille* Mars.

scientes. Sic quoque tamen iure vocabitur hic salutaris, ille terribilis, cum per hunc prospera, per illum significentur incommoda.

[98] XX. In his autem tot nominibus quae de sole dicuntur non frustra nec ad laudis pompam lascivit oratio, sed res verae vocabulis exprimuntur. *Dux et princeps*, ait, *et moderator lumi-*
2 *num reliquorum, mens mundi et temperatio.* Plato in Timaeo, cum de octo sphaeris loqueretur, sic ait: *Ut autem per ipsos octo circuitus celeritatis et tarditatis certa mensura et sit et noscatur, deus in ambitu supra terram secundo lumen accendit quod nunc*
3 *solem vocamus.* Vides, ut haec definitio vult, esse omnium sphaerarum lumen in sole: sed Cicero sciens etiam ceteras stellas habere lumen suum, solamque lunam, ut saepe iam diximus, proprio carere, obscuritatem definitionis huius liquidius absolvens, et ostendens in sole maximum lumen esse, non solum, ait: *dux et princeps et moderator luminum reliquorum.* Adeo et ceteras stellas scit esse lumina, sed hunc ducem et principem, quem He-
4 raclitus fontem caelestis lucis appellat. *Dux* ergo est, quia omnes luminis maiestate praecedit: *princeps*, quia ita eminet, ut propterea, quod talis solus appareat, sol vocetur: *moderator reliquorum* dicitur, quia ipse cursus eorum recursusque certa spatii

Mss. B (CF om. §§ 5–7.) S (P inde a § 7.) R12G.]
aves R1. — *Sic quoque ... incommoda* om. C (F add. in mg.). — *tamen quoque* R1. — *significemus* viag. — *adversa et incommoda* R2.
XX. *Caput XX. De diversis nominibus solis, deque eiusdem magnitudine.* ch–b. 1. *non ad laudis* CF. — *res verae ... exprimuntur* BSR12v–gbG. „Vera scriptura est.“ Gron. „Recte, nisi malis legere *vere* seu *veris*.“ Zeun. *vere ... exprimuntur* (om. *res*) CF. *res vere ... exprimitur* s–z. — *Dux*] Somn. IV, 2. — *ait et princeps* R2. — *et moderator ait* C. — *reliquorum luminum* F. — *et temperator* F. 2. *in Timaeo*] p. 39 Steph. — *ait sic* R1. — *in ambitum* CF. — *secundo* BR1 (R2 a sec. m.) Gib (chg in mg.) *H*ITʀ. (L sup. add. *sole*). *secundum* CFS (R2 a p. m.) vc–z. „At vero si omnium sphaerarum lumen esse in sole dixit Plato, iam unum tantum lumen agnoscere videtur, ut *secundum lumen* esse non possit. Vitium scripturae agnosco et rescribo: *in ambitu supra terram secundo*. Eo enim loco Plato solem collocabat, *a luna sursum secundam* dicens, ut inquit Macrobius c. 19 [§ 1.], *ἐν τῇ πρὸς γῆν δευτέρᾳ τῶν περιόδων*.“ Gron. — *nunc* add. a sec. m. F.
3. *Vides* (sup. add. *ne*) R2. — *definitio* (infra quoque) BR2Edd.S. *diffinitio* (infra quoque) CR1G. *difinitio* (infra *diff.*) F. — *omnium sperarum lumen esse* CF. — *in solem* R1. — *etiam* om. C. — *lunam proprio* (sup. add. *ut saepe iam diximus*) CE2. *proprio lunam* (om. *ut saepe iam diximus*) E1Bᴇɴ. — *ut saepe iam diximus*] cf. c. 19, § 9 sqq. — *proprio lumine carere* L „Vetusti; quod non videtur a Macrobii simplicitate alienum.“ Gron. — *obscuritatis huius causas liquidis* P6. — *et non solum* F. — *sed et princeps* BFP6 „4 Angl.“ „Sic legas necesse est.“ Gron. — *sed moderator* CSR2. *sed et moderator* LTʀ.Bᴇɴ. *et med'ator* R1. — *ducem esse et* F. — *caelestis luminis* Tʀ.Bᴇɴ. 4. *ergo dicitur* F. — *omnis* B. — *praecidit* h. — *et princeps* R1. — *solis appareat* R1. — *certa spatii definitione moderatur* B (F *diff.*). *certa defini-*

XX, 3. *maximum lumen esse, non solum*] Haec inter se opponi non vidit Gronovius, qui voluit legi: *non solum ait dux, sed et princeps.*

Adeo] Vid. not. ad c. 18, § 11.

definitione moderatur. Nam certa spatii definitio est, ad quam 5
cum unaquaeque erratica stella recedens a sole pervenerit, tam- [99]
quam ultra prohibeatur accedere, agi retro videtur, et rursus,
cum certam partem recedendo contigerit, ad directi cursus con-
sueta revocatur. Ita solis vis et potestas motus reliquorum lu-
minum constituta dimensione moderatur. *Mens mundi* ita ap- 6
pellatur, ut physici eum cor caeli vocaverunt: inde nimirum,
quod omnia quae statuta ratione per caelum fieri videmus, diem
noctemque et migrantes inter utrumque prolixitatis brevitatisque
vices et certis temporibus aequam utriusque mensuram, dein ve-
ris clementem teporem, torridum Cancri ac Leonis aestum, mol-
litiem auctumnalis aurae, vim frigoris inter utramque temperiem,
omnia haec solis cursus et ratio dispensat. Iure ergo cor caeli
dicitur, per quem fiunt omnia quae divina ratione fieri videmus.
Est et haec causa, propter quam iure cor caeli vocetur, quod 7
natura ignis semper in motu perpetuoque agitatu est: solem au-
tem ignis aetherii fontem dictum esse retulimus: hoc est ergo
sol in aethere, quod in animali cor, cuius ista natura est, ne
umquam cesset a motu, aut brevis eius quocumque casu ab agi-
tatione cessatio mox animal interimat. Haec de eo, quod *mundi* 8
mentem vocavit. Cur vero et *temperatio mundi* dictus sit, ratio
in aperto est. Ita enim non solum terram, sed ipsum quoque
caelum, quod vere mundus vocatur, temperari sole certissimum

[Edd. vicahgspdzb.

tione spatii moderatur c–bG (i *diff.*). *moderatur certa diffinitione spatii* R1 (S *def.*). *moderatur certa diffinitione* (om. *spatii*) v. *moderatur* (om. *certa sp. diff*) R2 (C sup. add. a sec. m. *tanta spaci diffinitione*).
5. *Nam certa ... mentem vocavit* (§ 7. extr.) om. CFE1. *Nam certa ... moderatur* (§ 5. extr.) M1. *Nam certa spatii definitio est* om. BGP6. — *spatii certa* v. — *definitio* c–bSR2. *diffinitio* R1vi. — *unaquaque* P6. — *ad solem* Bar.*H*2 (R2L a sec. m.). 6. *appellatur ita* S R2. *ita vocatur* R1. — *vocarent* Ben. „membrana utraque [L3Gr.1 V3]. Igitur lege *vocarunt*." Gron. *appellaverint* R1. — *stata ratione* P4 „erat in membranis." Pont. *rata al. stata ratione* G. *cum statuta ratione* *H*1. — *ferri* (sup. *fieri*) R2. — *diem et noctem* v–g. — *ceteris* (sup. *certis*) R2 — *temporem* G. *teporem* (sup. *temperiem*) R2. *temperiem* Bar.Tr.Ben. (L a p. m.) (chg in mg. *teporem*). — *auream vim* R1.
7. *Et est haec* b. — *quam iure* prima sunt verba in P post magnam lacunam. Vid. c. 17, § 5. — *caeli cor iure* B. *iure mens caeli* R1. — *perpetuoque agitatumque* G. *perpetuo agitatuque* v–g. — *Solis* R1. — *aetherei* Edd. — *fontem esse* (om. *dictum*) v. — *retulimus*] § 3. — *cor in animale* R1. — *brevis* Pvs–zCFR2G „libri" Mod. N. L. p. 185. *brevi* B. *si brevis sit* i–gb. „Quae lectio est latinior habenda et praeferenda." Zeun. *sit brevis* (ante *sit* sup. add. *si*) S. — *intimat* B. 8. *quod mundi mentem* Mss.viaP4*H*2 „Angl." *quod solem mundi mentem* ch–b. — *Cur vero mens* E12. *cur ergo mens* Ben. — *temperatio mundi vocatur* C. — *sed quoque ipsum* R1. — *temperari sole* BCFSR12v–gGE12 (in E1

5. *ad directi cursus consueta*] Cf. I, 2, 9. et I, 10, 9. *cerimoniarum sacra.*

7. *ne umquam cesset*] Vid. not. ad c. 17, § 8. Ex hoc *ne* ad sequens *aut* intelligendum est *ut*. Pro ille *aut* exspectes *quin*.

8. *caelum quod vere mundus vocatur*] „II, 11 [§ 12.] *Unde et* (annus) *mundanus dicitur, quia mundus proprie caelum vocatur.* Sat. I, 9 [§ 10.] *Alii* (Ianum) *mundum, id est caelum, esse voluerunt.* Ib. c. 18. [§ 15.] *quia solem mundi mentem esse dixerunt, mundus autem vocatur caelum.*" Gron. Eadem

est, ut extremitates eius quae a via solis longissime recesserunt omni careant beneficio caloris et una frigoris perpetuitate tor-
[100] pescant: quod sequentibus apertius explicabitur. Restat, ut et de magnitudine eius, quam verissima praedicatione extulit, pauca
9 et non praetereunda dicamus. Physici hoc maxime consequi in omni circa magnitudinem solis inquisitione voluerunt, quanto maior possit esse quam terra; et Eratosthenes in libris dimensionum sic ait: Mensura terrae septies et vicies multiplicata mensuram solis efficiet: Posidonius multo multoque saepius: et
10 uterque lunaris defectus argumentum pro se advocat. Ita, cum solem volunt terra maiorem probare, testimonio lunae deficientis utuntur: cum defectum lunae conantur adserere, probationem de solis magnitudine mutuantur: et sic evenit, ut, dum utrumque de altero astruitur, neutrum probabiliter astruatur semper in medio vicissim nutante mutuo testimonio. Quid enim per rem
11 adhuc probandam probetur? Sed Aegyptii nihil ad coniecturam loquentes sequestrato ac libero argumento, nec in patrocinium sibi lunae defectum vocantes, quanta mensura sol terra maior sit, probare voluerunt, ut tum demum per magnitudinem eius osten-

Mss. BCFSPR12G.]

fuerat *solem*) „Angl.“ *temperari a sole* s-bP. — *longissime* (via *longissimae*) *a via solis* v-g. — *omnia* B. — *torpescat* G. — *qui sequentibus* B. *quod insequentibus* CF. *quod in sequentibus* v-gBar.LBen. — *sequentibus*] cf. II, c. 7. — *Restat autem* R2. — *ut haec H2*. — *quam verissima praedicatione extulit* BSR2v-gGLTr.Ben. (Vid. not. Gron.) om. FE1. add. a sec. m. E2. *quam verissima praedicatione* (om. *extulit*) R1 s-bCP. 9. *consequi* add. a sec. m. R2. — *circa* om. R1. — *esse possit* Edd.P. — *quam terra* BCFSR12v-gG „Angl.“ *quam terrae* s-bP. — *dimensionum in libris* F. — *septies et vigies* F. *septies vigies* (om. *et*) R1. — *posidonius* BP. *Possidonius* Edd.SR12. *possedonius* CF*H2*. — *multo multoque saepius* BCSR2vc-gBar.GTr. (in B supra nomen *posidonius* adscriptum est s. (i. e. scilicet) *dicit*). *multo multoque secus* i. *dicit multo multoque saepius multiplicatam* R1. *dicit multo multoque saepius multiplicatam solis spatium efficere* Fs-bP *H1*. — *et utriusque defectus* (sup. *uterque lunaris def.*) F (C om. *et*). — *argumentum invicem* (B a sec. m.) R12i-g. — *pro se invicem* LBen. 10. *probationes* R1. — *dum alterum de altero* „Omnino, ut est in Mss. [L12].“ Gron. *dum sic utrumque de altero* R1. — *vicissim* om. CF. 11. *in patrocinio* G. — *ut demum tum* R2. — *per magnitudinem eius* BCSR2v-gbpG „Mss. omnes“ Gron. „Recte ed. vet. verborum constructio legitur II, 6, 4. *usque ad N, quod est medietas*, et II, 14, 24. *anima quae initium motus est*; sed I, 17, 12. *globus ipse, quod caelum est*, II, 17, 14. *ad naturae suae principia quod est caelum*; et I, 22, 5. *Quicquid ... liquidissimum fuit, id tenuit summitatem, et aether vocatus est*; cf. Somn. VI, 3.

extulit] „Nempe Scipio somnians et per eum Cicero, dum eum tanta magnitudine esse ait, ut cuncta sua luce lustret et compleat.“ Gron. Conf. c. 22, § 12. *illius loci ... quo antipodas esse commemorat*, II, 17, 13. *Et facile nunc ... virtutes suadet*, et § 14. *ideo ... poenam sancit*; et plenius II, 12, 2. *Bene et sapienter Tullianus hic Scipio ... ordinem recte docentis inplevit.*

9. *Posidonius multo multoque saepius*] „Cleomedes: *Ποσσιδόνιος ὑποθέμενος μυριοπλασίονα τὸν ἡλιακὸν κύκλον τοῦ τῆς γῆς κύκλον, ἀπὸ τούτου ὁρμώμενος δείκνυσιν, ὅτι μυριάδων τριακοσίων εἶναι δεῖ τὴν τοῦ ἡλίου διάμετρον.*“ Pont.

11. *sequestrato ... argumento*] i. e. separato, singulari. De hoc verbo vid. not. ad I, 5, 6.

derent, cur luna deficiat. Hoc autem nequaquam dubitabatur, 12
non posse aliter deprehendi nisi mensura et terrae et solis inventa, ut fieret ex collatione discretio. Et terrena quidem dimensio oculis rationem iuvantibus de facili constabat: solis vero mensuram aliter nisi per mensuram caeli per quod discurrit inveniri non posse viderunt: ergo primum metiendum sibi caelum illud, id est iter solis, constituerunt, ut per id possent modum [101] solis agnoscere. Sed quaeso, si quis umquam tam otiosus tam- 13
que ab omni erit serio feriatus, ut haec quoque in manus sumat, ne talem veterum promissionem quasi insaniae proximam aut horrescat aut rideat. Etenim ad rem quae natura inconprehensibilis videbatur viam sibi fecit ingenium: et per terram, qui caeli modus sit, repperit. Ut autem liquere possit ratio commenti, prius regulariter pauca dicenda sunt, ut sit rerum sequentium aditus instructior. In omni orbe vel sphaera medietas cen- 14
tron vocatur: nihilque aliud est centron nisi punctum quo sphaerae aut orbis medium certissima observatione distinguitur. Item ducta linea de quocumque loco circuli qui designat ambitum in quamcumque eiusdem circuli summitatem orbis partem aliquam dividat necesse est. Sed non omni modo medietas est 15

[Edd. vicahgspdab.
eius h. e. solis." Zeun. (in B sup. add. *vel terrae*). *per magnitudinem terrae* R2 *per terrae magnitudinem* s-z. „Nil magis contra mentem auctoris, quem lunae defectum non per terrae sed solis magnitudinem velle dicere Aegyptios probavisse res ipsa loquitur." Gron. — *ostendant* F. 12. *nequam* R1. — *dubitatur* (C a sec. m.) Fvag. — *terrena* (om. *quidem*) G. — *demensio* R2. — *rationem investigantibus* v. — *constabit solis vero mensura* B. — *quod* (om. *per*) R1. — *invenire* R2v. — *videret* vl. — *caelum* (om. *illud*) C. *caelum illius* Hl. — *solis iter* R1. — *per id* (B in ras.) R1Edd.FSO. *per eum* CPR2GDI.
13. *si qui* BFG. — *erit ab omni* R1v-gG. — *erit feriatus serio* F. — *haec quacque* R1. — *in manum* F. *in manu* C. — *fecit sibi* R2. — *repperit* CSR12IO. *reperit* BFabDBar.Ben.Tr. (L a sec. m.) „Mss." Gron. „Verissime; nimirum ingenium, quod praecedit." Zeun. *reppererunt* v3i. *repperierunt* vl. *repererunt* Pch-zG. „Fatua scriptura: audacter reponerem *reperit*, nisi id audacter non fieri docerent Mss." Gron. — *dicenda sunt pauca* C. 14. *centrum* Mss. (etiam IDO) et Edd. Sed vid. infra, c. 22, § 3. al. — *nihil* (om. *que*) via (R2 sup. add. *que*). — *est centron* GDOL. *est centrum* Edd. et Mss. reliqui. — *de quocumque circulo vel loco circuli* F. — *in quamcunque* CFR2G „Tr. et 2 alii Angl." *in quacuque* (lineola posita sup. *a*) R1. *in quacumque* BEdd.SPDIO. — *summitatem* BCFR2GO. *summitate* R1Edd.SPDI. 15. *sed omni modo* (om. *non*) F. *sed non omnino* SBar.Tr.Ben. *sed non*

13. *otiosus*] Vide not. ad I, 1, 2.

in manus sumat] i. e. attrectet. Similiter Seneca de Benef. II, 5. 4. *beneficio suo manus affert* i. e. beneficium minuit. Planudes simpliciter vertit: *ὡς καὶ ταῦτα λαβεῖν εἰς χεῖρας*.

regulariter] Planudes vertit *ὥσπερ κανόνας*, infra § 20. *κατὰ κανόνας*; Forcellinus, qui contulit verba Ulpiani in Dig. XV, 3, 3. *Et regulariter dicimus* etc., *κανονικῶς*. Sensus est: „ita ut verba nostra ad disciplinae normam accommodemus." Cf. Artemidori Onirocr. IV. procem. p. 199. *Κανονικῶς οὖν καὶ ὁρικῶς περὶ τῶν ζητουμένων ἑκαστά σοι .. ἀπ' ἀρχῆς ἀναγράφω*, et Martian. Cap. IX, § 898. *responditque regulariter*, ubi H. Grotius adnotavit hoc responsum veris Iustiniani responsis confirmari.

14. *nihilque aliud esse centron, nisi punctum* [illegible]] Cf. c. 16, § 10. et Archimed[illegible] de num. arenae § 1.

orbis, quam separat ista divisio: illa enim tantum linea in partes aequales orbem medium dividit, quae a summo in summum ita ducitur, ut necesse sit eam transire per centron: et haec linea
16 quae orbem sic aequaliter dividit diametros nuncupatur. Item omnis diametros cuiuscumque orbis triplicata cum adiectione septimae partis suae mensuram facit circuli quo orbis includitur: id est, si uncias septem teneat diametri longitudo, et velis ex ea nosse, quot uncias orbis ipsius circulus teneat, triplicabis septem, et faciunt viginti unum: his adicies septimam partem, hoc est unum, et pronuntiabis viginti et duabus unciis huius circuli esse
17 mensuram, cuius diametros septem unciis extenditur. Haec om-
[109] nia geometricis evidentissimisque rationibus probare possemus, nisi et neminem de ipsis dubitare arbitraremur et caveremus
18 iusto prolixius volumen extendere. Sciendum et hoc, quod umbra terrae, quam sol post occasum in inferiore hemisphaerio currens sursum cogit emitti, ex qua super terram fit obscuritas quae nox vocatur, sexagies in altum multiplicatur ab ea mensura quam terrae diametros habet: et hac longitudine ad ipsum circulum per quem sol currit erecta, exclusione luminis tenebras
19 in terram refundit. Prodendum est igitur, quanta diametros terrae sit, ut constet, quid possit sexagies multiplicata colligere: unde his praelibatis ad tractatum mensurarum, quas promisit,
20 oratio revertatur. Evidentissimis et indubitabilibus dimensionibus constitit universae terrae ambitum, quae ubicumque vel incolitur a quibuscumque vel inhabitabilis iacet, habere stadiorum

Mss. BCFSPR12G.]

omnino modo R1. — *quae separat* R1. — *in summam* F. — *deducitur* v-g. — *per centron* BGDIO. *per centrum* Edd. et Mss. reliqui. — *diametros vocatur* C. 16. *Ita* P. — *diametros omnis* v-g. — *includitur vel si* C. — *septem teneat ... quot uncias* add. in mg. F. — *his adiciens* CF. *his aditiens* R1. *adities his* R2. — *id est unum* R1. — *pronuntiabis* (om. *et*) F. — *viginti* BFR1v-gGBAR.L. *in viginti* CR2Edd. SPDIO. 18. *et hoc* BCR2v-gGDO. *et hoc est* s-bFSPR1I. — *inferiori* F. — *super terra* B. — *sit obscuritas* F. — *sexagesies* (infra quoque) vi. — *multiplicabitur* (ex corr.) B. — *ab ea mensure* R1. — *terrae metros* P. — *sol discurrit* R1. — *exclusione* Mss. (C *ex clusione* littera, ut videtur, erasa) v-g „3 Angl." (in L pro glossa add. *separatione*). *conclusione* s-b. — *profundit* R1. 19. *revertamur* I. *revertitur* R1. *revertetur* D. 20. *constitit* BGs-bCFSDIO (P4 sup. *stat*). Cf. c. 16, § 10. *constat* PR12v-gBAR.TR.BEN. Vincentius Bellovacensis specul. natur. VI, 13., ubi leguntur verba: *Evidentissimis ... milia quinquaginta duo.* — *quae ubicumque vel incolitur a quibuscumque* BR1. *quae ubicumque vel incolitur* (om. *a quibuscumque*) R2v-gGP4

15. *diametros*] Cf. Martian. Cap. VI, § 714. *Latine distermina.*

16. *triplicata cum adiectione septimae partis suae*] Hanc fere rationem intercedere inter diametrum et circulum quo orbis includitur perspexit Archimedes. Vide E. Nizze, Archim. verhand. Werke p. 111.

18. *Sciendum et hoc* etc.] Quae sequuntur complures habent difficultates, quas solvere studui in Excursu quem Commentariorum libro II. subieci.

20. *Evidentissimis .. dimensionibus constitit* etc.] Vid. not. ad I, 16, 10. De re ipsa conf. II, 6, 3., Censorin. 13, 2., Excerpta Gronoviana quae leguntur ad calcem huius operis, I, 5 sqq. et II, 4 et 7 sqq., unde elucet hanc esse rationem Eratosthenis.

milia ducenta quinquaginta duo. Cum ergo tantum ambitus teneat, sine dubio octoginta milia stadiorum vel non multo amplius diametros habet secundum triplicationem cum septimae partis adiectione, quam superius de diametro et circulo regulariter diximus. Et quia ad efficiendam terrenae umbrae longitudinem non 21
ambitus terrae sed diametri mensura multiplicanda est (ipsa est enim quam sursum constat excrescere), sexagies multiplicanda tibi erunt octoginta milia, quae terrae diametros habet, quae faciunt quadragies octies centena milia stadiorum esse a terra usque ad solis cursum, quo umbram terrae diximus pervenire.
Terra autem in medio caelestis circuli, per quem sol currit, ut 22
centron locata est: ergo mensura terrenae umbrae medietatem [103]
diametri caelestis efficiet, et si ab altera quoque parte terrae par usque ad eundem circulum mensura tendatur, integra circuli per quem sol currit diametros invenitur. Duplicatis igitur illis qua- 23
dragies octies centenis milibus erit integra diametros caelestis circuli nonagies sexies centenis milibus stadiorum: et inventa diametros facile mensuram nobis ipsius quoque ambitus prodit.

[Edd. vicahgspdxb.

Tr. Vinc. Bell. l. c. *quae vel incolitur ubicumque* Bar. *quaecumque* (sup. add. *ubi*) *vel incolitur* O. *quae vel incolitur a quibuscunque* (om. *ubicumque*) FD*H*2 (C *qui vel*). *quae a quibuscumque vel incolitur* P. *quae quibuscunque* (om. *a*) *vel incolitur* s-b. *quae ubique* (om. *vel incol. a quib.*) I. — *octuaginta* (infra quoque) v1. — *milia* om. R2. — *amplius .i. CLXXXII H*1. — *secundum multiplicationem* R1. — *superius*] § 16.
21. *ipsa enim sursum* (om. *est*; add. a sec. m. *quam*) C. — *excrescere sexagies. multiplicanda* F. — *habet* add. a sec. m. R2. — *stadiorum a terra* (om. *esse*) Vinc. Bell. l. c., ubi leguntur verba *quadragies octies ... quo umbra terrae pervenit.* — *ad solis occursum H*2. — *diximus*] § 18. — *pervenire* Mas.v3-gP4. *pertinere* v1b. „Pulcherrime et convenientissime Oxoniensis.“ Gron. 22. *ut centrum ... per quem sol currit* add. a sec. m. C. — *centron* BSR1GIO. *centrum* Edd. FPR2D. — *altera* (om. *ab*) R1. — *partisque* R1. — *ad eundem circulum mensura* BSR12v-gGIOP46 „libri omnes, ut [§ 18.] *ad ipsum circulum per quem sol currit.*“ Gron. Planudes μέχρι τοῦ αὐτοῦ κύκλου. *ad dimidium circuli mensura* (C in mg.) Fs-bD. *ad dimidium vel dimidiatum circulum mensura H*2. *dimidiam* (om. *ad*) *circuli mensuram* P. — *sol* om. R1. 23. *duplicatis illis igitur* C. *duplicatis ergo* G. — *octies septenis* R1. — *caelestis circuli ... et inventa diametros* add. in mg. F. — *in nonagies* P4. — *nobis mensuram ipsius* R1. — *quoque* om.

octoginta milia stadiorum vel non multo amplius] Cf. Excerp. I, 12. et II, 5., ubi computatur: *octoginta milia CLXXXI et semis unius et septem vicesimae secundae unius stadii.*

secundum triplicationem] Cf. § 16. et Excerp. I, 11.

21. *quadragies octies centena milia*] In Excerp. I, 18. recte adduntur viginti milia.

22. *ut centron*] Cf. c. 22, § 6. et Cic. Tusc. I, 17, 40: *terram in medio mundo sitam ad universi caeli complexum quasi puncti instar obtinere, quod κέντρον illi vocant.*

integra .. diametros invenitur] In Excerp. I, 21. reprehenditur Macrobius, quod in hac computatione diametri terrae non habuerit rationem. At, cum dimidia terrae pars in umbra sit, haec eius ratio sane flagitabat, ut duplicaret tantum terrae umbram. Alia res est, si, ut in illo excerpto (§ 18.) fit, computatur altitudo solis super terram.

23. *nonagies sexies centenis milibus stadiorum*] In Excerp. I, 19.: *stadia nonagies septies centena milia et XX milia CLXXXI . S . et VII vicesimae secundae.*

24 Hanc enim summam, quae diametron fecit, debes ter multiplicare adiecta parte septima, ut saepe iam dictum est, et ita invenies totius circuli per quem sol currit ambitum stadiorum habere tre-
25 centies centena milia et insuper centum septuaginta milia. His dictis, quibus mensura quam terrae vel ambitus vel diametros habet, sed et circuli modus per quem sol currit vel diametri eius ostenditur: nunc quam solis esse mensuram vel quemadmodum illi prudentissimi deprehenderint, indicemus. Nam sicut ex terrena umbra potuit circuli per quem sol meat deprehendi magnitudo, ita per ipsum circulum mensura solis inventa est, in hunc
26 modum procedente inquisitionis ingenio. Aequinoctiali die ante solis ortum aequabiliter locatum est saxeum vas in hemisphaerii speciem cavata ambitione curvatum, infra per lineas designato duodecim diei horarum numero, quas stili prominentis umbra
27 cum transitu solis praetereundo distinguit. Hoc est autem, ut scimus, huiusmodi vasis officium, ut tanto tempore a priore
104] eius extremitate ad alteram usque stili umbra percurrat, quanto sol medietatem caeli ab ortu in occasum, unius scilicet hemisphaerii conversione, metitur. Nam totius caeli integra conversio diem noctemque concludit, et ideo constat, quantum sol in cir-
28 culo suo, tantum in hoc vase umbram meare. Huic igitur aequabiliter conlocato circa tempus solis ortui propinquantis inhaesit diligens observantis obtutus: et cum ad primum solis radium, quem de se emisit prima summitas orbis emergens, umbra de stili decidens summitate primam curvi labri eminentiam contigit, locus ipse, qui umbrae primitias excepit, notae inpressione signa-

Mss. BCFSPR12G.]

P6. 24. *quae* B (F a sec. m.) R12vichgGDOP46E1 (E2 sup. *quam*) M2 (H1 a sec. m. in ras.). *quam* Cs-bSPDM1H2 „duo scripta exemplaria“ Mod. ep. 91. p. 408. *qua* F a p. m. *quia* a. — *diametron* BCFR1DIO*H*2P46E2H12. *diametrum* R2Edd.SPG Mod. l. c. *diametros* *H*1E1M12. — *fecit* BR12vis-bCFSDIOP146E12. *facit* c-gGM12 Mod. l. c. — *ter debes* F. — *septima parte* G. — *ut ... dictum est*] §§ 16 et 20. — *trecentas* *H*1. — *insuper* (om. *et*) L. — *et insuper ... milia* om. B.
25. *deprehenderunt* B (F a p. m.). — *extrema umbra* viagG. Mod. l. c. e „libris vetustis“ correxit *ex terrena*. — *per circulum ipsum* R2. — *solis mensura* CF. 26. *Aequinoctiale* CF. — *aequaliter* (sup. add. *bi*) C. Vid. not. 27. *ut sciamus* R1. — *eius modi* C. — *eius extremitate eius* B. — *conversio integra* F. — *quantum sol constat* C. *constat quantum sol meavit* P4. — *in circulo suo* BCSR2v-gbGDIO. „Recte. Nam Macrobius quam maxime solet cavere, ne idem verbum in eadem sententia repetatur. Sequitur enim *meare*.“ Zeun. Consentit Planudes. *in circulo suo meat* FPR1s-z. — *in hoc* (add. a sec. m. *vase*) C.
28. *aequaliter* (sup. add. *bi*) C. — *observantis intuitus* Tz. — *de umbra styli* chs-p. — *decedens* v3-g; Mod. l. c. correxit e „libris scriptis“ *decidens*. — *primam* om. P. — *labri curvi* F. *curvam labri* P. — *contetigit* P. *conti git* (eraso *n*) CR2. *contingit* v-gG. — *notae* Mss.v-pb

24. *trecenties centena milia* etc.] In Excerp. I, 20.: *trigies mille milia et quinquies centum XLIX et CXLII et dextantem et septimam unius sextantis.*

26. *Aequinoctiali die* etc.] Conf. Excerp. I, 35 sqq.

aequabiliter] i. e. *wagerecht*. Planudes vertit: ὀστράκινον ἐξ ἴσου σκεῦος ἐτέθη, ut videatur legisse *aequaliter*; sed infra § 28. recte: καὶ ἀκλινοῦς τεθέντος.

ambitione] Vid. not. ad c. 17, § 16.

tus est, observatumque, quamdiu super terram ita solis orbis integer appareret, ut ima eius summitas adhuc horizonti videretur
insidere: et mox locus, ad quem umbra tunc in vase migraverat, 29
adnotatus est, habitaque dimensione inter ambas umbrarum notas, quae integrum solis orbem, id est diametrum, natae de duabus eius summitatibus metiuntur, pars nona reperta est eius spatii, quod a summo vasis labro usque ad horae primae lineam
continetur. Et ex hoc constitit, quod in cursu solis unam tem- 30
poris aequinoctialis horam faciat repetitus novies orbis eius accessus: et quia conversio caelestis hemisphaerii peractis horis duodecim diem condit, novies autem duodeni efficiunt centum octo, sine dubio solis diametros centesima et octava pars hemisphaerii aequinoctialis est: ergo totius aequinoctialis circuli du-
centesima sexta decima pars est. Ipsum autem circulum habere 31
stadiorum trecenties centena milia, et insuper centum et septua- [105]
ginta milia, antelatis probatum est: ergo si eius summae ducentesimam sextam decimam consideraveris partem, mensuram diametri solis invenies. Est autem pars illa fere in centum quadraginta milibus: diametros igitur solis centum quadraginta fere milium stadiorum esse dicenda est: unde paene duplex quam terrae
diametros invenitur. Constat autem geometricae rationis examine, 32

[Edd. vicahgspdzb.
DIO Angl. „Sic legendum, ut praeter omnes Mss. docet excerptum geometriae hic annexum." Gron. „Recte, sensu postulante." Zeun. *nota* dz. — *signatus est impraessione* R2. — *observatum est* FP4Bar. L. — *solis integer orbis* R1. — *apparet* *H*2. — *ut et ima* P. *ut una* Sv-gG. Planudes: *θάτερον αὐτοῦ πέρας*. Correxit *ima* „ex libris scriptis" Mod. l. c. „Vulgo editur *una* pro *ima*; sed superius [c. 19, § 10.] legendum similiter ostendimus *mundi ima pars* pro *una*, et statim, *aetheris autem ima pars*, non *una*." Pont. — *ut extremitas adhuc* (om. *ima eius*) C. — *videtur* *H*2. 29. *diametron* R1. — *eius reperta est spatii* R1. — *notae* C (F corr. in *natae*). — *eius extremitatibus* (ras. inter duas voces; sup. add. *vel summitatibus*) R2 — *meciantur* (sup. *u*) C. 30. *constiterit* R1. *consistit* v3i. — *in solis cursu* R1. — *tempore* vichg. — *repetiti* C. — *diem condit* BCFR2v-gbPGDO „Angl." *condit diem* R1. Planudes: *συμπληροῖ τὴν ἡμέραν*. *diem condidit* s-zI. *diem clausit* Bar. — *duodeni* BFSR12v-gGDIO „Ms.LTr." „Non male. Certe paulo ante [§ 23.] sic dixit recte *nonagies sexies centenis milibus stadiorum*." Zeun. *duodecim* s-bCP. — *solis* add. a sec. m. R2. — *totius aequinoctialis* BCFSR1v-gGIO. *aequinoctialis totius* R2s-bP. — *decima sexta* G. 31. *septuaginta* (om. *et*) R1. — *antelatis*] § 24. — *consideraveris partem* Mss.v-gDIO „libri vett." Gron. Consentit Planudes. *partem perfecte consideraveris* s-b. — *diametri esse solis* R1OBar.Tr. — *pars illa* C a p. m.; s-bBP. *pars ipsa* C a sec. m.; FSR12DI*H*2 „Angl." *pars ista* v-gG. *pars in quam* O. — *in quam centum* C. *centum* (om. *in*, add. a sec. m.) F. — *diametros autem* F. — *solis* om. C. — *fere milium* BFSR12GDIO. *milium fere* Edd.P. *fere milia* C. — *plene duplex*

28. *quamdiu .. appareret*] Vid. not. ad c. 18, § 11.

30. *repetitus novies orbis eius accessus*] Planudes vertit: *ὁ τούτου δίσκος ἐννεάκις ἐφεξῆς ἀνατείλας*. Sensus est: „Sol una hora novies tantum emetitur spatium, quantum eius orbis occupat." Aliis locis, ut c. 17, §§ 10 et 16., c. 21, § 10., *accedere* Planudi est *κινεῖσθαι* vel *προϊέναι*. Vid. not. ad c. 6, § 49. et c. 22, § 7.

31. *paene duplex*] Cf. Excerp. I, 42.: *XXIII milibus stadiis et eo amplius minus continet eius duplo.*

cum de duobus orbibus altera diametros duplo alteram vincit, illum orbem, cuius diametros dupla est, orbe altero octies esse maiorem: ergo ex his dicendum est solem octies terra esse maiorem. Haec de solis magnitudine breviter de multis excerpta libavimus.

XXI. Sed quoniam septem sphaeras caelo diximus esse subiectas, exteriore quaque quas interius continet ambiente, longeque et a caelo omnes et a se singulae recesserunt: nunc quaerendum est, cum zodiacus unus sit, et is constet caelo sideribus infixis, quemadmodum inferiorum sphaerarum stellae in signis
[106] zodiaci meare dicantur. Nec longum est invenire rationem,
2 quae in ipso vestibulo excubat quaestionis. Verum est enim neque solem lunamve neque de vagis ullam ita in signis zodiaci ferri, ut eorum sideribus misceantur, sed in illo signo esse unaquaeque perhibetur, quod habuerit super verticem in ea quae illi subiecta est circuli sui regione discurrens, quia singularum sphaerarum circulos in duodecim partes aeque ut zodiacum ratio divisit, et quae in eam partem circuli sui venerit, quae sub parte zodiaci est Arieti deputata, in ipsum Arietem venisse conceditur:

Mss. BCFSPR12G.]

Bar. 32. *de duabus* h. — *alia diametros* R1. — *illum vere orbem* C. — *orbi* (eraso *s*) *alterius* (sup. *altero*) C. — *solem* add. a sec. m. C. — *terrae* B. — *de multis* om. C. — *excepta* F a p. m. R1GDI.

XXI. *Caput XXI. Qua ratione inferiorum sphaerarum stellae in Zodiaci signis meare dicantur, cum in iis non sint: curque ex illis* (*his* ch) *aliae breviori, aliae longiori tempore Zodiaci signa percurrant: et quomodo circulus Zodiacus in duodecim partes divisus sit.* ch-g. 1. *Sed quia* F. — *speras septem* G. — *dicimus* gG. — *extera* h in mg. — *ex sideribus caelo infixis* R2. 2. *est* (add. a sec. m. *enim*) F. — *ferri* C (F a sec. m.) Edd.PR2GDI. *fieri* B (F a p. m.) S*H*2. Cf. c. 18, § 15. *ferri* om. R1. *fieri vel ferri* O. — *misceatur* G. — *sed potius in* v. — *unaquaeque esse* F. — *prohibetur* a. Mod. ep. 91. p. 409. restituit *perhibetur*. — *quod humerit* (i. e. *hūerit* pro *habuerit*) v12. *quod habuerat* v3-g. Mod. l. c. restituit *habuerit*. — *super verticem* BCFSv-gGDIO Mod. l. c. Cf. § 4. et Sat. I, 17, 26. *supra verticem* R12s-bP. — *illi subiecta* B (F a p. m.) SPR12GDIOBar.Tr. (L a p. m.), Planudes. *illi signo subiecta* (FL a sec. m.) s-b*H*1. *illis subiecta* Cv-g. — *in ea parte*

32. *illum orbem .. octies esse maiorem*] Planudes vertit: *τὴν σφαῖραν, ἧς ἡ διάμετρος διπλασίων, ὀκταπλασίονα εἶναι λοιπῆς σφαίρας*, et in scholio codicis Augustani legitur: *διπλασίων δὲ ἡ διάμετρος τῆς διαμέτρου· ὀκταπλάσιον ἄρα καὶ τὸ στερεὸν τοῦ στερεοῦ.* Scilicet *orbis* h. l. est orbis solidus vel globus; cf. c. 14, § 24. Si autem diametrorum ratio est 1 : 2, globorum ratio est $1^3 : 2^3$ i. e. 1 : 8. Bis bina bis, quae sint octo, corpus solidum fingere ipse Macrobius ait I, 6, 3. et II, 2, 10. — Cicero Acad. II, 26, 82. et 41, 128. dicit mathematicos confirmare amplius *duodeviginti* partibus solem maiorem esse quam terram. Georenzios priore loco e Stob. Ecl. Phys. I, p. 55., Plut. Decrr. Phill. I, 20., Achill. Tat. Isag. ap. Petav. t. III, p. 81. coniecit *duodetriginta* legendum esse. Idem altero loco e Plut. Decrr. Phill. II, 31. concludit Ciceronem distantiam solis a terra cum eius magnitudine confudisse.

XXI, 1. *caelo sideribus infixis*] Iunge *caelo infixis*. Cf. § 9. Planudes: *ἐν τοῖς ἐν οὐρανῷ πεπηγόσιν ἀστράσιν.*

in ipso vestibulo excubat quaestionis] Cf. c. 2, § 6. *quae .. velut profana ab ipso vestibulo sacrae quaestionis excludat.*

similisque observatio in singulas partes migrantibus stellis tenetur. Et quia facilior ad intellectum per oculos via est, id quod 3
sermo descripsit visus adsignet. Esto enim zodiacus circulus, cui ascriptum est *A*, intra hunc septem alii orbes locentur, et zodiacus ab *A* per ordinem affixis notis, quibus ascribentur litterae sequentes, in partes duodecim dividatur: sitque spatium quod inter *A* et *B* clauditur Arieti deputatum, quod inter *B* et *C* Tauro, quod inter *C* et *D* Geminis, Cancro quod sequitur, et reliquis per ordinem cetera. His constitutis iam de singulis zo- 4
diaci notis et litteris singulae deorsum lineae per omnes circulos ad ultimum usque ducantur: procul dubio per omnes singulos duodenas partes dividet transitus linearum. In quocumque igitur circulo seu sol in illo seu luna vel de vagis quaecumque discurrat, cum ad spatium venerit, quod inter lineas clauditur ab *A* et *B* notis et literis defluentes, in Ariete esse dicetur, quia illic constituta spatium Arietis in zodiaco designatum super verti- [107]
cem, sicut descripsimus, habebit. Similiter in quamcumque migraverit partem, in signo sub quo fuerit esse dicetur.

Atque haec ipsa descriptio eodem compendio nos docebit, 5
cur eundem zodiacum eademque signa aliae tempore longiore aliae breviore percurrant. Quotiens enim plures orbes inter se locantur, sicut maximus est ille qui primus est et minimus qui locum ultimum tenet, ita de mediis qui summo propior est inferioribus maior, qui vicinior est ultimo brevior superioribus habetur. Et inter has igitur septem sphaeras gradum celeritatis 6
suae singulis ordo positionis ascripsit. Ideo stellae, quae per spatia grandiora discurrunt, ambitum suum tempore prolixiore conficiunt, quae per angusta, breviore. Constat enim nullam inter eas celerius ceteris tardiusve procedere: sed cum sit omnibus idem modus meandi, tantam eis diversitatem temporis sola spa-

[Edd. vicuhgspdzb.
B. — *advenerit* F. *evenerit* I. 3. *describit* CI. *scribit* D. — *circulus zodiacus* R2. *zodiacus* (om. *circulus*) C. — *inter hunc* v-gG. — *intra b et c* Edd.PGI. — *cetera* om. C. 4. *constitutis tamen* H1. — *notis literisve* C. — *dividat* C (R1 a sec. m.). — *ab a ad b* (sup. *et*) R2. — *notis defluentes et litteris* R2. *notis et lineis defluentes* B. *notis et literis defluentibus* C. — *esse dicitur* R2. — *constitutum* H2. — *spatium varietas* C. — *in zodiaco* (ex corr.; videtur fuisse *um*) R2. — *designato* CH2. — *partem migraverit* R1. — *qui super fuerit* H1. — *dicitur* P. 5. *cur zodiacum* (om. *eundem*) C. — *aliae temp. longiori aliae breviori* F. *alia temp. longiore alia breviore* C. — *Quotiens* (om. *enim*, sup. *cumque*) C. — *ille est maximus* F. — *qui primus* (om. *est*) F. — *dimidiis* (sup. *de med.*) C. — *propior* (om. *est*) C. — *maior est* C. — *vicinior* (om. *est*) C. — *habeatur* R1. 6. *has* om. R1. — *septem sphaeras igitur* B. — *adscribit* I (C a p. m.). — *spatia longiora* (sup. *vel grandiora*) R1. — *angustia* G. *angustiora* I. — *inter eas nullam* B. — *motus meandi* CFv-g. Modius ep. 91. p. 409. restituit „ex libris scriptis“ *modus*. Cf. c. 14, § 26. — *tantam eius* v-gGO (R2

3. *visus adsignet*] Vid. not. ad c. 18, § 19. Ceterum cf. figur. II.
5. *qui locum ultimum tenet*] Scilicet extrinsecus spectanti. Sic paulo post *qui vicinior est ultimo*. Exspectes *intimum* et *intimo*. Sed cf. I, 22, 6. et II, 4, 7.
maior .. brevior] Non commode

7 tiorum diversitas facit. Nam, ut de mediis nunc praetermittamus, ne eadem saepe repetantur, quod eadem signa Saturnus annis triginta, luna diebus viginti octo ambit et permeat, sola causa in quantitate est circulorum, quorum alter maximus alter est minimus: ergo et ceterarum singulae pro spatii sui modo
8 tempus meandi aut extendunt aut contrahunt. Hoc loco diligens rerum discussor inveniet quod requirat. Inspectis enim zodiaci notis, quas monstrat in praesidium fidei advocata descriptio: 'Quis vero, inquiet, circi caelestis duodecim partes aut invenit aut [106] fecit, maxime cum nulla oculis subiciantur exordia singularum? Huic igitur tam necessariae interrogationi historia ipsa respondeat factum referens, quo a veteribus et tentata est tam difficilis et
9 effecta divisio. Aegyptiorum enim retro maiores, quos constat primos omnium caelum scrutari et metiri ausos, postquam perpetuae apud se serenitatis obsequio caelum semper suspectu libero intuentes deprehenderunt, universis vel stellis vel sideribus
10 infixis caelo, solas cum sole et luna quinque stellas vagari: nec has tamen per omnes caeli partes passim ac sine certa erroris sui lege discurrere, numquam denique ad septentrionalem verticem deviare, numquam ad australis poli ima demergi, sed intra unius obliqui circi limitem omnes habere discursus, nec omnes tamen ire pariter ac redire, sed alias aliis ad eundem locum pervenire temporibus; rursus ex his alias accedere, retro agi alias

Mss. BCFSPR12G.]

eius corr. in *eis*). 7. *saepius* S. *semper* CFD. — *XX et VIII* C*H*2. — *est in quantitate* FR1. — *est maximus* FP1 „Ms." *maximus est* D. — *minimus* (om. *est*) Edd.CD. — *singula* FP „Ms." — *aut extendit aut contrahit* FPGvD „Ms." *aut extendet aut contrahet* I. 8. *discussor rerum* F. *rerum discursor* R1*H*2. — *inveniat* F. — *quisquis* (sup. *al. quis*) *vero inquiet* (sup. *at*) *circi* (sup. *quis*) F. *quis rerum inquiet* (C *inquiret*) *aut* C*H*2. *quinis inquirat quis H*. — *caelestis circi* R2. — *facit* (sup. *fecit*) F. — *singularum* (sup. *figurarum*) F. *singulorum H*2. — *Huic enim* C — *interrogationis* B. — *hystoria ista* (sup. *ipsa*) R2. — *effecta* (sup. *vel soluta*) F. *affecta* (del. *a* priore) C. 9. *retro enim* C. — *ausos metiri* F. — *aspectu* Tr. — *universis stellis* (om. *vel*) R1. — *solas cum sole et luna* BCSR12v-gGDIOTr.LBen. *solas cum luna et sole* F. *cum sole solas et luna* s-bP. 10. *lege discurrere ... et sibi invicem nuntiarent* (§ 11.) om. v12. — *ad septentrionem verticem* R1. — *numquam tamen H*1. — *circuli* Bar.Ben. — *ire* (sup. add. *pariter*) R1. — *et redire* Edd.P. Sed cf. § 14. *itus ac reditus*. — *rursum* CR1. — *ex his accedere* (om. *alias*) BGIO (C add. a sec. m.). —

inter se opponuntur: melius supra *aliae tempore longiore, aliae breviore.*

9. *Aegyptiorum*] „Cicero Divinat. I, 1. Assyrios et Chaldaeos quoque dicit propter planitiem magnitudinemque regionum quas incolerent, cum coelum ex omni parte patens atque apertum intuerentur, traiectiones motusque stellarum observasse primos." Zeun.

retro maiores] Est pleonasmus quidam. Cf. II, 10, 7. *nec longam retro eius (mundi) aetatem, cum abhinc ultra duo retro annorum milia .. ne Graeca quidem extet historia*, et Sat. I, 20, 7. *ultraque memoriam, quae apud illos retro longissima est.* Cf. praeterea Censorin. 17, §§ 7 et 12.; 20, § 8. et *omnes retro principes*, in Inscr. Orell. 1049 et 1098.

serenitatis obsequio] i. e. serenitate obsequente vel adiuvante. Vid. not. ad c. 6, § 40. De re conf. II, 7, 19.

10. *accedere*] Vid. not. ad c. 6, § 49. et ad c. 22, § 7.

viderique stare nonnumquam: postquam haec, inquam, inter eas 11 agi viderunt, certas sibi partes decreverunt in ipso circo constituere et divisionibus annotare, ut certa essent locorum nomina, in quibus eas morari vel de quibus exisse ad quaeve rursus esse venturas et sibi invicem annuntiarent et ad posteros noscenda transmitterent. Duobus igitur vasis aeneis praeparatis, quorum 12 alteri fundus erat in modum clepsydrae foratus, illud quod erat integrum vacuum subiecerunt pleno aquae altero superposito, sed meatu ante munito, et quamlibet de infixis unam clarissimam stellam lucideque notabilem orientem observaverunt. Quae ubi 13 primum coepit emergere, mox munitione subducta permiserunt [109] subiecto vasi aquam superioris influere: fluxitque in noctis ipsius et secuti diei finem, atque in id noctis secundae, quamdiu eadem stella ad ortum rursus revertitur. Quae ubi apparere vix coepit, 14 mox aqua quae influebat amota est. Cum igitur observatae stellae itus ac reditus integram significaret caeli conversionem, mensuram sibi caeli in aquae de illo fluxu susceptae quantitate posuerunt. Hac ergo in partes aequas duodecim sub fida dimen- 15 sione divisa, alia duo huius capacitatis procurata sunt vasa, ut

[Edd. vicabgspdzb.

alias videri nonnumquam stare R1. 11. *haec inquam* BCFSR12GDIOBen.L. *inquam haec* Edd.P. — *exisse atque rursus* C. — *venturas esse* R1. — *nuntiarent* BCFSR12GIO*H*2 „Angl." *annuntiarent* Edd.PD. 12. *clepshydrae* BR2. *clypsidre* R1. *clepsydriae* G. — *foratus* (sup. add. *per*) R1. — *et vacuum* gTr. — *pleno atque altero* R1. — *clarissimam* (add. a sec. m. *stellam*) F. — *stellas* B. — *notabilem stellam* (sup. add. *orientem*) C. 13. *mox* om. G. — *secuti* BSR2vc–gGDO. *secutae* R1. *sequentis* CFis–bPI. — *atque initium noctis* D. *atque usque ad principium noctis* F (P om. *atque*) *H*1BarBen. *atque in id usque ad principium noctis* „Ms. Ox. et margo L." — *revertitur* Mss.v–gBar. „Minus recte. Nam series orationis requirit imperfectum. Ceterum si quis malit legere *reverteretur*, per me licet. Sed non est necesse, quoniam saepe *revertere* in forma activi in praesente et iis temporibus, quae a praesente proficiscuntur, apud scriptores non aureae aetatis occurrit." Zeun. *revertit* D. *reverteretur* IOLTr. *reverteret* s–b. 14. *vix ceperit* (del. *er*) R2. *primum coepit* F. — *ortus ac reditus* R2. — *caeli conversionem significaret* G. *significarent conversionem* (om. *caeli*) R1. — *caeli sibi* B. 15. *aequales* *H*2. — *sub demensione fida* C. — *unius capacitatis* I (C sup. *huius*). — *vasa procu-*

12. *Duobus igitur vasis aeneis praeparatis etc.*] „Expressit hanc veterum astra spectantium inventionem non minus perspicue Theo in Commentariis ad Ptolemaeum lib. V. *συντάξ. μεγάλης*. Quam qui volet ibidem recognoscito. Ptolemaeus vero ipse rationem istam ut incertam praeterit. Hipparchus in rectis ascensionibus locum aliquem dat, in obliquis non item. Verba sunt Theonis: *Ἵππαρχος δὲ ἐπὶ μὲν τῆς ὀρθῆς σφαίρας ἀληθὲς εἶναι τοῦτό φησιν* (*φασὶν* p–z), *ὡς ἀδιαφοροῦντος* (*ἀδιαφοροῦντας* p2–z) *ἐν τῇ ἰσημερίᾳ τοῦ χρόνου τῆς τοῦ κόσμου περιστροφῆς πρὸς τὸν χρόνον τῆς ὅλης ἡμέρας, ὅς ἐστιν ἀπὸ τῆς πρώτης ἀνατολῆς τοῦ ἡλίου μέχρι τῆς κατὰ τὴν ἑξῆς ἡμέραν πρώτης ἀνατολῆς· ἐπὶ δὲ ἐγκεκλιμένης ψεῦδος.* Causam deinde adiiciens ait, *διὰ τὸ τὸν ἥλιον ἐπὶ τῶν βορειοτέρων κλιμάτων παρὰ τὴν τοῦ ἰσημερινοῦ ἔγκλισιν ἐν πλείοσι χρόνοις ἀναφέρεσθαι τοῦ ὁρίζοντος ἤπερ ἐπὶ τῶν νοτιοτέρων.*" Pont.

13. *quamdiu .. revertitur*] Si respexeris ad c. 18, § 11. et c. 20, § 28. et Sat. VII, 14, 13., ubi *quamdiu*, ut h. l., idem valet quod usque dum, malis fortasse cum Zeunio scribi *reverteretur*. At equidem putaverim Macrobium praesenti

singula tantum singulas de illis duodecim partibus ferrent: totaque rursus aqua in vas suum pristinum foramine prius clauso refusa est, et de duobus illis capacitatis minoris alterum subiece-
16 runt pleno, alterum iuxta expeditum paratumque posuerunt. His praeparatis nocte alia in illam iam caeli partem, per quam solem lunamque et quinque vagas meare diuturna observatione didicerant quamque postea zodiacum vocaverunt, ascensurum obser-
17 vaverunt sidus, cui postea nomen Arietis addiderunt. Huius incipiente ortu statim subiecto vasi superpositae aquae fluxum dederunt. Quod ubi completum est, mox eo sublato effusoque alterum simile subiecerunt, certis signis observanter ac memoriter annotatis inter eius loci stellas qui oriebatur cum primum vas esset inpletum, intellegentes, quod eo tempore quo totius aquae
18 duodecima pars fluxit pars caeli duodecima conscendit. Ab illo ergo loco quo oriri incipiente aqua in primum vas coepit in-
[110] fluere usque ad locum qui oriebatur cum idem primum vas inpleretur duodecimam partem caeli, id est unum signum, esse
19 dixerunt. Item secundo vase inpleto ac mox retracto illud simile, quod olim effusum paraverant, iterum subdiderunt, notato similiter loco qui emergebat, cum secundum vas esset inpletum: et a fine primi signi usque ad locum qui ad secundae aquae
20 finem oriebatur secundum signum notatum est. Atque ita vicis-

Mss. BCFSPR12G.]

rata sunt F. — *de duodecim* (om. *illis*) via. — *prius* add. a sec. m. C. — *et duobus* (om. *de*) C. — *illis vasis* Edd.P. — *alteri subiecerunt* v 16. *His ita praeparatis* R2. — *in illam iam caeli partem* BG (R2 a sec. m.) LBen. *in illam i. c. parte* P. *in illa i. c. parte* CFS (R2 a p. m.) Edd.DIO. *in illi i. c. parte* R1. — *et stellas vagas* R2. — *quam postea* (om. *que*) G. — *arietis nomen* R1. — *indiderunt* c-bP. 17. *Cuius* G. — *ceteris signis* H1. — *observanter* B (C sup. *antis*) SR2GvDO *H*2Bar.LTr. Cf. c. 1, § 7. *observantur H*1. *obscrvatis* FR1i-bPI. — *inter eius loci stellas qui oriebatur* SPR12OLTr Bar. (G *qui oriebantur*). Cf. § 18 et 19. *inter eius loci stellas quae oriebantur* Bv-gDI. „Male." Zeun. *item eius loci stella quae oriebatur* a-bC (F *stellam*) „membr." Mod. ep. 91. p. 409. — *vas impletum observaverunt* F. — *pars fluxus* B. 18. *Ab illo ergo* (sup. add. s. *loco*) C. — *qui cepit oriri incipiente aqua in primum vas influere* F. *coepit oriri ... primum vas* add. in mg. C. — *cooriri H*1. — *de hoc coepit* v. — *cum ... impleretur* om. B. — *idem vas primum* FR12. — *unum esse signum* F. *signum unum esse* R2 *unum esse* (sup. add. *signum*) C. 19. *et mox* Edd.P. — *illud simile* Mss.aDIO „Angl." *illo simile* vich-b. — *tertium subd.* Ben. — *subdederunt* B. — *signi* (om. *primi*) B. — *que ad sec.* R1.

tempore significare voluisse id ipsum temporis momentum, quo conspiceretur stella.

16. *in illam iam caeli partem .. ascensuram observaverunt sidus*} Malui cum paucioribus sed iis melioribus codicibus manu scriptis iungere *in illam partem ascensurum* quam *in illa parte observaverunt*, ne nimis nude positum esset participium *ascensurum*: id quod minus offendit § 20. in participio praesentis *ascendentium caeli partium*. — Opponitur antecedentibus § 12. *quamlibet de infixis unam clarissimam stellam*.

17. *subiecto vasi .. dederunt*} i. e. foramine aperto aquam in vas subiectum fluere fecerunt.

19. *quod olim effusum paraverant*} *Olim*, ut alias modo, ad novissimum pertinet tempus. Cf. § 17. et Hand. Tursellin. vol. IV, p. 369.

sim vasa mutando et per singulas influentis aquae partes singulos sibi ascendentium caeli partium limites annotando, ubi consummata iam omni per duodecim partes aqua ad primi signi exordia perventum est, sine dubio iam divisas certisque sibi observationibus et indiciis annotatas duodecim caeli partes tantae compotes machinationis habuerunt. Quod non nocte una sed duabus ef- 21
fectum est, quia omne caelum una nocte non volvitur, sed per diem vertitur pars eius media et medietas reliqua per noctem. Nec tamen caelum omne duarum sibi proximarum noctium divisit inspectio: sed diversorum temporum nocturna dimensio utrumque hemisphaerium paribus aquae vicibus annotavit. Et 22
has ipsas duodecim partes signa appellari maluerunt: certaque singulis vocabula gratia significationis adiecta sunt, et quia signa Graeco nomine ζῴδια nuncupantur, circum ipsum signorum zodiacum, quasi signiferum, vocaverunt. Hanc autem rationem 23
iidem illi, cur Arietem, cum in sphaera nihil primum nihilque postremum sit, primum tamen dici maluerint, prodiderunt. Aiunt incipiente die illo qui primus omnium luxit, id est quo in hunc [111]
fulgorem caelum et elementa purgata sunt, qui ideo mundi natalis iure vocitatur, Arietem in medio caelo fuisse, et quia medium caelum quasi mundi vertex est, Arietem propterea primum inter omnes habitum, qui ut mundi caput in exordio lucis apparuit. Subnectunt etiam causam, cur haec ipsa duodecim signa 24
adsignata sint diversorum numinum potestati. Aiunt enim in hac ipsa genitura mundi Ariete, ut diximus, medium caelum te-

[Edd. vicahgspdzb.

20. *iam consummata* F. — *iam divisas* om. (add. in mg. *iam diversas*) R1. — *conservationibus* F. — *caeli partes* (om. *duodecim*) viag.
21. *Qui non* B. *quod* (add. a sec. m. *non*) C. — *sed diem* (add. a sec. m. *per*) F. — *volvitur pars* Sv. — *aeque vicibus* Sv-gGIO (chg in mg. *aquae*). *aequi vicibus* D. „Omnino reducendum *aquae*." Pont.
22. *zodia appellantur* F. — *circum ipsum signorum* Mss.IOH12 „membranae" Gron. *circum ipsum signatorum* D. *circum ipsum* (om. *signorum*) Edd. — *vocarunt* cahg. 23. *Hanc illi autem rationem idem* R1. *hanc aut. rat. illi idem* R2. — *cur ... nihil* om. C. — *nilque* F. — *posterius sit* R2. — *maluerunt* R12. — *Aiunt enim* BSPTn. — *iure vocatur* C (I a sec. m.). *dicitur* (om. *iure*) R1. — *caelum medium* R2. *medio celi* H1. — *exordio* (om. *in*) vag. 24. *causam* add. a sec. m. R1. — *mundi genitura* F. — *natura mundi* (sup. *genitura*) R1. — *ut docuimus* v-g. — *medium caeli* PH1Ban. *mediam partem caeli* F.

20. *sibi .. annotando*] Haec iungenda sunt, ut paulo infra *sibi .. annotatas*.

21. *paribus aquae vicibus*] Cf. § 20. *atque ita vicissim vasa mutando* etc. Non a militia ducta est haec dictio, ut vult Pontanus, sed recte quodammodo comparavit Propert. III, 21, 12. *Remorumque pares ducite sorte vices.*

22. *signa appellari maluerunt*] sc. quam alio alio nomine, nisi mavis statuere *maluerunt* dictum esse pro *voluerunt*, ut αἱρεῖσθαι dicunt Graeci pro βούλεσθαι. Cf. § 23. *dici maluerint*, II, 5, 23. *fidei obviare mavult.*

23. *Aiunt*] Particula *enim*, quae in quibusdam codd. mss. legitur, ut videtur, ex § 24. huc translata, minus convenit antecedenti pronomini demonstrativo.

mundi natalis] „De tota hac re videndus uberius Iulius Firmicus lib. III, cap. 1., ubi mundani thematis auctores ponuntur Aesculapius, Anubis, et eos secuti Petosyris et Necepso." Pont.

nente horam fuisse mundi nascentis, Cancro gestante tunc lunam. Post hunc sol cum Leone oriebatur, cum Mercurio Virgo, Libra cum Venere, Mars erat in Scorpio, Sagittarium Iuppiter
25 optinebat, in Capricorno Saturnus meabat. Sic factum est, ut singuli eorum signorum domini esse dicantur, in quibus, cum mundus nasceretur, fuisse creduntur. Sed duobus quidem luminibus singula tantum signa, in quibus tunc fuerant, adsignavit antiquitas, Cancrum lunae, soli Leonem: quinque vero stellis praeter illa signa, quibus tunc inhaerebant, quinque reliqua sic adiecit vetustas, ut in adsignandis a fine prioris ordinis ordo se-
26 cundus inciperet. Superius enim diximus in Capricorno Saturnum post omnes fuisse. Ergo secunda adiectio eum primum fecit, qui ultimus fuerat: ideo Aquarius, qui Capricornum sequitur, Saturno datur: Iovi, qui ante Saturnum erat, Pisces dicantur: Aries Marti, qui praecesserat Iovem: Taurus Veneri, quam Mars sequebatur: Gemini Mercurio, post quem Venus fuerat, deputati
27 sunt. Notandum hoc loco, quod in genitura mundi vel ipsa re-
[112] rum providentia vel vetustatis ingenium hunc stellis ordinem dedit, quem Plato adsignavit sphaeris earum, ut esset luna prima, sol secundus, super hunc Mercurius, Venus quarta, hinc Mars, inde Iuppiter, et Saturnus ultimus: sed sine huius tamen rationis patrocinio abunde Platonicum ordinem prior ratio com-
28 mendat. Ex his, quae de verbis Ciceronis proxime praelatis quaerenda proposuimus, qua licuit brevitate, a summa sphaera, quae ἀπλανὴς dicitur, usque ad lunam, quae ultima divinorum
29 est, omnia iam, ut opinor, absolvimus. Nam et caelum volvi, et cur ita volvatur, ostendimus, septemque sphaeras contrario motu ferri ratio indubitata patefecit, et de ipso sphaerarum ordine quid diversi senserint, vel quid inter eos dissensionem fecerit, quaeve

Mss. BCFSPR12G.]
— *in scorpione* BSR1. — *tenebat* R1. 25. *praeter ea signa* b. — *in quibus tunc inhaerebant* C. 26. *Superius*] § 24. — *superius autem* R2. — *post omnes saturnum* B. *saturno post omnes* G. — *qui fuerat ultimus* B. *qui ultimus erat* C. — *pisces dantur* CP. — *sequitur* C a p. m. 27. *notandum vero hoc loco est* SR1. — *Plato*] cf. Tim. p. 38. Steph. — *sine tamen huius* v. — *habunde* BR12. *abeunde* (corr. in *habende*) C. *habendae* (sup. u) F. — *commendavit* FP.
28. *proxime praelatis*] c. 17, §§ 2-4. — *prolatis* FSLTR.BRN. — *quaerenda posuimus* (sup. add. *pro*) C. *quaer. praeposuimus* vicbgG. *praeposuimus quaerenda* B. — *aplanes* Edd. et Mss. plerique. — *divinorum ultima* R1. 29. *Nam caelum* (sup. add. *et*) C. — *septem* (om.

25. *Sed duobus quidem luminibus etc.*] Cf. Sat. I, 12, 10. et 21, 15., fragm. Censorino adscr. 3, 10. *Domus solis est Leo, lunae Cancer, Mercurii Virgo et Gemini, Veneris Libra et Taurus, Martis Scorpio et Aries, Iovis Sagittarius et Piscis, Saturni Capricornus et Aquarius.*
27. *vel vetustatis ingenium*] „Apuleius de Mundo [prooem.]: *Sola philosophiae curum non desperit ingenium.* Glossarium: *ingenium*, ἔμφυτα, φύσις.“ PONT. Cf. de deo Socr. c. 9. *ut ex regionis ingenio sit etiam cultoribus eius ingenium*, et quae adnotavit Hildebrand.
ordinem .. quem Plato adsignavit sphaeris] Vid. not. ad c. 19, § 2.
28. *a summa sphaera .. usque ad lunam*] Cf. c. 11, § 6.
29. *Nam .. tractatus invenit*] Respicit ad dispositionem illam,

magis sit sequenda sententia, tractatus invenit. Nec hoc tacitum 30
est, cur inter omnes stellas sola sine fratris radiis luna non luceat: sed et quae spatiorum ratio solem ab his quoque, qui eum inter septem quartum locarunt, non tamen abrupte medium, sed fere medium dici coegerit, publicatum est. Quid significent no- 31
mina, quibus ita vocatur, ut laudari tantum putetur, innotuit: magnitudo quoque eius, sed et caelestis per quem discurrit circuli, terraeque pariter, quanta sit vel quemadmodum deprehensa, monstratum est. Subiectarum sphaerarum stellae quemadmodum 32
in zodiaco, qui supra omnes est, ferri dicantur, vel quae ratio diversarum faciat seu celerem seu tardum recursum: sed et ipse zodiacus in duodecim partes qua ratione divisus sit, curque Aries [113]
primus habeatur, et quae signa in quorum numinum ditione sint, absolutum est. Sed omnia haec, quae de summo ad lunam 33
usque perveniunt, sacra incorrupta divina sunt: quia in ipsis est aether semper idem nec umquam recipiens inaequalem varietatis aestum. Infra lunam et aer et natura permutationis pariter incipiunt, et sicut aetheris et aeris, ita divinorum et caducorum luna confinium est. Quod autem ait *nihil infra lunam* esse *di-* 34
vinum praeter animos munere deorum hominum generi datos, non ita accipiendum est, animos hic esse, ut hic nasci putentur: sed sicut solem in terris esse dicere solemus, cuius radius advenit et recedit, ita animorum origo caelestis est, sed lege temporalis hospitalitatis hic exulat. Haec ergo regio divinum nihil habet ipsa, sed recipit, et quia recipit et remittit: proprium autem ha-

[Edd. vicahgspdzb.
que) L. — *magis sit sequenda sententia* BCR12DIOLGR.12L2V2. *magis sequenda sit sententia* Edd.FSPG „Angl.“ *sit magis sequenda sententia* V3. *magis sequenda sint* „liber optimae notae“ Gron. 30. *Nec hoc tantum est* B. — *omnes inter stellas* R1. — *sine fratris radiis sola luna* R2. — *sed quae* (om. *et*) B. — *locaverunt* FI. — *publicatum est ... laudari* (§ 31.) add. a sec. m. C. 31. *ita vocant* v. — *deprehensa sit* R2. 32. *in zodiaco* FO. *in zodiacum* B. *in zodiacis* BAR.BEN.L. *zodiaco* (om. *in*) Edd.CSPR2GDI. *zodiacum* R1. — *omnes supra* B. *super omnes* F. — *ferri* (sup. *i. geri*) R1. — *diversorum* (sup. *a*) R1. *diversarum sphaerarum* LBEN. — *recursurum* (sup. *sum*) G. *cursum* (sup. *re*) R1. *recessum* F. — *seu celerem celorum* R1. — *qua* (om. *ratione*) v. — *divisus* (om. *sit*) s–b. — *primus sit* F. — *ditione sunt* B. 33. *Sed haec omnia* R2. *Sed et omnia haec* BAR.TR. *sed et cur omnia haec* H1. — *ipsis* (om. *in*) B. — *ether idem semper* (sup. add. *est*) R1. — *nec idem umquam* C. *idem ne umquam* R1. — *Infra lunam aer* (om. *et*) Fch. — *incipiunt* (sup. *incurrunt*) F. — *divinorum* (in mg. *diuturnorum*) g. 34. *divinum* (in mg. *diuturnum*) g. — *munere divum* F. — *accipiendum ita* v. — *esse in terris* v–g. — *animarum* R2. — *sed et lege* C. — *ipsa nihil habet* F. — *et remittit* BCSR12

quam proposuit c. 17, § 7., ubi adnotavimus quo singula essent referenda.

30. *cur .. luna non luceat*] Cf. c. 19, §§ 8–13. — *quae spatiorum ratio* etc.] ib. §§ 14–22.

31. *Quid significent nomina*] Cf. c. 20, §§ 1–8. — *magnitudo quoque eius* etc.] ib. §§ 9–32.

32. *stellae quemadmodum in zodiaco .. ferri dicantur*] Cf. c. 21, §§ 1–7. — *zodiacus .. qua ratione divisus sit*] ib. §§ 8–22. — *curque Aries primus habeatur*] ib. § 23. — *quae signa .. sint*] ib. §§ 24–27.

33. *Sed .. luna confinium est*] Haec adnectuntur ad § 28.

34. *exulat*] Animi exulant, non

35 bere diceretur, si ei semper tenere licuisset. Sed quid mirum, si animus de hac regione non constat, cum nec corpori fabricando sola suffecerit? Nam quia terra aqua et aer infra lunam sunt, ex his solis corpus fieri non potuit, quod idoneum esset ad vitam: sed opus fuit praesidio ignis aetherii, qui terrenis membris vitam et animam sustinendi commodaret vigorem, qui
36 vitalem calorem et faceret et ferret. Haec et de aere dixisse nos satis sit. Restat, ut de terra, quae sphaerarum nona et mundi ultima est, dicta necessaria disseramus.

[114] XXII. *Nam ea, quae est media et nona, tellus*, inquit, *neque movetur, et infima est, et in eam feruntur omnia nutu suo pon-*
2 *dera.* Illae vere insolubiles causae sunt, quae mutuis invicem nexibus vinciuntur, et, dum altera alteram facit ac vicissim de se nascuntur, numquam a naturalis societatis amplexibus separantur. Talia sunt vincula, quibus terram natura constrinxit. Nam ideo in eam feruntur omnia, quia ut media non movetur: ideo non movetur, quia infima est: nec poterat infima non esse, in quam omnia feruntur. Horum singula, quae inseparabiliter
3 involuta rerum in se necessitas iunxit, tractatus expediat. *Non movetur*, ait. Est enim centron: in sphaera autem solum centron diximus non moveri, quia necesse est, ut circa aliquid in-
4 mobile sphaera moveatur. Adiecit: *infima est.* Recte hoc quoque. Nam quod centron est medium est; in sphaera vero hoc solum constat imum esse quod medium est. Et si ima est, se-

Mss. BCFSPR12G.]

v-gGDIOLTR.BEN. *remittit* (om. *et*) FP. *etiam remittit* s-b.
35. *animus* (sup. *vel anima*) R2. *anima* FBEN. (L a sec. m.). — *ne corpori* F. — *aetherii* CFR1GO. *aetherei* R2Edd.BSPDI. — *sustinendi* (sup. *vel subsistendi*) R1. *subsistendi* (sup. *vel sustinendi*) C. — *vitalem vigorem* R1. — *et ferret et faceret* F. 36. *nos dixisse satis sit* F. *dixisse sufficiat* B.

XXII. *Caput XXII. Terra qua de causa immobilis sit, et omnia in eam suo nutu ferantur pondera.* ch-b. 1. *Nam*] Somn. IV, 2. — *et in eam* FSR2i-gDILTR.BEN. Somn. l. c. Mss. et Edd. *in eam* (om. *et*) BCR1Gvq-bPO. 2. *vere* R2v-hbBP. *vero* g-zCFSR1GDIO. — *alteram altera* R2. — *ita vicissim* v-gb. — *ut numquam ... separentur* c-gb. „Melior lectio videtur esse in ed. vet. (*vera ... ita ... ut*). Etsi utraque lectio sensu non adeo magnopere differunt, posterior tamen longe gratiorem efficit orationem.“ Zeun. — *ideo autem non* Fs-b P. — *in qua* G. — *necessitas in se* v-g. — *vinxit* Edd.R12DI (in B non liquet, utrum sit *vi* an *iu*). — *tractus* v1. — *expediet* C. 3. *centrum* R2. — *diximus*] c. 19, § 11. — *diximus non moveri solum centron* F. *solum centrum dix. non mov.* CR2. 4. *et infima est* FP. — *haec quoque* F. — *centrum est* R1. *est centrum* R2. — *esse imum* ch-b PG1. *imum* (om. *esse*) B. *unum esse* (sup. *vel imum*) R2. — *si terra*

eorum origo: at nullus cod. Ms. exhibet pluralem numerum. Cf. etiam paulo supra: *non accipiendum est animos hic esse, ut hic nasci putentur.*

XXII, 2. *quae inseparabiliter involuta rerum in se necessitas iunxit*] Praetuli verbum *iunxit*, quod plerique codd. Mss. exhibent, quia, ut supra adiectivo *insolubiles* verbum *vinciuntur*, sic h. l. adverbio *inseparabiliter* respondet verbum *iunxit*. Quaeritur, quo referendum sit *involuta*, ad *singula* an ad *necessitas*? Hoc malim, ut *inseparabiliter involuta rerum in se necessitas* idem sit atque *res necessitate inseparabiliter in se involutae*.

quitur, ut vere dictum sit *in eam ferri omnia*. Semper enim pondera in imum natura deducit: nam et in ipso mundo, ut esset terra, sic factum est. Quicquid ex omni materia, de qua 5
facta sunt omnia, purissimum ac liquidissimum fuit, id tenuit summitatem, et aether vocatus est: pars, cui minor puritas, et inerat aliquid levis ponderis, aer extitit, et in secunda delapsus [115]
est: post haec quod adhuc quidem liquidum sed iam usque ad tactus offensam corpulentum erat, in aquae fluxum coagulatum est: iam vero quod de omni silvestri tumultu vastum inpenetra- 6
bile densetum ex defaecatis abrasum resedit elementis, haesit in imo: quod demersum est stringente perpetuo gelu, quod eliminatum in ultimam mundi partem longinquitas solis coacervavit: quod ergo ita concretum est, terrae nomen accepit. Hanc spis- 7
sus aer et terreno frigori propior quam solis calori stupore spiraminis densioris undique versum fulcit et continet: nec in recessum aut accessum moveri eam patitur vel vis circumvallantis

[Edd. vicahgspdsb.

ima est Fs-bP. — *consequitur* FP. — *pondera natura in imum deducit* CI. *pondera in imum deducit natura* R1. *natura pondera in imum deducit* s-bP. — *terra ut esset* R1. *ut terra esset* R2 *ut esset terra ima* i-g.
5. *pars illa* CR2s-bSP. — *inerat et* FR2 *inerat* (sup. add. *et*) R1. — *et secunda* (om. *in*) P. — *elapsus est* F. — *liquidum quidem* R2.
6. *densetum* BCFGs-sR120. Cf. c. 3, § 20. *densatum* Sv-gbP DI. — *in ultima mundi parte* F. — *concretum ita est* R2. 7. *proprior* vH2. — *propior quidem solis calore* R1. — *sustinet* Bен. (L a

5. *et aether vocatus est*] Vid. not. ad c. 20, § 8. De re cf. fragm. Censor. adscr. 1, 4. Cic. de nat. deor. II, 40.

6. *de omni silvestri tumultu*] „Hic quoque Graecismi accusandus est Macrobius. Graeci enim cum suo *ὑλικός* et *silvae* et *materiae* seu *elementorum congeriei* subiiciant notionem: hic *silvestre* quoque usurpatur pro *materiali*, *corporeo*. Sic supra cap. 6 [§ 9.] occurrit: *Anima aliena a silvestris contagione materiae* etc. Igitur *silvestris tumultus* nostro loco est elementorum congeries ac confusio." Zeun. Cf. c. 12, § 7.

in ultimam mundi partem] i. e. in imam. Cf. § 4. et not. ad c. 20, § 5.

7. *Hanc spissus aer .. undique versum fulcit et continet*] Cf. II, 4, 7. „Noster videtur Gellium imitatus esse, Noct. Att. XII, 13., qui de Oceano terras omnes ambiente et circumscribente fere eadem dicit, quae Macrobius de aere: *quum Oceanus*, inquit, *omnes terras omnifariam et undique versum circumfluat, nihil citra eum est; sed undarum illius ambitu terris omnibus convallatis, in medio eius sunt omnia, quae intra oras eius inclusa sunt.* Deinde quaeritur, quid hic sit *stupor spiraminis densioris*, quo aer dicitur continere terram? Nam est flatus aeris paulo vehementior, qui stuporem h. e. cohaesionem efficit? Audio. Sed quid? si auctor scripserit *tenore spiraminis densioris*, seu, quod melius videtur, *tensioris*, h. e. continuo et intentiori flatu? Iudicium sit penes alios." Zeun. — Verba *stupore spiraminis densioris* me non offendunt. *Spiramen* est velut materia aeris, et, cum *densius* sit, dicitur quasi *stupere*, ut Martial. IX, 99, 10. *pigro quae stupet unda lacu*, cf. II, 5, 11. *torpor ille glacialis*. Verba *undique versum* praeterea leguntur apud Iustin. XLIV, 1. fin.; Gell. VII, 16, 6.; Apul. Met. IV, 5, de mag. 75.; Solin. 40. med.

nec in recessum aut accessum moveri] Cf. Cic. de N. D. II, 40, 102. *sol .. modo accedens, tum autem recedens*, et Div. II, 14, 34. *quorum* (marinorum aestuum) *accessus et recessus lunae motu gubernantur*. Hi loci videntur imposuisse Macrobio, ut *accedere* putaret

et ex omni parte vigore simili librantis aurae vel ipsa sphaeralis extremitas. Quae si paululum a medio deviaverit, fit cuicumque vertici propior et imum relinquit, quod ideo in solo medio est, quia ipsa sola pars a quovis sphaerae vertice pari spatio recedit.
8 In hanc igitur, quae et ima est et quasi media et non movetur, quia centron est, omnia pondera ferri necesse est: quia et ipsa in hunc locum quasi pondus relapsa est. Argumento sunt cum alia innumera tum praecipue imbres, qui in terram ex omni aeris parte labuntur. Nec enim in hanc solam quam habitamus superficiem decidunt, sed et in latera quibus in terra globositas sphaeralis efficitur et in partem alteram quae ad nos habetur in-
9 ferior idem imbrium casus est. Nam si aer terreni frigoris ex-
[116] halatione densetus in nubem cogitur et ita abrumpit imbres, aer autem universam terram circumfusus ambit: procul dubio ex omni aeris parte, praeter ustam calore perpetuo, liquor pluvialis emanat, qui undique in terram, quae unica est sedes ponderum,
10 defluit. Quod qui respuit, superest, ut aestimet extra hanc unam superficiem quam incolimus, quicquid nivium imbriumve vel

Mss. BCFSPR12G.]

sec. m.). — *et accessum* F. — *et ex omni* . . . . *aurae* om. G. — *vel speralis ipsa* R2. — *si paulum* R1. — *declinaverit* v-g. Mod. ep. 72. p. 323. restituit *deviaverit*. — *proprior* b. — *sed ideo* FSP. *quaeque ideo* H2. 8. *est quasi* (om. *et*) F. — *centrum* v-g. — *quia ipsa* (om. *et*) G. *Et quia ipsa* v-g. — *Argumento sunt cum alia innumera* BCSR12 v-gbGI (D *cum et alia*; O sup. *vel argumenta sint*); „Mss. Quod verius. Supra c. 11 [§ 2.], II, 4 [§ 3.], Sat. I, 7 [§ 24.] *indicio est*; Comm. II, 14 [§ 5.] *testimonio est*; Sat. I, 1 [§ 5.] *testimonio sunt*. Et saepius." Gron. *cuius argumento sunt cum alia innumera* P. *cuius cum alia innumera argumento sunt* F. *cuius cum alia innumera sunt argumenta* s-z. *cum argumenta alia innumera sint. cum* Bar. — *parte aeris* FR1. *sed* (om. *et*) Fva. — *in altera* G. — *integra globositas* Ben. (L a sec. m.). — *spaerabilis* v. — *in partem aliam* C. — *idem* om. v-g (add. a sec. m. R1). 9. *Nam et si* H2. — *densetus* BGR2 „Angl." Cf. § 6. *densaetus* R1. *densetur* CFO. *densatus* Edd.SPDI. — *in nubem coit* Tr. — *abrumpit imbres* BSP (R1 a sec. m.) Gs-zCD (L a p. m.). *abrumpit in imbres* F (R12 a p. m.) v-g IO Ox. Tr. (L a sec. m.). „Mss. omnes, quorum scripturam meliorem iudico II, 1 [§ 5.] *ut in sonum erumpat*. Haec ibi membranarum lectio, non *desinat*. Sat. I, 8 [§ 5.] *donec erumpat in lucem*. Sic supra c. 6 [§ 69.] *in verba prorumpit*." Gron. *abrumpitur in imbres* Ben. (R2 a sec. m.). — *parte aeris* R1s-bP. — *pluviarum* (sup. *alis*) C. 10. *ut aestimet* om. C. *ut extimet* v1. *ut existimet* Rv3-g. — *nivium imbrium* (om. *ve*) FD (R2 sup. add. *vel*).

idem valere quod *procedere* (vid. not. ad c. 6, § 49. et c. 20, § 30.). At a Cicerone accessus ad nos opponitur recessui a nobis, ut ait de N. D. II, 7, 19.: *solis accessus discessusque*.

Quae . . *fit cuicumque vertici propior*] Noli haec referre ad proxime antecedentia *vel ipsa sphaeralis extremitas*, de quibus cf. Cic. Tim. 6. *cuius omnis extremitas paribus in medio radiis attingitur*. Pertinent haec verba, ut supra pronomina *hanc* et *eam*, ad terram. *Cuicumque vertici* idem est quod *alicui vertici, cuicumque est*.

9. *abrumpit imbres*] Idem valere videtur quod *facit, ut decidant imbres*. Cf. Lucret. II, 214. *abrupti nubibus ignes*, et Virg. Aen. III, 199. *ingeminant abruptis nubibus ignes*. Hoc qui improbat, legere debet *abrumpitur in imbres*. Gronovius verbum *abrumpere* non recte comparat cum verbis *erumpere* et *prorumpere*.

praeter ustam etc.] Cf. II, 7, 19

grandinum cadit, hoc totum in caelum de aere defluere. Caelum enim ab omni parte terrae aequabiliter distat, et ut a nostra habitatione ita et a lateribus et a parte quae ad nos habetur inferior pari altitudinis inmensitate suspicitur. Nisi ergo omnia pondera ferrentur in terram, imbres qui extra latera terrae defluunt non in terram sed in caelum caderent, quod vilitatem
ioci scurrilis excedit. Esto enim terrae sphaera cui ascripta sunt 11
ABCD, circa hanc sit aeris orbis cui ascripta sunt *EFGLM*, et utrumque orbem, id est terrae et aeris, dividat linea ducta ab *E* usque ad *L*: erit superior ista quam possidemus, et illa sub
pedibus. Nisi ergo caderet omne pondus in terram, parvam ni- 12
mis imbrium partem terra susciperet ab *A* usque ad *C*, latera vero aeris, id est ab *F* usque ad *E* et a *G* usque ad *L*, humorem suum in aerem caelumque deicerent: de inferiore autem caeli hemisphaerio pluvia in exteriora et ideo naturae ignota de-
flueret, sicut ostendit subiecta descriptio. Sed hoc vel refellere 13
dedignatur sermo sobrius: quod sic absurdum est, ut sine argumentorum patrocinio subruatur. Restat ergo, ut indubitabili ratione monstratum sit in terram ferri omnia nutu suo pondera. [117]
Ista autem quae de hoc dicta sunt opitulabuntur nobis et ad illius loci disputationem quo antipodas esse commemorat. Sed hic inhibita continuatione tractatus ad secundi commentarii volumen disputationem sequentium reservemus.

[Edd. vicahgspdzb.

imbrium niviumve I. — *decidit* F. — *in coelo de aere* hg (g in mg. *in coelum*). *coelum* (om. *in*) *de aere* O. *de aere in coelum* D. *ex aere in caelum* F. — *fluere* B. — *ex omni* F. — *aequaliter distat* C (g in mg.) Bar.Tr. (L a sec. m.). *distat aequaliter* Vincent. Bellov. Spec. Mundi VI, 4., ubi leguntur verba *caelum enim ... excedit.* — *a nobis habetur inferius* F. — *Nisi enim* FR1D*H*2. — *ferentur* C. — *extra latum* Vinc. Bell. l. c. — *quod volubilitatem* g in mg. — *scurrilis ioci* Vinc. Bell. l. c. 11. *terra sphacra* v. — *usque L* (om. *ad*) F. — *Et erit* L. *etiam erit* Ben. 12. *Nisi enim* F. — *littera vero* v. — *ad E* add. a sec. m. R2. — *ab G* F. — *usque L* (om. *ad*) B. — *de inferiori* FR2I. — *natura* C. — *ignota* B (C sup. add. *s. in*) FR2GDIO*H*2 „Angl.“ *ignotae* R1. *incognita* Edd.SP. 13. *Sed haec* F. — *designatur* B. — *argumentationis* v-g. — *manifestum sit* PBar.Ben. — *nutu suo omnia* R1. — *Ista autem ... reservemus* (fin. lib.) om. C. — *opitulabuntur* BFSPR1GDIO*H*1LTr.Ben. *opitulantur* Edd.R2. — *ad illius loci disputationem*] Cf. II, 5, 24 sqq. — *quo* BFSPR1DO*H*1LTr.Ben. *quae* Edd.R2GI. — *hic* (om. *sed*) R1. — *ad secundi tractatus commentarii* R1 a p. m. — *sequentium disputationem* R2.

M. A. Th. V. C. et Ill. Comm. in Scip. Lib. primus explic. Incip. secds. BP6. *V. Cl. Macrobii Ambrosii Theodosii V. C. et Inl. de somnio Scipionis liber primus explicit* Truan. *Explicit liber primus Macrobii. Incipit II* I. *Finit liber I. incipit II* F a sec. m.; ab ipso librario post libri II verba (c. 1, § 1.) *Nunc de musica eorum ratione disputetur* ad-

10. *aequabiliter distat*] Cf. § 7. *qui .. defluunt*] Dicendum erat: *qui .. defluerent:* Nam nulli re vera imbres extra latera terrae defluunt.

11. 12. *Esto enim .. subiecta descriptio*] Vid. fig. III.

13. *illius loci .. quo antipodas esse commemorat*] sc. Cicero, Somn. VI, 1. Cf. c. 20, § 8. *quam verissima praedicatione extulit*, ubi vid. not.

scriptum est: *Finit primus liber. incipit secundus. Aur. Memm Simmachus* (*SIMMACHEVS*) *V. C. emendabam vel dislins meum Ravennae cum Macrobio Plotino Eudoxio V. C.* P. *Aur. Memm. Symmachus V. C. emendabam vel dis meum Ravenne cum Macrobio Plotino Eudoxio V. C. Macrobii Ambrosii Theodosii V. C. et Inl. de somnio Scipionis liber primus explicit. Incipit secundus* R2. Eadem leguntur in P4, nisi quod habet *distins' meum* et *Fudoxio*, et (ut affert Mahul e P. Wilthemii libro qui inscribitur Diptychon Leodiense et in illud commentarium, Leodii 1659 in fol. Append. p. 4.) in libro manu scripto monasterii Sti. Maximini, nisi quod hic liber dicitur habere: *Macrobii Ambrosii Sicetini* (*SICETINI*, ortum esse ex *V. C. Et INL.* apparet ex eo quod legitur in P4: *V.C.ETINI.*). Vid. prolegom. cap. I, 2 b et 8., et cap. IV, A I. *Explicit liber primus Macrobii. Incipit II* 1. *Finis libri primi* c. *Libri primi finis* hg. *Commentarii libri primi finis* s–z.

MACROBII AMBROSII THEODOSII

V. C. ET INL.

COMMENTARIORUM

IN SOMNIUM SCIPIONIS

LIBER SECUNDUS.

I. Superiore commentario, Eustachi, luce mihi dilectior fili, [118] usque ad stelliferae sphaerae cursum et subiectarum septem sermo processerat. Nunc iam de musica earum modulatione disputetur. *Quid? Hic, inquam, quis est qui conplet aures meas tantus* 2 *et tam dulcis sonus? Hic est, inquit, ille qui intervallis disiunctus inparibus, sed tamen pro rata parte ratione distinctis, inpulsu et motu ipsorum orbium efficitur, et acuta cum gravibus temperans* [119] *varios aequabiliter concentus efficit. Nec enim silentio tanti motus incitari possunt, et natura fert, ut extrema ex altera parte graviter, ex altera autem acute sonent. Quam ob causam summus ille caeli* 3 *stellifer cursus, cuius conversio est concitatior, acute excitato move-*

[Mss. BCFSPR12G. Edd. vicahgspdzb.

Macrobii Aurelii Theodosii viri consularis et illustris in somnium Scipionis expositionis quam elegantissimae liber secundus vichg (hg **Aurelii*, et in mg. *Ambrosii*). *Liber secundus* a. *Aurelii Macrobii Ambrosii Theodosii V. C. et inlustris* (zb *illustr.*) *commentarius ex Cicerone in Somnium Scipionis* s–b.

1. *Caput I. Concentum quendam effici motu coelestium corporum, et quomodo ratio eius concentus a Pythagora sit deprehensa: tum qui numeri apti sint consonantiis musicis, quotque consonantiae sint.* ch–b.

1. *Superiore . . . disputetur* om. C. In F haec tribuuntur primo libro. — *Eustathi* v3c–bPD. — *mihi* om. R1. — *dilectior fili* BGP4*H*2s–z. *carior fili* P. *carior dilectiorque fili* Sv–gb. „Mss. diversitate sua me adducunt, ut censeam scriptum scribendumque esse *charior dilectiorque*, quomodo disertim est in chartaceo et edd.“ Gron. *clarior fili* P6*H*1. *clarior dilectiorque fili* R12IOP3Gott. (E in mg.). *dulcior fili* F. — *septem* om. *H*2. — *Nunc* (om. *iam*) F. — *de musica earumque modulatio* P6. *de musico eorum modulamine H*2. 2. *Quid*] Somn. V, 1 et 2. — *Quid* BCFPR2GIOP36Tr.Gott. *Quis* SR1Edd.I. — *Hic* om. O. — *inquam est* (om. *quis*) R1. — *aures* (om. *meas*) v. — *sonus usque docti homines* (§ 4. omissis interpositis Ciceronis verbis). B. — *disiunctus* (sup. *tinctus*) R2. *coniunctus* F*H*1; Somn. l. c. Mss. et Edd. — *pro rata partium ratione* (F a p. m.; SGL a sec. m.; O sup. add. *vel parte*) Tr.Bern. Gott. *pro rata parte rationis* C (F a sec. m.). *pro rata parte rationum* R2 a sec. m. *pro rata portione* a. — *disiunctis* SPGv. — *et impulsu et motu* v–gG. — *aequaliter* hgG. — *tanti motus silentio* SR2. — *possint* Gott. 3. *summus ipse* R2v. — *stellifer caeli cursus* R2I. — *acute* (om. *et*) R12Edd.CPGD (O a p. m.). *acute et* Bar. (O a sec. m.). *acuto et* FS*H*1; Somn. l. c. Edd. et Mss. nonnulli. — *excitatio* G.

tur sono, gravissimo autem hic lunaris atque infimus. Nam terra, nona, inmobilis manens, una sede semper haeret, conplexa mundi medium locum. Illi autem octo cursus, in quibus eadem vis est duorum, septem efficiunt distinctos intervallis sonos, qui numerus rerum omnium fere nodus est. Quod docti homines nervis imitati
4 *atque cantibus aperuerunt sibi reditum in hunc locum.* Exposito sphaerarum ordine motuque descripto quo septem subiectae in contrarium caelo feruntur consequens est, ut qualem sonum tan-
5 tarum molium inpulsus efficiat hic requiratur. Ex ipso enim circumductu orbium sonum nasci necesse est: quia percussus aer ipso interventu ictus vim de se fragoris emittit, ipsa cogente natura, ut in sonum desinat duorum corporum violenta collisio. Sed is sonus, qui ex qualicumque aeris ictu nascitur, aut dulce quiddam in aures et musicum defert aut ineptum et asperum
6 sonat. Nam si ictum observatio numerorum certa moderetur, conpositum sibique consentiens modulamen educitur: at cum increpat tumultuaria et nullis modis gubernata collisio, fragor tur-

Mss. BCFSPR12G.]

— *semper manens* F. — *una sede* CGDO. Cf. Somn. l. c. *ima sede* R12Edd.FSPI. — *medium mundi* R2. — *Illi octo* (om. *autem*) g. — *cursus octo* R2. — *duorum* CFSR1 (R2 a sec. m.) vichgbGDIO „Mss." Gron., qui recte monet c. 4 [§ 9.] idem in edd. legi. *duorum Mercurii et Veneris* a; „apud Ciceronem uno ex codice." Gron., cuius vid. not. *modorum* P (R2 a p. m.) s-z. — *distinctis* v-gGIOLTπ. — *modus est* H2. — *apparuerunt* C. 4. *quae septem subiunctae* F. — *consequens* (sup. add. *s. est*) C. — *efficiunt* (om. *hic*) F. 5. *de se fragoris emittit sonum* F. — *in sonum erumpat* (FL a sec. m.) Bar.Ben. „membranae" Gron. ad I, 22, § 9. *collisio. Sed hic sonus* R1. *collisione dissonus* H2. — *quoddam* via. — *in auribus* BGott. — *et musicum in aures* R2. — *aut asperum* v. — *personat* CFR1DIH2.
6. *compositumque sibi* B. *compositum sibi* (sup. add. *que*) R1. *composito sibique* P. — *modulam* (sup. add. *ine*) R1. — *educitur* BCFSR2v-gGIOGott. *ducitur* R1D. *editur* s-bP. *efficitur* a (g in mg.). *elicitur* H2. „Alias est *educitur*. Ego praeeunte marginali lectione *efficitur* refingam *elicitur*." Pont. — *at quem* F. *aut cum* Gott. *aut* (corr. in

I, 3. *Octo cursus .. septem efficiunt distinctos intervallis sonos*] „Sensus est: quamvis sint octo cursus vel orbes, qui singuli edunt musicum sonum, non tamen octo diversos effici sonos, sed tantummodo septem, quia duorum, nempe Veneris et Mercurii, eadem via, idem sonus. At ecce tibi apud Ciceronem uno ex codice reddiderunt *in quibus eadem vis est duorum, Mercurii et Veneris.* At mihi exploratum est has tres voces esse ab interprete, ac per errorem librarii quocunque illo in codice addita: quum Cicero de industria caverit, ne nominibus istis sphaerarum frequentius uteretur, quo augustior esset obscuritas. Sed aiunt sine his locum fore obscurissimum omnibus praeterquam astronomis. Certe omnibus qui nihil legerunt. Nam qui Macrobio dederunt operam, sciunt huius ipsius libri cap. 4 [§ 9.] haberi: *propterea quia Mercurialis et Venerius orbis* etc. Eodem pertinet quod cap. 11 [§ 7.] *Nam cursus quidem Veneris atque Mercurii paene par soli est.* Nec diversa habes lib. I, cap. 19 [§ 5.]. Et accepit a Platone [immo Timaeo Locro p. 96 E.] cuius est in libro de anima mundi: *Δύο δ' ἰσόδρομοι ἀελίῳ ἐντὶ, Ἑρμᾶ τε καὶ Ἥρας, τὸν Ἀφροδίτας καὶ φωσφόρον τοὶ πολλοὶ καλέοντι.*" Gron. — Adde Plat. Tim. p. 38. *ἥλιον δ' εἰς τὸν δεύτερον ὑπὲρ γῆς, ἑωσφόρον δὲ καὶ τὸν ἱερὸν Ἑρμοῦ λεγόμενον εἰς τοὺς τάχει μὲν ἰσόδρομον ἡλίῳ κύκλον ἰόντας, τὴν δ' ἐναντίαν εἰληχότας αὐτῷ δύναμιν.*

bidus et inconditus offendit auditum. In caelo autem constat 7
nihil fortuitum nihil tumultuarium provenire, sed universa illic
divinis legibus et statuta ratione procedere. Ex his inexpugna- [120]
bili ratiocinatione collectum est musicos sonos de sphaerarum
caelestium conversione procedere, quia et sonum ex motu fieri
necesse est et ratio quae divinis inest fit sono causa modulami-
nis. Haec Pythagoras primus omnium Graiae gentis hominum 8
mente concepit: et intellexit quidem conpositum quiddam de
sphaeris sonare propter necessitatem rationis, quae a caelestibus
non recedit; sed quae esset illa ratio, vel quibus observanda
modis, non facile deprehendebat: cumque eum frustra tantae
tamque archanae rei diuturna inquisitio fatigaret, fors optulit,
quod cogitatio alta non repperit. Cum enim casu praeteriret in 9
publico fabros ignitum ferrum ictibus mollientes, in aures eius
malleorum soni certo sibi respondentes ordine repente cecide-
runt: in quibus ita gravitati acumina consonabant, ut utrumque
ad audientis sensum statuta dimensione remearet et ex variis

[Edd. vicahgspdsb.
at) *enim* R1. 7. *tumultuarium* (sup. add. *nichil*) C. — *statuta ratione* BCS (R2 a p. m.; G a sec. m.) DI*H*12Tr.Gott. *stata ratione* R1 (R2 a sec. m.) s-bP. *stata vel statuta ratione* O. *rata ratione* Fvia (g in mg.) Bar.LBen. — *rationatione* (sup. ci) R1. *ratione* F (R2 a p. m.). — *caelestium sperarum* B. — *sonum* (om. *et*) B. *sonus* (om. *et*) Gott. — *et motum* v. 8. *Hoc* Edd.PR2. — *sors* v-g. 9. *praeteriret casu* R2. — *mollientes ictibus* R2. *ictibus molientes* vl: L. Mod. ep. 91. p. 410. „Horatius tamen Sat. I, 4 [v. 20.] *Dum ferrum molliat ignis.* Attamen illa Mati lectio haudquaquam insuper habenda, dixitque Ovidius de arte II [v. 119.] *Iam molire animum qui duret.* Sic et Maro [Aen. IV, 309. et XII, 327.] *moliri classem, moliri habenas.* Et Terent. [Heaut. II, 2, 11.] *dum moliuntur, dum comuntur, annus est.*“ Pont. — *ordine respondentes* BS. — *occiderunt* (sup. *recid.*) Ben. — *consonabant acumina* B. — *statuta dimensione* FSPR12 (G a sec. m.) viaDI*H*12Bar.LBen. *stata dimensione* Bch-bC (G a p. m.). *statuta vel stata*

8. *Haec Pythagoras primus .. mente concepit*] „Haec non repugnare putanda sunt iis quae Iamblichus de vita Pythag. cap. 4. narrat, Pythagoram a milite Cambysis captum et ex Aegypto Babylonem abductum a Magis numerorum, musices aliarumque rerum disciplinam didicisse. Nam Macrobius loquitur hic de harmonia sphaerarum, quam Pythagoras primus investigaverit, aut, si Iamblicho fides est habenda, solus audiverit. Rectissime iudicat Iamblichus. Nam nemo mortalium alius unquam eiusmodi musicam audivit nec audiet. Ceterum si quis de inventoribus artis musicae aliquid cognoscere velit, adeat Plutarchum de musica ab initio: qui libellus inprimis ad hoc caput Macrobii illustrandum facit.“ Zeun. — De Orpheo musicae caelestis inventore vid. Lobeck. Aglaoph. p. 942 sqq.

9. *fabros ignitum ferrum ictibus mollientes*] Hoc primum intuenti potest videri natum esse ex Horatii verbis: *dum ferrum molliat ignis* male expressis. Sed, ut Ovidius Met. II, 411. dicit *lanam mollire trahendo*, et Fast. III, 817. *lanam mollire* tantum pro *nere*, sic illud quoque ferri posse censeo, licet non negem, id quod comprobat Medius, *molientes*, non minus commendari verbis Virgilii Georg. I, 494. *incurvo terram molitus aratro*, Taciti Ann. I, 39. *moliuntur fores*, al.

ita gravitati acumina consonabant] Haec inter se opponuntur ut accentus gravis atque acutus. Cf. c. 4, § 2 sq.

10 inpulsibus unum sibi consonans nasceretur. Hic occasionem sibi oblatam ratus deprehendit oculis et manibus quod olim cogitatione quaerebat. Fabros adit, et inminens operi curiosius intuetur, annotans sonos qui de singulorum lacertis conficiebantur. Quos cum ferientium viribus ascribendos putaret, iubet ut inter se malleolos mutent: quibus mutatis sonorum diversitas ab homi-
11 nibus recedens malleolos sequebatur. Tunc omnem curam ad pondera eorum examinanda convertit: cumque sibi diversitatem ponderis quod habebatur in singulis annotasset, aliis ponderibus
[121] in maius minusve excedentibus fieri malleolos imperavit, quorum ictibus soni nequaquam prioribus similes nec ita sibi con-
12 sonantes exaudiebantur. Tunc animadvertit concordiam vocis lege ponderum provenire: collectisque numeris, quibus consentiens sibi diversitas ponderum continebatur, ex malleis ad fides vertit examen, et intestina ovium vel boum nervos tam variis ponderibus illigatis tetendit, qualia in malleis fuisse didicerat: talisque ex his concentus evenit, qualem prior observatio non frustra animadversa promiserat, adiecta dulcedine quam natura
13 fidium sonora praestabat. Hic Pythagoras tanti secreti compos deprehendit numeros ex quibus soni sibi consoni nascerentur: adeo ut fidibus sub hac numerorum observatione conpositis certae certis aliaeque aliis convenientium sibi numerorum concordia tenderentur, ut una inpulsa plectro alia, licet longe posita sed
14 numeris conveniens, simul sonaret. Ex omni autem innumera varietate numerorum pauci et numerabiles inventi sunt qui sibi ad efficiendam musicam convenirent. Sunt autem hi sex omnes:
15 epitritus hemiolius duplaris triplaris quadruplus et epogdous. Et

Mss. BCFSPR12G.]

dimensione O. 10. *Hic* (sup. add. *n*) F. *hinc* gb. — *occasione sibi oblata* F (Gott. corr. in ...*nem* ... *tam*). — *deprehendit* BCFSPR12 IOGott.a. *deprehendendi* R2 sup. lin.; vch-b. *deprehendi* D*H*2i. — *ac manibus* F. — *requirebat* F. — *opus* Gott. — *intuetur* (add. *sup.*) R2. — *efficiebantur* Bar.Ben. — *inter se ut* B. *inter se* (om. *ut*) F. — *maleos* vl. *malleos* v3-gGO (bis). — *malleolorum mutet diversitatem* R2. 11. *convertit* BCR12v-gGDO „Angl.“ Bar.Ben.Gott. *vertit* s-bFSPI. — *minus* (sup. add. *que*) R1. — *malleos* FR2Edd.PGD IO. — *nec sibi* (om. *ita*) B. 12. *omnibus numeris* a-bP. — *a malleis* FR1*H*2Gott. „Ms. in mg. ut Bar.Ben.“ — *alligatis* FIO. — *ex eis* F. — *praestabat sonora* R2. 13. *compos secreti* R2. — *observatione numerorum* R1. — *ut certe* R1 a sec. m. — *et una* F.
14. *efficiendam* BCFSR12GDO*H*2Bar.Ben.Tr.L. *efficiendum* s-bPI. *conficiendam* v-g (v13 *ad conficiendam sibi convenirent musicam*). — *hi ex omnibus* CF. — *triplaris quadruplaris* add. a sec. m. C. — *quadru-*

unum sibi consonans nasceretur] Cf. Sat. I, Praef. § 8. *unde unum fiat ex omnibus.*

10. *iubet ut .. mutent*] et § 11. *fieri malleolos imperavit* propter leges grammaticas inversa digna sunt quae adnotentur. Cf. I, 6, 64. *Mulierem .. imperaverat saltibus concitari*, et Sat. I, 12, 28. *custodibus iussit, ne mulierem interesse permitterent.*

11. *aliis ponderibus .. fieri malleolos*] Malim: *alios ponderibus in maius minusve excedentibus, fieri* (an *ferri?* Cf. Hor. Od. II, 3, 14.) *malleolos imperavit:* sed nullus codex ms. suffragatur.

14. *Sunt autem hi sex omnes* etc.] Cf. Censorin. 10, 8 sqq Martian. I, § 11., II, § 107 sqq., IX, § 934. ed. Kopp. Zeunius ad sequentia citavit Gell. XVIII, 14. et Vitruv. III, 1.

epitritus etc.] Lib. I, cap. 19,

est epitritus, cum de duobus numeris maior habet totum minorem et insuper eius tertiam partem, ut sunt quattuor ad tria: nam in quattuor sunt tria et tertia pars trium, id est unum: et is numerus vocatur epitritus: deque eo nascitur symphonia quae appellatur διὰ τεσσάρων.
16 Hemiolius est, cum de duobus numeris maior habet totum minorem et insuper eius medietatem, ut sunt tria ad duo: nam in tribus sunt duo et media pars eorum, [129] id est unum: et ex hoc numero, qui hemiolius dicitur, nascitur symphonia quae appellatur διὰ πέντε.
17 Duplaris numerus est, cum de duobus numeris minor bis in maiore numeratur, ut sunt quattuor ad duo: et ex hoc duplari nascitur symphonia cui nomen est διὰ πασῶν.
18 Triplaris autem, cum de duobus numeris minor ter in maiore numeratur, ut sunt tria ad unum: et ex hoc numero symphonia procedit quae dicitur διὰ πασῶν καὶ διὰ πέντε.
19 Quadruplus est, cum de duobus numeris minor quater in maiore numeratur, ut sunt quattuor ad unum, qui numerus facit symphoniam quam dicunt δὶς διὰ πασῶν.
20 Epogdous est numerus qui intra se habet minorem et insuper eius octavam partem, ut novem ad octo, quia in novem et octo sunt et insuper octava pars eorum, id est unum. Hic numerus sonum parit quem τόνον musici vocaverunt.
21 Sonum vero tono minorem veteres quidem semitonium vocitare voluerunt. Sed non ita accipiendum est, ut dimidius tonus putetur, quia nec semivocalem in literis pro medietate vocalis accipimus.
22 Deinde tonus per na-

[Edd. vicahgspdzb.

plaris F (R1 sup. lin.) *H2*Bar.Ben. 15. *epitritus numerus* Tr. *cum* add. a sec. m. R2. — *ex duobus* B. *duobus* (om. *de*) Gott. — *minorem totum et eius insuper* B. — *ut IIII sunt* B. — *in quattuor sunt tres* F. — *et is numerus vocatur epitritus* CFSR1v-gbGDIO. „Recte. Nam temporo praesente auctor hic ubique utitur." Zeun. *et is num. epytritus vocatur* B. *et epitritus vocatur is numerus* R2. *et is numerus est vocatus epitritus* Ps-z. *et is num. vocatus est epitritus* Tr.Ben. — *quae appelletur* v1. *quae vocatur* F. — διὰ τεσσάρων SEdd.PD. *ΔΙΑΤΕCCΕΡΩΝ* R2. *dia tesseron* GIO. *dyatesseron* BCFR1.
16. *minorem in se* Bar. — *ut III ad II* (om. *sunt*) F. — *media pars duorum* R1. *media eorum pars* (om. *id est*) R2. — *Ex hoc* (om. *et*) h. — *quae vocatur* F. 17. *cum duobus* (om. *de*) R2. — *in maiorem* R1. — *Ex hoc* (om. *et*) B. — *duplari numero* Fv-g „quod non opus est, et facile potest intelligi, ut paulo ante [§ 15.] *deque eo nascitur symphonia.*" Zeun. — *quae vocatur* (sup. add. *vel cui nomen est*) R2. *quae appellatur* I. 18. *cum duobus* (om. *de*) gGI — *Et hoc* (om. *ex*) B. *ex hoc* (om *et*) R1. — *symphonia procedit numero* F.
19. *quadruplus* (om. *est*) G. — *in maiore tenetur* F. — *qui in numeris via* (g in mg.); Mod. ep. 91, p. 410. corrigit *qui numerus*. — *bis dyapason* F. 20. *ut sunt* Tr. — *novem et octo* cahgG; Mod. l. c. corr. *ad*. — *octo sunt* (om. *et*) v-g; Mod. l. c. addit *et*. — *eorum est i. unum* C. — *parit sonum* R2. — *tonum* FR1. *tonon* Mss. rell. et Edd.
21. *semitonum* (infra quoque) v. ἡμιτόνιον hg in mg.. — *voluerunt vocitare* F. — *dimidius totus* (sup. *nus*) C. 22. *deinde*

§ 21., ubi hi numeri memorantur, non explicantur, epogdous hemiolium sequitur; symphoniae commemorantur I, 6, 43.

20. *sonum parit quem τόνον musici vocaverunt*] Cf. Censorin. 10, 4. Martian. ll. cc. et VII, § 741.

21. *sed non ita accipiendum est, ut dimidius tonus putetur*] Musici veteres semitonium pro toni parte

turam sui in duo dividi sibi aequa non poterit: cum enim ex novenario numero constet, novem autem numquam aequaliter dividantur, tonus in duas dividi medietates recusat: sed semitonium vocitaverunt sonum tono minorem, quem tam parvo distare a tono deprehensum est, quantum hi duo numeri inter se distant, id est ducenta quadraginta tria et ducenta quinquaginta
23 sex. Hoc semitonium Pythagorici quidem veteres *δίεσιν* nomi-

Mss. BCFSPR12G.]

tonos (sup. *u*) C. — *ex numer VIIII* R2. — *aequabiliter* BR1. — *dimidietates* B. — *vocaverunt* F a p. m.; s-b. — *tonum tono minorem* v. *sonum tonon minorem* a; Mod. l. c. corrigit ex codd. *tono*. — *parvum* FI. — *a tono dictum est* H1. — *quanto* coni. Gron. ad c. 4, § 7. — *CCXC sex* H1. *ducenta quinquaginta sex. id est q. XIIIcim numerus octies ductus mediata CCtorum XLa IIIlum ō videtur complere. Nam ex illa geminare Ctum IIIIor efficiuntur quae nequaquam medium CCtorum XLta IIIum contulerit.* Ben.
23. *quidem* om. R1. — *dikesin* (infra quoque) Cv. *diesin* Mss.

dimidia habuerunt. Cf. Censorin. 10, 7. *Est enim* (symphonia *διὰ πασῶν*) *vel sex tonorum, ut Aristoxenus musicique adseverant, vel quinque et duorum. semitoniorum, ut Pythagoras geometraeque qui demonstrant duo semitonia tonum complere non posse*, ubi O. Iahn. citavit Aristox. el. harm. II, p. 46. et Theon Smyrn. is. p. 82. 102. Bull.; Ptol. harm. 10.; Boeth. mus. I, 33., III, 1 sqq.; Nicom. harm. II, p. 27. Martianus IX, § 930. *Dico*, inquit, *quidquid rite sonuerit, aut tonum esse aut hemitonium aut quartam partem toni, quae diesis appellatur .. hemitonium dicitur quod toni medium tenet.*

22. *cum enim ex novenario numero constet* etc.] Errat Macrobius. Cf. Plutarch. de anim. procreat. c. 18. Ἐπεὶ δὲ πρῶτον τὸν ἐπόγδοον λόγον ὁ θ´ καὶ ὁ η´ ποιοῦντες οὐδὲν διάστημα μέσον ἔχουσι, διπλασιασθέντων δ᾽ ἀμφοτέρων ὁ παρεμπίπτων μεταξὺ δύο ποιεῖ διαστήματα· δῆλον ὅτι τούτων μὲν ἴσων ὄντων δίχα τέμνεται τὸ ἐπόγδοον· ἀλλὰ μὴν διπλάσια γίνεται τῶν μὲν θ´ τὰ ῑη καὶ ι´, τῶν δὲ η´ τὰ ϛ´ καὶ ι´. δέχονται δὲ οὗτοι μεταξὺ τὰ ιζ´, καὶ γίνεται τῶν διαστημάτων τὸ μὲν μεῖζον, τὸ δὲ ἔλαττον· ἔστι γὰρ τὸ μὲν πρότερον ἐφεπτακαιδέκατον, τὸ δὲ δεύτερον ἐφεκκαιδέκατον· εἰς ἄνισα τοίνυν τέμνεται τὸ ἐπόγδοον· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ὁ τόνος· οὐδέτερον ἄρα γίνεται διαιρεθέντος αὐτοῦ τῶν τμημάτων ἡμιτόνιον, ἀλλὰ ὀρθῶς ὑπὸ τῶν μαθηματικῶν λεῖμμα προσαγορεύεται.

quem tam parvo distare a tono deprehensum est etc.] Respicit ad verba Platonis Tim. p. 36. Steph.: τῷ τοῦ ἐπογδόου διαστήματι τὰ ἐπίτριτα πάντα ξυνεπληροῦτο, λείπων αὐτῶν ἑκάστου μόριον, τῆς τοῦ μορίου ταύτης διαστάσεως λειφθείσης ἀριθμοῦ πρὸς ἀριθμὸν ἐχούσης τοὺς ὅρους ἓξ καὶ πεντήκοντα καὶ διακοσίων πρὸς τρία καὶ τετταράκοντα καὶ διακόσια. Explicavit haec Plutarchus l. c. Sed utar potius nostris numeris, quo planior fiat res. Intercedit autem inter CXCII et CCLVI ratio epitriti ($192 + \frac{192}{3} = 192 + 64 = 256$). Horum numerorum intervallum si explere studueris epogdois, pervenies non ad CCLVI, sed ad CCXLIII tantum ($192 + \frac{192}{8} = 192 + 24 = 216$; et $216 + \frac{216}{8} = 216 + 27 = 243$). At vide ne haec huc non recte sint adhibita. Nam Plato loquitur de epitritis per epogdoos explendis, Macrobius de dividendo tono i. e. epogdoo qui pariat tonum. Platonem si sequimur, toni sunt 192 : 216 et 216 : 243, semitonium autem vel *λεῖμμα* est 243 : 256, quamquam his nominibus ille non est usus.

23. *Hoc semitonium Pythagorici*

nabant: sed sequens usus sonum semitonio minorem δίεσιν [123] constituit nominandum. Plato semitonium λεῖμμα vocitavit. Sunt igitur symphoniae quinque, id est διὰ τεσσάρων, διὰ 24 πέντε, διὰ πασῶν, διὰ πασῶν καὶ διὰ πέντε, καὶ δὶς διὰ πασῶν. Sed hic numerus symphoniarum ad musicam pertinet quam vel flatus humanus intendere vel capere potest humanus auditus: ultro autem se tendit harmoniae caelestis accessio, id est usque ad quater διὰ πασῶν καὶ διὰ πέντε. Nunc interim de his quas nominavimus disseramus. Symphonia διὰ τεσσάρων 25 constat de duobus tonis et hemitonio, ut minutias quae additamento sunt relinquamus, ne difficultatem creemus, et fit ex epi-

[Edd. vicahgspdzb. et Edd. rell. — *sonum tono minorem* G. — *lymma* B. *lima* C *H*2. *limina* (sup. *limma*) G. *limma* Mss. rell. et Edd. 24. *diatesseron* BR1IO. *dyatesseron* F. — *bis diapason* (om. καὶ) F. καὶ *disapason* (sup. *disdiap.*) R1. — *quem* (in mg. *quam*) g. — *ultro* B SP (R1 a sec. m.) R2G. *ultra* CFEdd. — *tetendit* *H*2. — *accensio* F. 25. *diatesseron* BFR1. — *hemitonio* BCFR12DO*H*2 „Ms." a. *se-*

.. *diesin nominabant*] Cf. Theo Smyrn. Isag. in Plat. math. p. 87.: Δίεσιν καλοῦσιν ἐλαχίστην οἱ περὶ Ἀριστόξενον τὸ τεταρτημόριον τοῦ τόνου, ἥμισυ δὲ ἡμιτονίου, ὡς ἐλάχιστον μελῳδητὸν διάστημα, τῶν Πυθαγορείων δίεσιν καλούντων τὸ νῦν καλούμενον ἡμιτόνιον. H. Stephanus in Thes. s. v. δίεσις apud Boethium II, 27. refert δίεσιν dici semitonium minus, ut ἀποτομὴν semitonium maius. Aristoxenum secutus est Martianus l. c. (ad § 21.) et IX, § 933. Illum locum cum aliis huc non pertinentibus attulit Zeunius.

sonum semitonio minorem] Conf. praeter Aristoxenum et Martianum ll. cc. Vitruvium V, 4. *Diesis autem est toni pars quarta, ita in hemitonio duae dieses sunt collocatae.* Gal. vol. VIII, p. 56.: Ὁ μὲν μουσικὸς οὐκ ἄχρι τόνου καὶ ἡμιτονίου μόνον, ἀλλὰ καὶ μέχρι διέσεως ἱκανῶς διαγινώσκει, et similia ap. Dionys. Hal. de compos. verb. p. 63 K.

Plato semitonium λεῖμμα vocitavit] immo διάστασιν λειφθεῖσαν; inventionem illius nominis Plutarchus tribuit mathematicis (vid. nott. ad § 21.) i. e. Pythagoreis. Cf. de an. procr. c. 17. τοῦτον (τὸν τόνον) οἱ μὲν ἁρμονικοὶ δίχα τεμνόμενον οἴονται δύο διαστήματα ποιεῖν, ὧν ἑκάτερον ἡμιτόνιον καλοῦσιν· οἱ δὲ Πυθαγορικοὶ τὴν μὲν εἰς ἴσα τομὴν ἀπέγνωσαν αὐτοῦ, τῶν δὲ τμημάτων ἀνίσων ὄντων λεῖμμα τὸ ἔλαττον ὀνομάζουσιν, ὅτι τοῦ ἡμίσεως ἀπολείπει. Idem ibid. c. 18. extr. διό, inquit, καὶ λεῖμμα τοῦτον τὸν ἀριθμὸν ὠνόμαζον (sc. οἱ μαθηματικοί). ἐγὼ μὲν οὖν εὐσημότατα δηλοῦσθαι τὴν Πλάτωνος οἶμαι γνώμην ἐν τούτοις τοῖς ἀριθμοῖς, unde fortasse natus est error Macrobii, qui limma Platoni tribuit etiam c. 2, § 20. Cf. Censorin. 10, 7. *quare etiam huiusmodi intervallum Plato abusive semitonium, proprie autem διάλειμμα vocat.* Fuit autem Pythagoreis λεῖμμα idem quod δίεσις.

24. *Sunt igitur symphoniae quinque*] Cf. Censorin. 10, 6. *Symphoniae simplices ac primae sunt tres, quibus reliqua constant; una .. quae vocatur διὰ τεσσάρων, alia .. quam vocant διὰ πέντε: tertia est διὰ πασῶν.* Etiam Plutarchus de mus. c. 22. non nisi has tres symphonias commemorat, et Martian. II, §§ 105 et 107., VII, §§ 733 et 737.; Macrobius ipse I, 6, 43.

intendere] i. e. intentione proferre.

25. *Symphonia διὰ τεσσάρων etc.*] Cf. c. 2, § 18., Plutarch de mus. c. 23., Censorin. et Martian. ll. cc.

hemitonio] Hanc huius vocis formam quum infra omnes habeant codices mss., et h. l. maior eorum pars, praetuli, licet §§ 21 et 22 legatur *semitonium*.

minutias quae in additamento sunt] i. e. τὰ λείμματα.

trito: διὰ πέντε constat ex tribus tonis et hemitonio, et fit de hemiolio: διὰ πασῶν constat de sex tonis, et fit de duplari: verum διὰ πασῶν καὶ διὰ πέντε constat ex novem tonis et hemitonio, et fit de triplari numero: δὶς autem διὰ πασῶν continet tonos duodecim, et fit ex quadruplo.

II. Hinc Plato, postquam et Pythagoricae successione doctrinae et ingenii proprii divina profunditate cognovit nullam esse posse sine his numeris iugabilem conpetentiam, in Timaeo suo
[124]mundi animam per istorum numerorum contextionem ineffabili providentia dei fabricatoris instituit. Cuius sensus si huic operi fuerit adpositus, plurimum nos ad verborum Ciceronis, quae circa
2 disciplinam musicae videntur obscura, intellectum iuvabit. Sed, ne quod in patrocinium alterius expositionis adhibetur ipsum per se difficile credatur, pauca nobis praemittenda sunt quae simul
3 utriusque intellegentiam faciant lucidiorem. Omne solidum corpus trina dimensione distenditur: habet enim longitudinem latitudinem profunditatem, nec potest inveniri in quolibet corpore quarta dimensio: sed his tribus omne corpus solidum continetur.
4 Geometrae tamen alia sibi corpora proponunt, quae appellant mathematica, cogitationi tantum subicienda, non sensui. Dicunt enim punctum corpus esse individuum in quo neque longitudo neque latitudo nec altitudo deprehendatur, quippe quod in nullas
5 partes dividi possit. Hoc protractum efficit lineam, id est corpus unius dimensionis: longum est enim sine lato sine alto, et duobus punctis ex utraque parte solam longitudinem terminantibus

Mss. BCFSPR12G.]

mitonio Ss-bPGI. *semitono* v-g. — *et fit ex epitrito diapente: et constat* v. — *hemitono* (infra quoque) vichg. — *et de hemiolio fit* R1. — *sed* διὰ πασῶν καὶ διὰ πέντε v-g. *verum* ΔΙΑΠΑCΩΝΚΑΙΔΙΑΠΕΝΤΕ B. — *de duplari* (sup. *triplari*) F. — *numero* om. R2. — *Bis autem* F.

II. *Caput II. Plato quem in modum animam mundi ex numeris fabricatam esse docuerit; et quod hinc etiam probari possit, concentum quendam esse coelestium corporum.* ch-b. 1. *Hinc et* v-g. — *postquam ex* F. *postquam e* (sup. *ex*) R1. *postquam* (om. *et*) v-g. — *doctrinae successione* R2. — *propria* (corr. in *propitii*) F. — *in Timaeo*] p. 34 sqq. — *contexionem* C (F sup. add. *t*). *commixtionem* Bv. — *fabricatam* Bᴇɴ. — *verborum e* (corr. in *ad verborum*) R1. — *musicae artis* C. *musici* R1. 2. *praetermittenda* BD (F corr. in *praem.*). *adicienda* (sup. *praetermittenda*) C. 3. *corpus solidum* R2. — *et profunditatem* F. — *in quolibet corpore inveniri* R1. 4. *corpora sibi* F. — *subiicientia* Bᴀʀ. *subiacentia* „libri vett., quamvis I, 15 [§ 5.] dixerit: *reliquo igne caelesti lucem suam non subiiciente conspectui.*" Gron. Adde ib. § 2. *subiectus est oculis*, c. 18, § 12. *subiecta oculis.* — *in quo nec* v. *latitudo neque longitudo* F. — *neque altitudo* R1Edd.SPDIO. 5. *dimensionis unius* R2. — *sine alto* (add. a sec. m. *sine lato*) C. *sine alto*

II, 1. *Pythagoricae .. doctrinae*] Cf. Censorin. 13, 1. *Pythagoras prodidit hunc totum mundum musica factum ratione.* Alii Orpheo tribuunt musicae caelestis inventionem. Vid. not. ad § 8.

iugabilem conpetentiam] Cf. § 18. et I, 6, 24.

3. *Omne solidum corpus trina dimensione distenditur*] Cf. I, 5, 9. *fit enim tribus dimensionibus inpletis corpus solidum*, et quae leguntur ibid. inde a § 7. et I, 6, 36.

4. *quae appellant mathematica*] Cf. I, 6, 35.

continetur. 6 Hanc lineam si geminaveris, alterum mathematicum corpus efficies, quod duabus dimensionibus aestimatur, longo latoque, sed alto caret: et hoc est quod apud illos superficies vocatur, punctis autem quattuor continetur, id est per singulas lineas binis. 7 Si vero hae duae lineae fuerint duplicatae, ut subiectis duabus duae superponantur, adicietur profunditas, et hinc solidum corpus efficitur, quod sine dubio octo angulis contine-[125]bitur: quod videmus in tessera, quae Graeco nomine κύβος vocatur. 8 His geometricis rationibus applicatur natura numerorum, et monas punctum putatur, quia, sicut punctum corpus non est sed ex se facit corpora, ita monas numerus esse non dicitur sed origo numerorum. 9 Primus ergo numerus in duobus est, qui similis est lineae de puncto sub gemina puncti determinatione productae. Hic numerus, duo, geminatus de se efficit quattuor, ad similitudinem mathematici corporis, quod sub quattuor punctis longo latoque distenditur. 10 Quaternarius quoque ipse geminatus octo efficit, qui numerus solidum corpus imitatur: sicut duas lineas diximus duabus superpositas octo angulorum dimensione integram corporis soliditatem creare: et hoc est quod apud geo-

{Edd. vicahgapdzb.

sine lato F. — *sola* P. 6. *corpus mathematicum* F. — *efficiet* R2. — *aestimetur* S. *extruatur* viag, quod Mod. N. L. ep. 91, p. 411. e membr. corrigit in *aestimatur*. — *continetur* add. a sec. m. R1. — *id est* om. F. 7. *heae* R1. — *efficietur* Fv3-bPI. — *κύβος* gG*H*2. *cubos* B (C a p. m.) R1L „optima membrana“ Gron. ad I, 5, 9. *cybus* R2D. *cubus* FSv-hs-bIO. 8. *His* (sup. add. *ergo*) C. — *quod sicut* C. — *corpora facit* R2. — *non esse dicitur* C. 9. *Primus enim* R2vgG. — *numerus* om. B. — *determinatione* BC. — *duo* om. C. *in duo H2*. — *longe lateque* (sup. *o*) F. 10. *diximus duas lineas* R2. — *superpositas* om. B. *superpositis* F. — *procreare* F. —

6. *Hanc lineam si geminaveris*] Non duabus, sed tribus pluribusve lineis includi superficiem recte docet Macrobius I, 5, 8. Hoc loco videtur cogitasse de quadrati lineis duabus ex adverso positis, quia subiecit: *punctis autem quattuor continetur*. Simili modo addit: *Si vero hae duae lineae fuerint duplicatae* etc., nam revera non *duae* sed *quattuor* lineae sunt geminandae, et in angulis quattuor aliis lineis octo illae inter se iungendae, ut fiat solidum corpus. Ut punctum protractum (§ 5.) dicit efficere lineam, ita poterat dicere lineam promotam in latitudinem longitudini suae aequalem efficere quadratum, et quadratum in altitudinem longitudini et latitudini aequalem promotum efficere tesseram.

7. *octo angulis*] Vid. not. ad I, 5, 10., ubi, ut h. l., legitur etiam *tessera quae κύβος vocatur*.

8. *monas punctum putatur*] Cf. c. 14, § 24. Martianus VI, § 707. Geometriam facit dicentem: *Quod quidem incorporeum invisibileque primordium commune mihi cum Arithmetica reperitur. Nam monas eiusdem insecabilis procreatio numerorum est, mihique signum vocatur quod utpote incomprehensibile parte nulla discernitur.* — Similia habet ib. VII, § 746. *Signum* idem esse quod *punctum* ipse Macrobius docet I, 16, 10. et II, 5, 10. Huc pertinet etiam quod Pythagorei mundi centrum esse dixerunt τὴν μονάδα, cf. Plut. Num. c. 11.

monas .. origo numerorum] Cf. I, 6, 7. Martian. ll. cc. et VII, § 743. *Numerus est congregatio monadum*, et § 745. *monas quidem numerus non est*. Plotin. III, 8, p. 350 C. ἀριθμοῦ δὲ ἀρχὴ .. τὸ οὕτως ἕν. Laur. Lyd. II, 3 (2 p. 14.).

9. *Primus ergo numerus* etc.] Cf. Martian. ll. cc.

10. *solidum corpus*] Cf. I, 5, 9. et Martian. VII, § 740.

11 metras dicitur bis bina bis corpus esse iam solidum. Ergo a pari numero accessio usque ad octo soliditas est corporis: ideo inter principia huic numero plenitudinem deputavit. Nunc oportet ex inpari quoque numero quemadmodum idem efficiatur in-
12 spicere. Et quia tam paris quam inparis numeri monas origo est, ternarius numerus prima linea esse credatur. Hic triplicatus novenarium numerum facit: qui et ipse quasi de duabus lineis longum latumque corpus efficit, sicut quaternarius, secundus de paribus, efficit: item novenarius triplicatus tertiam dimensionem praestat. Et ita a parte inparis numeri in viginti septem, quae sunt ter terna ter, solidum corpus efficitur: sicut in numero pari
13 bis bina bis, qui est octonarius, soliditatem creavit. Ergo ad ef-
[126]ficiendum utrobique solidum corpus monas necessaria est et sex alii numeri, id est terni a pari et inpari: a pari quidem duo
14 quattuor octo, ab inpari autem tria novem viginti septem. Timaeus igitur Platonis in fabricanda mundi anima consilium divinitatis enuntians ait illam per hos numeros fuisse contextam, qui et a pari et ab inpari cubum, id est perfectionem soliditatis, efficiunt: non quia aliquid significaret illam habere corporeum, sed ut possit universitatem animando penetrare et mundi solidum
15 corpus inplere, per numeros soliditatis effecta est. Nunc ad ipsa Platonis verba veniamus. Nam cum de deo animam mundi fabricante loqueretur, ait: *Primam ex omni fermento partem tulit:*

Mss. BCFSPR12G.]

dicitur apud geometras v-g. 11. *ideoque* C. — *id efficiatur* v-g. 12. *origo est monas* R1. — *Hec* (sup. *i*) R1. — *facit numerum* F. — *de duobus numeris* (sup. *ex duabus lineis*) C. — *sicut quaternarius ... efficit* om. viag. — *secundum* cha-bPGI. — *tertiam dimensionem ... efficitur* add. in mg. C. — *viginti septem* (om. *in*) R2. — *qui sunt ter terni ter* F. — *corpus solidum* R1. — *bina bis* (om. *bis*) h. 13. *sex* (om. *et* cum ras.) C. *sed sex* F. *ut sex* R2. *sed et sex* Bar.Ben. — *et terni ab impari* (om. *autem*) F*H*2. 14. *in fabrica mundi* B. — *a pariter impari* C a p. m. *a pari et impari* (om. *ab*) C a sec. m., v-gG. — *cybum* FR2G. — *perfectionem divinitatis* v. — *non quod* F. — *posset* v-gb. — *animare* (sup. *implere*) R1. 15. *Platonis verba*] Tim. p. 35. — *firmamento* vcagb (c in mg. *fermento*). „Ed. vet. rectissime habet *firmamento*. Plato enim, quem hic omnino interpretatur Macrobius, *Μίαν*, inquit, *ἀφεῖλε τὸ πρῶτον ἀπὸ παντὸς μοῖραν*. Igitur illud *πᾶν* non *fermentum* significat, quod indignum philosopho erat relinquendum pistoribus ac coquis, sed *firmamentum*, h. e. universum, coelum. Deinde pro *primam* et leges linguae et locus Platonis videtur duxi. Fortasse Macrobius in animo habuit effectum perpetuum.

12. *ternarius numerus prima linea esse credatur* etc.] Haec non tam facile accommodantur geometricae rationi quam quae § 9 seqq. dicuntur de pari numero.

14. *Timaeus igitur Platonis* etc.] Cf. I, 6, 46.

non quia .. significaret] Dicendum erat *non quo*, et praeterea *aliquid corporei*.

ut possit .. effecta est] Hoc quidem loco praesens tempus non potest excusari ut I, 19, 5.: sed libris Mss. obtemperandum esse

15. *ex omni fermento*] i. e. ex omni massa. Cf. Ovid. Met. I, 70.: *Cum, quae pressa diu massa latuere sub illa, Sidera coeperunt toto effervescere caelo.* Quod legitur in veteribus quibusdam editionibus et comprobatur a Zeunio, *ex omni firmamento*, id comprobatione dignum non est. Namque *firmamentum* pro caelo geometra quidem ille Gronovii (I, § 8.), sed Macrobius nusquam dixit, et si sic hac voce

hinc sumpsit duplam partem prioris, tertiam vero secundae hemioliam sed primae triplam, et quartam duplam secundae, quintam tertiae triplam, sextam primae octuplam, et septimam vicies septies a prima multiplicatam. Post hoc spatia quae inter duplos et triplos numeros hiabant insertis partibus adinplebat, ut binae medietates singula spatia colligarent: ex quibus vinculis hemiolii et epitriti et epogdoi nascebantur. Haec Platonis verba ita a nonnullis 16
excepta sunt, ut primam partem monada crederent: secundam, quam dixi duplam prioris, dualem numerum esse confiderent: tertiam ternarium numerum, qui ad duo hemiolius est, ad unum triplus: et quartam quattuor, qui ad secundum, id est ad duo, duplus est: quintam novenarium, qui ad tertium, id est ad tria, triplus est: sextam autem octonarium, qui primum octies con- [127]
tinet: at vero pars septima in viginti et septem fuit, quae faciunt, ut diximus, augmentum tertium inparis numeri. Alternis enim, ut animadvertere facile est, processit illa contextio: ut post

[Edd. vicahgspdzb.

postulare *primum*.“ Zeun. — *sedem hemioliam* v (c *scd'ae*). — *primae octavam* s–z. „E verbis Platonis *τὴν δ' ἕκτην τῆς πρώτης ὀκταπλασίαν* apparet novarum editionum mendum hoc esse et mutandum in *octuplam*, ut est in vett. libb. omnibus.“ Gron. — *septimam* (om *et*) R2. *septuplam* v. — *vigies* B (R1 sup. c). — *multiplicata* B. — *post haec* v–g, „quod loco Platonis, ubi est *μετὰ ταῦτα*, convenientius putandum est.“ Zeun. *post hoc* (sup. add. *s*) R1. *post* (om. *hoc*) B. — *hiabant* C in ras. *habebant* B. — *adimplebatur* Tʀ. — *colligerent* F. 16. *ita non nonnullis* (sup. scr. *a*) R1. *ante nullis* (om. *ita*) v. — *accepta* FBᴇɴ. — *monadem crederent* CSR1v–gl. *crederent monadem* R2. — *quam tibi dixi* v. — *considerarent* F. *conficiunt* (corr. in *confiderent*) R1. — *ad duos hem.* F. — *triplus est* R2. — *et quantum* CvlDIO. — *quia secundum* (sup. *qui ad*) G. — *quintum* BCGvlDI (O a p. m.). *ad tripla* (sup. *tria*) C. — *sextum* Mss.vlDIO. — *autem* sup. add. R1. *vero* F. — *at vero septimum* (om. *pars*) F. — *viginti septem* (om. *et*) R2. — *fit quae* v. *posuit qui* F. — *ut diximus*] § 13. — *argumentum* vicah (ch in mg., ut Mod. ep. 91, p. 411. *augmentum*). „Spectat locum [§ 12.] *novenarius triplicatus tertiam dimensionem praestat.* Igitur est repudiandum *argumentum* pro *augmentum*, h. e. dimensio, seu numerus ex multiplicatione effectus.“ Zeun. 17. *Alternis enim* Mss.chgDIO; Mod. l. c. *alterius autem* vi. *ulterius autem* a. *alternis saltibus enim* s–b. „*Τὸ saltibus* in nullo exemplari invenio. Non tamen ausculto. Cf. I, 6 [§ 33.] *sed eadem alternis saltibus custoditur aequalitas.*“ Gron. —

alias usus esset, hoc quidem loco sensu prohiberetur, ne ea uteretur.

post hoc] Saepius invenitur apud Macrobium, non est ergo dubitandum quin hoc loco sic scripserit pro *μετὰ ταῦτα*, quum, si scripsisset *post haec*, vox proxime sequens *spatia* ambiguitatem quandam provocasset.

binae medietates] Noli cogitare de duabus illis medietatibus, quas I, 6, 23. primus omnium quaternarius nactus esse dicitur, et quibus ib. § 28. vinciri dicuntur elementa. Platonis verba, quae Macrobius h. l. non accurate expressit, haec sunt: *ὥστε ἐν ἑκάστῳ διαστήματι δύο εἶναι μεσότητας, τὴν μὲν ταὐτῷ μέρει τῶν ἄκρων αὐτῶν ὑπερέχουσαν καὶ ὑπερεχομένην, τὴν δ' ἴσῳ μὲν κατ' ἀριθμὸν ὑπερέχουσαν, ἴσῳ δὲ ὑπερεχομένην.* Cf. Plut. de mus. c. 22. *τρεῖς εἰσι μεσότητες αἱ πρῶται .. ἀριθμητική, ἁρμονική, γεωμετρουμένη· τούτων ἡ μὲν ἴσῳ ἀριθμῷ ὑπερέχει καὶ ὑπερέχεται, ἡ δὲ ἴσῳ λόγῳ, ἡ δὲ οὔτε λόγῳ οὔτε ἀριθμῷ*, et c. 23. *καὶ τὰς μεσότητας ὑπὸ τῶν μεσοτήτων κατά τε τὴν ἐν ἀριθμοῖς ὑπεροχὴν καὶ κατὰ τὴν γεωμετρικὴν δύναμιν συμβαίνει.*

17. *Alternis*] sc. vicibus, non

monadem, quae et par et inpar est, primus par numerus poneretur, id est duo; deinde sequeretur primus inpar, id est tria; quarto loco secundus par, id est quattuor; quinto loco secundus inpar, id est novem; sexto loco tertius par, id est octo; septimo loco tertius inpar, id est viginti et septem: ut, quia inpar numerus mas habetur et par femina, ex pari et inpari, id est ex mare et femina, nasceretur, quae erat universa paritura, et ad utriusque soliditatem usque procederet, quasi solidum omne pe-
18 netratura. Deinde ex his numeris fuerat conponenda, qui soli continent iugabilem conpetentiam, quia omni mundo ipsa erat iugabilem praestatura concordiam. Nam duo ad unum dupla sunt, de duplo autem διὰ πασῶν symphoniam nasci iam diximus: tria vero ad duo hemiolium numerum faciunt, hinc oritur διὰ πέντε: quattuor ad tria epitritus numerus est, ex hoc conponitur διὰ τεσσάρων: item quattuor ad unum in quadrupli ratione censentur, ex quo symphonia δὶς διὰ πασῶν nascitur.
19 Ergo mundi anima, quae ad motum hoc quod videmus universitatis corpus inpellit, contexta numeris musicam de se creantibus concinentiam necesse est ut sonos musicos de motu, quem proprio inpulsu praestat, efficiat, quorum originem in fabrica suae
20 contextionis invenit. Ait enim Plato, ut supra retulimus, aucto-
[128] rem animae deum post numerorum inter se inparium contextionem hemioliis epitritis et epogdois et limmate hiantia intervalla
21 supplesse. Ideo doctissime Tullius in verbis suis ostendit Platonici dogmatis profunditatem. *Quid? Hic, inquam, quis est, qui conplet aures meas tantus et tam dulcis sonus? Hic est, inquit, ille qui intervallis disiunctus inparibus, sed tamen pro rata parte*
22 *ratione distinctis, inpulsu et motu ipsorum orbium efficitur.* Vides,

Mss. BCFSPR12G.]

animadvertere posse est v-a. „Nescio unde, chartacens cum quibusdam edd., etsi membranae vulgatum servent. Forte fuit: *anim. praesto est*, cuius explicatio primo superscripta deinde glossae locum invasit. Supra I, 13 [§ 16.] *quibus praesto sit ... surgere.*" Gron. — *illa contexio* (sup. add. *t*) CFDO. *contextio illa* R2. *illa contentio* S. — *quae par* (om. *et*) via, corrig. Mod. l. c. — *viginti et septem* BFR2s-hP. *XX septem* C. *XXVII* SR1O. *viginti septem* (om. *et*) v-gG. — *mari* Edd. Pl. 18. *erat componenda* R1. *componenda* (om. *fuerat*, sup. s. *fuit anima*) C. — *praestitura* R1. — *simphonia* (sup. *am*) *diapason nasci* B. *diapason nasci* (om. *symphoniam*) F. — *iam diximus*] c. 1, § 17. — *hemiolion* F. — *orietur* (sup. *oritur*) G. — *quattuor tria* (sup. *ad*) C. *quattuor* (sup. a sec. m. *ad tria*) R1. — *diatesseron* (B *e* corr. in *a*) F R12GIO. — *censetur* BCFR1. — *nascitur dis dia pason* C. *bis diapason nasc.* FR2. 19. *ad modum* P. — *continentiam* Gvl. — *suae* add. a sec. m. B. 20. *supra*] § 15. — *deum animae* via. — *inter se* add. a sec. m. R1. — *parium et imparium* F. — *in epitritis* (deleto *in*) G. 21. *extendit* (sup. *os*) C. — *profunditatem docmatis* R1. — *Quis hic* Edd. *Quis est hic* (sup. *Quid*) S. *Quid* (om. *Hic*) D. — *distinctus* B. *coniunctus* F. — *partium* (R2 a sec. m.) IOTr.Ben. *partes* D. — *rationis* B (C a sec. m.) F. — *distinctis* (sup. *vel ta*) R2.

minus quam *alternis saltibus* dicere poterat Macrobius. Exempla suppeditant lexica.

quae et par et impar est] Cf. § 12.

18. *ex his numeris etc.*] Cf. § 1.

20. *limmate*] Vid. not. ad c. 1, § 23.

ut intervalla commemorat et haec inter se inparia esse testatur, nec diffitetur rata ratione distincta, quia secundum Timaeum Platonis inparium inter se intervalla numerorum ratis ad se numeris, hemioliis scilicet epitritis et epogdois hemitoniisque, distincta sunt, quibus omnis canora ratio continetur.

23 Hinc animadvertitur, quia haec verba Ciceronis numquam profecto ad intellectum paterent, nisi hemioliorum epitritorum et epogdoorum ratione praemissa, quibus intervalla distincta sunt, et nisi Platonicis numeris quibus mundi anima est contexta patefactis, et ratione praemissa, cur ex numeris musicam creantibus anima intexta sit.

24 Haec enim omnia et causam mundani motus ostendunt, quem solus animae praestat inpulsus, et necessitatem musicae concinentiae, quam motui a se facto inserit anima innatam sibi ab origine.

III. Hinc Plato in Re publica sua, cum de sphaerarum [129] caelestium volubilitate tractaret, singulas ait Sirenas singulis orbibus insidere, significans sphaerarum motu cantum numinibus exhiberi. Nam Siren deo canens Graeco intellectu valet. Theologi quoque novem Musas octo sphaerarum musicos cantus et unam maximam concinentiam quae confit ex omnibus esse voluerunt.

2 Unde Hesiodus in Theogonia sua octavam Musam Uraniam vocat, quia post septem vagas quae subiectae sunt octava stellifera sphaera superposita proprio nomine caelum vocatur, et

[Edd. vicahgepdzb. *disiunctis* Tʀ. 22. *intra se esse imparia* F. — *ne diffidatur* (sup. *nec diffiditur vel diffitetur*) C. *nec dicetur* (sup. *diffit.*) R1. — *et epitritis* FBᴀʀ.Bᴇɴ.Tʀ. — *hemitonitque* Gveh. *semitoniisque* C. *hemitoniis quam* (corr. in *que*) R1. — *quibus omnibus* F. 23. *Hinc* Mss. (in uno R2 in rasura legitur *enim*) vc–gDIOLTʀ.Bᴇɴ. *Hic* i. *Hinc enim* s–b. — *intervalla numerorum* s–bFSP. — *quibus anima* (*mundi* add. a sec. m.) B. — *contexta est* F. *est concepta* v. — *anima contexta sit* ITʀ. 24. *Hic enim* v3i. — *continentiae* R1GviD. — *in natura sibi* (R1 a p. m.) via.

III. *Caput III. Aliis praeterea indiciis ac rationibus concentum illum motuum coelestium posse ostendi: quodque intervalla ea, quae esse in anima ratione sola intelliguntur, revera in ipso mundi corpore deprehendantur.* ch–b. 1. *Hic* (sup. *n*) R2. — *in Re publica*] lib. X, p. 617. — *deo canens* BCFSR12v–gGOP46E12H123M12Gu. „Angl." *dea canens* s–b PI. *canens* (om. *deo*) D. — *unum H2*. — *continentiam* R1Gv1. — *conficitur* S (R1 a p. m., R2 a sec. m.) DO. *cum fit* I. *constant* v1. *constat* v3–g; e membranis restituit *confit* Mod. N. L. op. 102, p. 453. — *voluere* Edd.PGI. 2. *Unde et* F. — *in Theogonia*] v. 78. —

22. *quibus .. continetur*] Cf. c. 1, § 14.

23. *quia*] Vid. not. ad I, 6, 62.

III, 1. *deo canens*] „*Θεῷ εἴρουσα, ἤγουν ᾄδουσα· σιοὺς γὰρ οἱ Δωριεῖς τοὺς θεούς.*" Cᴀᴍᴇʀ. — Cf. proximo antecedentia et § 5. *ex quibus duobus motibus primus in natura hymnus dicandus deo sumpsit exordium*, et M. Varronis etymologiam nominis *Sibylla* apud Lactantium I, 6, 7., ubi legitur: *σιοὺς enim deos. non θεούς, et consilium non βουλὴν sed βυλὴν appellabant Aeolico genere sermonis.* — Kopp. ad Martian. I, § 12. ait Platonem ludere vocibus *Σειρὴν* et *σειρὰ*, ut nexus inter orbes caelestes simul exprimeret.

2. *Uraniam*] Cf. Martian. I, § 27. *Urania stellantis mundi sphaeram per extimam concinit.*

ut ostenderet nonam esse et maximam quam conficit sonorum concors universitas, adiecit:

Καλλιόπη ϑ' ἣ δὴ προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασέων,

ex nomine ostendens ipsam vocis dulcedinem nonam Musam vocari, nam *Καλλιόπη* optimae vocis Graeca interpretatio est: et ut ipsam esse quae confit ex omnibus pressius indicaret, assignavit illi universitatis vocabulum: *ἣ δὴ προφερεστάτη ἐστὶν ἁπα-*
3 *σέων.* Nam et Apollinem ideo *Μουσηγέτην* vocant, quasi ducem et principem orbium ceterorum, ut ipse Cicero refert: *Dux et*
[130] *princeps et moderator luminum reliquorum, mens mundi et tem-*
4 *peratio.* Musas esse mundi cantum etiam Etrusci sciunt, qui eas

Mss. BCFSPR12G.]

sunt subiectae F. — *et maxime* gG. — *qua constat* v. — *soror* B. *sororum* ia (chg in mg.). Restituit *sonorum* Mod. l. c. „Lectio *sororum* non videtur repudianda propterea, quod in loco Hesiodi in Theog. v. 79, quem auctor spectat, ceterae Iovis filiae sororesque Calliopes commemorantur, quae *ἐπὶ γλώσσῃ γλυκερὴν χείουσιν ἀοιδήν*, h. e. ex sententia Macrobii: *ipsam vocis dulcedinem*, seu Calliopen, *conficiant*.“ Zeun. — *ΚΑΜΙΟΠΝΘΙΥΑΝΠΡΟΘΕCΤΑΤΝΕCΤΙΝΑΠΑCΕΩΝ* R1. *ΚΑΡΙΟΤΗΙΗCΤΙΡΟΙΡΕCΤΑΤΗΕCΤΙΝΑΠΑCΕΩΝ* F. *ΚΑΡΙΤΗΙ hetiporpectat hectinapaceon* C. *καλλιόπη ναγ προφειρεστάτη ἐστὶ δὶ ἁπασέων* H1. — *ϑ' ἥδε* v. — *ἁπασάων* vag. *ἁπασῶν* i. — *Nam ΑΛΝΟΙΤ* (sup. *Kalliope*) F. *ΟΛΝΟΗΙΤ* (add. a sec. m. *Nam*) C. — *interpretatione valet* F. — *ipsam eam* (sup. *esse*) R2. — *conficit* (sup. *confit*) R1. *conficitur* (R2 a sec. m.) D. *fit* S. *cum sit* vi. *constat* ch. *constet* ag. — *universitatis vocabulum illi assignavit* R2. — *vocabulum, videlicet* Edd.P. — *ΗΔΗΠΡΟΦΗΡΗCΤΑΤΗCΤΙΝΑΠΑCΕΩΝ* B. *ΗΔΕΝΠΡΟΦΕCΤΑΤΕCΤΙΝΑΠΑCΕΩΝ* R2. *ΗΛΗ ΠΡΟΦΕCΤΑΤΗ ΕCΤΙΝΑΠΑCΕΟΝ* F. *NedΠ ΡΟΗΡΗCpectatectin apaceon* C. *προφερεστάτη ἐστὶν δι ἁπασέων* H1. — *ἡ δὲ* S. *ἣ δὴ* om. v-g. — *ἐστὶν* om. Edd.P. — *ἁπασάων* vag. *ἁπασῶν* i. 3. *Nam* (om. *et*) R1v-g. — *ideo apollinem* R1. — *ΜΟΥCΕGΗΤΗΝ* B. *ΜΟΙCΗΓΕΤΗΝ* R1. *ΜΙΟΚΕCΕΝ* C. *ΜΙΟΚΗΕCΕΝ* (sup. *vel ΜΟΥCΕΓΗΤΕΙΝ*) F. *μουσήγετον* v-ag. — *omnium ceterorum* C. — *Dux*] Somn. IV, 2.
4. *cantum mundi* H2. *cantum mundum* M2. — *etiam etrusci sciunt* GIP4 M2H2. *etiam ethrusci. Erant* (sup. *vel rustici sciunt*) „membr. 1“ Gron. *etrusci sciunt* (om. *etiam*, et corr. in *et rustici*) „membr. 2“ Gron. *etiam et rustici sciunt* BCPR1 (R2 sup. *etrusci*) OE1H1M1. *etiam etrusticiscunt* H2. *et rustici sciunt* (om. *etiam*) F. *etiam rustici sciunt* S

nonam esse et maximam] Cf. Plat. Phaedr. p. 259 Steph. *τῇ δὲ πρεσβυτάτῃ Καλλιόπῃ καὶ τῇ μετ' αὐτὴν Οὐρανίᾳ .. αἳ δὴ μάλιστα τῶν Μουσῶν περί τε οὐρανὸν καὶ λόγους οὖσαι θείους τε καὶ ἀνθρωπίνους ἱᾶσι καλλίστην φωνήν*, et Kopp. ad Martian. I, § 1., qui I, § 28. aliter *Calliope* inquit *orbem complexa Cyllenium*.

sonorum concors universitas] His verbis respondent sequentia *ipsam vocis dulcedinem*, nec dici potest *sororum universitas*: minime igitur dubitandum est de codicum scriptura.

3. *Apollinem*] *id est solem*, ut ait Macrobius Sat. I, 17, 23., ubi (§ 3.) ex iisdem his verbis vult probare solem esse *omnium quae circa nos geruntur auctorem*.

4. *etiam Etrusci sciunt*] Sequentibus *qui .. dixerunt* commodius sane responderet perfectum tempus *sciverunt* (cf. II, 7, 7., *et ipsum autem scisse Ciceronem .. ex verbis eius ostenditur*), quod si *sciüunt* scriptum erat, facile in *sciunt* potuit abire. Cum hoc in epistola ad me data Alb. Iahnius confert Graecum *οἶδασι*, de quo iubet consuli ipsius Symbolas ad Philostr. V. S. p. 100. et Krabingerum ad Gregor. Nyssen. de precat. p. 155 et 174, b. Idem de musica similia ac Macrobium monet docere Olympiodorum in Platonis Gorgiam, Cod. Monac. 144. f. 85b.

Camenas quasi canenas a canendo dixerunt. Ideo canere caelum etiam theologi conprobantes sonos musicos sacrificiis adhibuerunt, qui apud alios lyra vel cithara, apud nonnullos tibiis aliisve musicis instrumentis, fieri solebant. In ipsis quoque hymnis deo- 5
rum per stropham et antistropham metra canoris versibus adhibebantur, ut per stropham rectus orbis stelliferi motus, per antistropham diversus vagarum regressus praedicaretur: ex quibus duobus motibus primus in natura hymnus dicandus deo sumpsit exordium. Mortuos quoque ad sepulturam prosequi oportere 6
cum cantu plurimarum gentium vel regionum instituta sanxerunt persuasione hac, qua post corpus animae ad originem dulcedinis musicae, id est ad caelum, redire credantur. Nam ideo in hac 7
vita omnis anima musicis sonis capitur, ut non soli qui sunt habitu cultiores verum universae quoque barbarae nationes cantus quibus vel ad ardorem virtutis animentur vel ad mollitiem voluptatis resolvantur exerceant, quia in corpus defert memoriam musicae cuius in caelo fuit conscia, et ita delenimentis canticis

[Edd. vicahgspdab.

v–g (chg in mg. *al. Hetrusci*) DP6E2H3Gv. „chart." Gron. *etiam sciunt* (om. *Etrusci*) s–b. „Non dubito quin scripserit auctor: *etiam Etrusci scierunt*. Quod probare multis nihil attinet, cum Etruscae circa ista sacra disciplinae in veterum libris quam maxime sint τεθρυλλημέναι. Nisi forte malis: *et prisci scierunt*." Gron. — *apud alios ydraulis lyra* F. — *et cythara* v–g. 5. *vagarum recursus* C. — *primus qui est stellifer* Bar. — *ymnis* (sup. *us*) *dicandus* F. *ymnis* (sup. *us*) *dicandis* (sup. *us*) C. — *deorum sit* (sup. *deo sumpsit*) F. *deorum sumpsit* (sup. *vel deo*) C. 6. *vel religionum* g in mg. *vel religiosorum* C (R1 a sec. m.). — *qua* BCFSGv–gDO. „Ita quidem legibus elegantiae consulitur, sed cum noster alibi, ut c. 2 [§ 23.] particula *quia* pro *quod*, aut, quod leges linguae suadent, pro accusativo et infinitivo utatur, vero simile est, hic quoque *quia* a manu auctoris esse." Zeun. *quia* (C sup. lin.) s–bPR12I. 7. *non solum* (C a sec. m.) FP v–g (O in ras.). — *nationes barbarae* F. — *revolvantur* (sup. *res.*) F. — *quia anima in corpus* s–bD. *quia anima corpus* P. — *in caelo ... quod*

Camenas .. a canendo] Cf. Varro L. L. VII, § 26 seq. Festus ap. Paul. III, p. 43 Muell. Servius ad Virg. Ecl. III, v. 59.

sacrificiis adhibuerunt] Cf. Censorin. 12, 2., Martian. IX, § 924.

5. *orbis stelliferi motus* etc.] Cf. lib. I, c. 18.

6. *Mortuos quoque ad sepulturam prosequi oportere cum cantu*] „Hinc apud Glossographum: ὕμνοι ἐπὶ τῶν νεκρῶν, *naeniae*, et apud Agellium [Gell. XX, 2, 3.] *Siticines dicti*, *quod apud sitos*, *id est vita functos*, *canebant*. Quales erant et praeficae, nisi quod lamentabilior harum fuerit clangor. Macrobius autem hoc loco quarundam gentium peculiare institutum notat, quibus hilariores erant et gaudentes exequiae. Et addit: *hac persuasione .. ad caelum redire credantur*. Fortassis itaque et Christianorum eo aevo ritus hic aspexerit Aurelius [i. e. Macrobius]. D. Hieronymus in funere Fabiolae: *Sonabant psalmi et aurata templorum reboans in sublime quatiebat aleluia*, ubi adnotat eruditissimus scholiastes: *Canebatur aleluia quasi gratulantium quod evolasset ad coelum*." Pont. — De Christiana disciplina minime cogitandum est; cf. I, 1, 7. *quo anima post corpus evadat*, *vel unde ad corpus veniat*, alia similia. Martian. IX, § 925.: *irasque inferas per naenias sedavere*.

7. *quibus .. resolvantur*] Cf. Martian. IX, § 925 sq., Censorin. 12, 3.

in corpus defert memoriam musicae] „Haec quoque sapiunt Platonismum, seu potius Pythagorae opinionem, qui statuebat τὴν μάθησιν nihil esse nisi ἀνάμνησιν.

occupatur, ut nullum sit tam inmite tam asperum pectus, quod
8 non oblectamentorum talium teneatur affectu. Hinc aestimo et
Orphei vel Amphionis fabulam, quorum alter animalia ratione
carentia alter saxa quoque trahere cantibus ferebantur, sumpsisse
principium, quia primi forte gentes vel sine rationis cultu bar-
[131]baras vel saxi instar nullo affectu molles ad sensum voluptatis
9 canendo traxerunt. Ita denique omnis habitus animae cantibus
gubernatur, ut et ad bellum progressui et item receptui canatur
cantu et excitante et rursus sedante virtutem: *dat somnos adimit-
que,* nec non curas et inmittit et retrahit, iram suggerit, clemen-
tiam suadet, corporum quoque morbis medetur: nam hinc est
10 quod aegris remedia praestantes praecinere dicuntur. Et quid

Mss. BCFSPR12G.]

non add. in mg. a sec. m. C. — *occupatur* (sup. *vel occupati*) in mg. C. *occupantur* v. — *sit immite* (sup. add. *tam*) R1. 8. *extimo* v1. *existimo* v3-g. — *et amphionis* 1Bar.Ben.*H*1. — *fabula* B. — *alter quoque saxa* B. *alter saxa quoque saxa* (*saxa* priore del.) C. — *ferebantur* BFSPR12Gu.DIO „3 Angli." *ferebatur* CvihgbTr. „in omnibus antiquis habetur." Gron. *referebantur* s-z. — *sumpsisse exordium* (sup. *principium*) C. — *primi omnium forte* FBar.LBen. — *mobiles* ch-bP. *molles* Mss. et Edd. rell. DIO et „omnes antiqui" Gron. 9. *ut ad* C sup. add. *et*, R1 om. *et*. *et ut ad* (sup. *ut et*) F. — *progressio* C*H*2. *progressioni* FBen. — *et iterum* R1. — *cantatur* C a p. m.; *H*2. *canetur* C a sec. m.; F. — *cantus* C. — *rursusque* F. — *adimitque metum* Bar. — *et remittit* F. — *suggeret* F. — *dicantur* h. 10. *Ec-*

Vid. Plat. Phaed. sect. 18 seqq." Zeun. — Cf. Censorin. de die nat. c. 12, § 3. *Hominum quoque mentes et ipsae, quamvis Epicuro reclamante, divinae suam naturam per cantus agnoscunt.* Martian. IX, 921 seqq.

8. *quorum alter .. alter .. ferebantur*] Cf. Cic. de imp. Pomp. 2, § 4. *quorum alter relictus alter lacessitus occasionem sibi ad occupandam Asiam oblatam esse arbitrantur.*"

gentes .. barbaras] Cf. Lobeck. Aglaoph. I, p. 235.: „Non feras, ut vulgo dicitur, sed homines feros et silvestres ad mansuetioris vitae cultum ab Orpheo traductos esse Rhetorici interpretantur, Dio, Maximus, Heraclides, Quintilianus, Macrobius. Vid. Markland. ad Max. Tyr. XXXVII, 6, 210. et Horatii imitator Palladius in Allegoria Orphei, v. 10."

nullo affectu molles] i. e. quae nullo affectu molliantur. Constructio sane facilius procedit, si legimus *mobiles;* sed cf. § 7. *quibus .. ad mollitiem voluptatis resolvantur.* Martian. IX, § 923. *ferociam animi tibiis aut fidibus mollientes*, et § 920. *ut in .. mollitiem intima mentium liquescat affectio.*

9. *dat somnos adimitque*] „Locus Aeneid. IV, 244., sed alio sensu. Nam apud Virgilium dicitur in Mercurio, qui animas in Orcum deducit et inde in vitam reducit." Zeun.

morbis medetur] Cf. Martian. IX, § 926. *Perturbationibus animorum corporeisque morbis medicabile crebrius carmen insonui*, et quae sequuntur, Censorin. 12, § 4., Gell. N. A. IV, 13.

quod aegris remedia praestantes praecinere dicuntur] Gronovius nos delegat ad patris Observationum lib. II, cap. 1., ubi inter alia p. 167. leguntur haec: „Ἐπῳδοὶ ipsi tactu utebantur .. Hi Latinis *praecantatores* .. Ex his quoque constat apud Macrobium lib. II. in Somn. Scip. cap. 3. non addendam voculam *mulieres* vel *anus*, quae ob similitudinem praecedentis vocis *praestantes* exciderit, ut placebat Scipioni Gentili ad Appuleii Apologiam. Neque enim praecantatores mulieres vel anus." — Vir ille doctus videtur respexisse ad Tibull. Eleg. I, 5, 9 seqq. *Ille ego, cum tristi morbo defessa iaceres, Te*

mirum, si inter homines musicae tanta dominatio est, cum aves quoque, ut lusciniae, ut cygni aliaeve id genus, cantum veluti quadam disciplina artis exerceant, nonnullae vero vel aves vel terrenae seu aquatiles beluae, invitante cantu in retia sponte decurrant, et pastoralis fistula pastum progressis quietem imperet gregibus? Nec mirum. Inesse enim mundanae animae causas 11 musicae, quibus est intexta, praediximus: ipsa autem mundi anima viventibus omnibus vitam ministrat:

Hinc hominum pecudumque genus vitaeque volantum
Et quae marmoreo fert monstra sub aequoro pontus.

Iure igitur musica capitur omne quod vivit, quia caelestis anima, qua animatur universitas, originem sumpsit ex musica. Haec, 12 dum ad sphaeralem motum mundi corpus inpellit, sonum efficit qui *intervallis* est *disiunctus inparibus, sed tamen pro rata parte ratione distinctis*, sicut a principio ipsa contexta est. Sed haec intervalla quae in anima, quippe incorporea, sola aestimantur ratione, non sensu, quaerendum est utrum et in ipso mundi corpore dimensio librata servaverit. Et Archimedes quidem stadio- 13 rum numerum deprehendisse se credidit quibus a terrae super- [132] ficie luna distaret, et a luna Mercurius, a Mercurio Venus, sol a Venere, Mars a sole, a Marte Iuppiter, Saturnus a Iove: sed et a Saturni orbe usque ad ipsum stelliferum caelum omne spatium

[Edd. vicahgspdzb.

quid v-gG. — *dominatio* (sup. *denominatio*) R1. — *quoque* om. C; add. sup. O. — *et* (sup. *ut*) *lusciniae* R2. — *et cygni* R1 (R2 sup. *ut*) v-g. — *habentes cantum* H1. — *artis disciplina* R2. — *vero aves* (*vel* add. a sec. m.) B. — *pastum* BFSR12v-gGDOTR. (L a sec. m.) E12H123 (in H2 *a* add. a rec. m.) „ut *pastum* sit supinum. Non male.“ Zeun. *ad pastum* a-bPI. *in pastum* BEN. *a pastu* C „membr.“ Mod. N. L. ep. 102, p. 453. — *progressum* PG. 11. *Inesse* (om. *enim*) BCF. — *musicae causas* R2. *causas* (om. *musicae*) TR. — *intexta est* R2. *esse intextam* CG. *eam esse intextam* F. — *quam praediximus* R1. — *praediximus*] c. 2, § 19. — *Hinc*] Virg. Aen. VI, 728., ubi legitur *Inde*; sed *Hinc* apud Serv. ad V, 517. — *pecudumque hominumque* BEN. — *interque* (sup. *viteque*) R1. — *marmareo* h. *marmoreae* R1. *marmoreus* BEN. — *capitur* add. a sec. m. B. — *quod vivum* (sup. add *est*) R1. 12. *corpus implebit* (sup. *impellit*) R1. — *intervallis*] Somn. V, 1. — *intervallis disiunctus imparibus* (om. *est*) vichg. *intervallis est distinctus imp.* a. *intervallis coniunctus est disparibus* F. — *partium* R2 a sec. m.; IOL. *partitione* (om. *ratione*) F. — *ratione* (corr. in *is*) C. — *distinctus* SR2. — *sibi ad* (sup. *sicut a principio*) R1. — *solo* G. — *estimatur* B. *extimantur* v1. *existimantur* Cv3-g. — *et ipso* C sup. add. *in*; F om. *in*. — *etiam ipso in* v-g. — *corpore mundi* B. 13. *Archidemides* F. *Archimenides* vic (c in mg. *Al. Archimedes*). — *numerum se deprehendisse* B. *numerum deprehendisse* (*se* add. ante *depr.*) F. *deprehendisse numerum se* C. — *credit* (sup. *didit*) F. — *e terrae* R2. — *a luna* (om. *et*) v-g. — *sed a saturni orbe* (om. *et*) G. *sed saturni ab orbe* C (R1 sup. add. *et*). *sed et staurni ab orbe* R2. — *stelliferum cursum* „Membranae; quam vocem a Macrobio retentam verosimillimum

dicor votis eripuisse meis. Ipseque ter circumlustravi sulfure puro, Carmine cum magico praecinuisset anus.

10. *nonnullae vero aves* etc.] Cf. Martian. IX, § 927.

11. *ipsa autem* etc.] Zeunius conferri iubet Lactant. de falsa rel. I, 5.

13. *Archimedes*] Ciceroni in statuendo ordine planetarum dicitur consentire I, 19, 2. Pythagorae rationem prodiderunt Plin. N. H. II, 21, s. 19., Censorin. de die. nat. c. 13, 3 seqq. Cf. etiam Martian. II, § 169 seqq.

14 se ratione emensum putavit. Quae tamen Archimedis dimensio a Platonicis repudiata est quasi dupla et tripla intervalla non servans: et statuerunt hoc esse credendum, ut, quantum est a terra usque ad lunam, duplum sit a terra usque ad solem: quantumque est a terra usque ad solem, triplum sit a terra usque ad Venerem: quantumque est a terra usque ad Venerem, quater tantum sit a terra usque ad Mercurii stellam: quantumque est ad Mercurium a terra, novies tantum sit a terra usque ad Martem: et quantum a terra usque ad Martem est, octies tantum sit a terra usque ad Iovem: quantumque est a terra usque ad Iovem, septies et vicies tantum sit a terra usque ad Saturni
15 orbem. Hanc Platonicorum persuasionem Porphyrius libris inseruit quibus Timaei obscuritatibus nonnihil lucis infudit, aitque eos credere ad imaginem contextionis animae haec esse in corpore mundi intervalla, quae epitritis hemioliis epogdois hemitoniisque conplentur et limmate, et ita provenire concentum, cuius ratio in substantia animae contexta mundano quoque corpori,
16 quod ab anima movetur, inserta est. Unde ex omni parte docta et perfecta est Ciceronis adsertio, qui *intervallis inparibus, sed tamen pro rata parte ratione distinctis,* caelestem sonum dicit esse disiunctum.

[133] IV. Nunc locus ammonet, ut de gravitate et acumine sonorum diversitates quas adserit revolvamus. *Et natura fert, ut*

Mss. BCFSPR12G.]

est.“ Gron. „Forte legi debet *stelliferi coeli cursum.* Nam primum Gron. membr. habent *cursum*, deinde *stelliferi coeli cursum* sunt verba Ciceronis, quae hic repeti ab auctore admodum sit verosimile ex consuetudine qua eum passim usum esse videmus.“ Zeun. — *mensum* (C sup. add. *e*) Gv. 14. *Archidemidis* F. *archimenidis* vicH2. *archimedes* O. — *sit duplum a terra* B. *duplum sit a luna* H1. — *quantum* (om. *que*) SR1. *quantumcumque* C. — *triplumque sit a terra usque ad mercurium* (om. *ad Venerem ... ad Mercurii stellam*) F. — *ad venerem. quantum est* (om. *que*) S. *quantumque* (om. *est*) R12G. — *stellam. quantum est* (om. *que*) SR1. *quantumque* (om. *est*) B. *quantumcumque est* C. — *a terra ad mercurium* F. — *ad martem* (om. *est*) R1. — *ad iuvem. quantum est* (om. *que*) F. — *vigies* BF (R1 sup. c). — *sit tantum* v-g. 15. *Platonicam* v-gG. — *libris suis* s-b. *in libris suis* F. — *in quibus* F. — *infulcit* (sup. *infudit*) C. — *Atque eos dicit* F. — *intextionis* (sup. *con*) R1. — *animae esse* (om. *haec*) s-z. — *et quae* v. — *et epogdois* Edd.GI. — *hemitonisque* vichg. — *et liminatae* v. — *concentum provenire* C. — *mundoque* (sup. *mundano quoque*) *corpori* R1. — *quid* (sup. *vel quod*) R1. — *est inserta* R2. 16. *sed tantum* chg (g in mg. *tamen*). — *partium* R2 a sec. m., LTa. — *rationis* C a sec. m., F. — *coniunctum* (sup. *vel disiunct.*) F.

IV. *Caput IV. Qui fiat, ut inter sonos coelestis illius concentus alius acutior sit, alius gravior: quodnam ibi melodiae sit genus; et cur sonus ille a nobis non audiatur.* ch-b. 1. *ammonet locus* R1. — *sonorum*

14. *dupla et tripla intervalla non servans*] Haec in sequentibus ita servata voluit Macrobius, ut numeris 1, 2, 3, 4, 9, 8, 27 (de quibus vid. Comm. I, 6, 46.) non intervallum quod esset inter terram et lunam, sed intervalla quae essent inter terram et proximam quamque stellam antecedentem multiplicarentur, ut ratio, quam Forbiger (Handb. d. alt. Geogr. vol. I, p. 522.) instituit hoc loco allato, cum hoc minus conveniat quam cum ratione Platonis, de qua vid. c. 2, § 15.

15. *epitritis* etc.] Cf. c. 2, § 20.

extrema ex altera parte graviter, ex altera autem acute sonent: quam ob causam summus ille caeli stellifer cursus, cuius conversio est concitatior, acute excitato movetur sono, gravissimo autem hic lunaris atque infimus. Diximus numquam sonum fieri nisi aere 2
percusso. Ut autem sonus ipse aut acutior aut gravior proferatur, ictus efficit, qui, dum ingens et celer incidit, acutum sonum praestat, si tardior lentiorve, graviorem. Indicio est virga, quae, 3
dum auras percutit, si inpulsu cito feriat, sonum acuit, si lentiore, in gravius frangit auditum. In fidibus quoque idem videmus, quae, si tractu artiore tenduntur, acute sonant, gravius laxiores. Ergo et superiores orbes, dum pro amplitudine sua im- 4
petu grandiore volvuntur, dumque spiritu, ut in origine sua, fortiore tenduntur, propter ipsam, ut ait, *concitatiorem conversionem acute excitato moventur sono: gravissimo autem hic lunaris atque*

[Edd. vicahgspdzb.

gravitates (sup. *diversitates*) F. — *Et natura*] Somn. V, 1. — *summus* om. FD. — *stelliferi* zb. — *acute et* ITr.Ben. *acuto et* O*H*1, ut Edd., Somn. l. c. — *excitate* D. 2. *Diximus*] Cf. c. 1, § 5. — *efficitur* B. — *lentiorve* BFSR12v-g (cbg in mg. *lenior*) GDIOE12H13M12. *leniorve* s-bCP Mod. N. L. ep. 102, p. 454. „ex membranis." „Firmat quod sequitur, *si leniore*, ubi tamen libri alii *lentiore*. Sed illud retinuerim." Pont. *leviorve* H2. — *gravior est* BR2. 3. *impulso* F. — *ferit* PR2v-g. — *si lentiore* CFPv-gDE12H13 „ex membranis" Mod. l. c. *si lentior* s-b. „Utrum industria an dissimulatione Pontani sic exhibuerint typographi, parum liquet: certe alio modo allegat in notis, quam habent editiones." Gron. *si leniore* SR12Gs-bIOP46M1. *si lenior est* B. *si leviore* M2. — *in gravius* BSPR12Gv-pDIOP4H123 M12*H*12. *gravius* (om. *in*) CFdzbP6E12 Mod. l. c. — *frangit* BCFSR12 GDIOP46E12H123M12*H*12. *ferit* Edd.P Mod. l. c. *flectit* „optimae membranae" Gron. — *auditu* E1. — *tractatu* B. — *arciore* (sup. *vel alciore*) C. *altiore* BF (E2 sup. *artiore*). *acriore* P6. — *acutae* M1. — *gravius laxiores* B (C corr. in *laxiore*) FPR12GviaDOP46H12*H*2. *gravius laxiore* cbg Mod. l. c. (E1 sup. *si gravius*, E2 sup. *sonent tractu*, H3, eraso *s*). *gravius si laxiores* SIM1*H*1 „membranae, quas probem." Gron. *si laxiore gravius* s-b. 4. *Ergo et dum* add. a sec. m. C. — *grandiore* (sup. *viore*) R1. — *in regione sua* cabg; Mod. l. c. restituit *in origine sua*, quod in marg. legitur in cbg. „Malim *sui*." Pont. — *fortiore trahuntur* C (F sup. *tend.*). — *acute et excitato* FOTr.Ben.

IV, 3. *si lentiore*] sc. impulsu feriat.

in gravius frangit auditum] Haec opponuntur antecedentibus: *sonum acuit*, ergo sensus sit necesse est: „debilitat sonum et graviorem reddit." Memoratu dignum est *auditum* positum esse pro sono auditu percipiendo. Verbo *frangere*, ut Macrobius ipse infra § 6, sic Quintilianus similiter aliquando utitur, ut si XI, 3, 20. dicit: *quarum* (faucium) *vitio et frangitur et obscuratur .. vox;* XII, 11, 2. *quibus* (voce, latere, firmitate) *fractis aut imminutis;* I, 4, 11. et XII, 10, 29. *consonantem frangit.* Denique *in gravius frangit* comparari potest cum Salustiano (Iug. 73, 5.) *in maius celebrare* et similibus, quae congessit Hand. Tursell. III, p. 331.

laxiores] i. e. si laxiores sunt. Opponitur antecedentibus, *si tractu artiore tenduntur.*

4. *dum .. volvuntur*] „Capiet Macrobius de diurno cursu, qui indubie concitatissimus in supremis, si ambitionis videamus ad inferiores orbes disparilitatem et tamen progressionis aequalitatem. Alias autem, et aspectu annui motus, Saturni orbem tardissimum intelligi pervulgatum est." Pont. Cf. not. Zeun. ad § 11.

infimus, quoniam spiritu, ut in extremitate, languescente iam volvitur, et propter angustias quibus penultimus orbis artatur impetu leniore convertitur.

5 Nec secus probamus in tibiis, de quarum foraminibus vicinis inflantis ori sonus acutus emittitur, de [134] longinquis autem et termino proximis gravior: item acutior per patentiora foramina, gravior per angusta. Et utriusque causae ratio una, quia spiritus ubi incipit fortior est, defectior ubi desinit: et quia maiorem impetum per maius foramen inpellit, contra autem in angustis contingit et eminus positis.

6 Ergo orbis altissimus, et ut in inmensum patens et ut spiritu eo fortiore quo origini suae vicinior est incitatus, sonorum de se acumen emittit: vox ultimi et pro spatii brevitate et pro longinquitate iam frangitur.

7 Hinc quoque apertius adprobatur spiritum, quanto ab origine sua deorsum recedit, tanto circa inpulsum fieri leniorem, ut circa terram, quae ultima sphaerarum est, tam concretus tam densus habeatur, ut causa sit terrae in una sede semper haerendi, nec in quamlibet partem permittatur moveri obsessa undique circumfusi spiritus densitate: in sphaera autem ultimum locum esse qui medius est antecedentibus iam probatum

Mss. BCFSPR12G.]

acuto et excitato 1*H*1. — *ut extremitate* I (om. *in*); R2 (sup. add. *in*). — *etenim propter* v. — *pene ultimus* Bar.Ben. — *aptatus* (sup. *r*) B.
5. *inflantis ori* BSR2GDIO. *inflantis oris* CFR1. *ori inflantis* i-bP. *inflatis ori* v1. *ori inflatis* v3. — *termino proximis* B (R1 a p. m.) R2 v-gbPGDI (O sup. add. *longiore*) P4H12Gu. (E2 a sec. m.). *termino longiore* (R1 a sec. m.) H3E1 (E2 a p. m.). *termino positis* P6. *termino longiore positis* CFSs-z*H*1. „Explicanda haec remittimus auctori suo: neque enim videmus, qui tolerari possint. Legimus interim cum primis exemplaribus *et termino proximis*." Gron. „Recte indicat Gronovius." Zeun., qui tamen utramque lectionem inter se conciliatam et copulatam putat parere posse foetum haud infelicem: *et termino propius positis*. Ceterum vid. not. — *una* BCR12v-gGDIOP4. *una est* s-b FSP. — *defectio* B. — *et quod* (sup. *pro quia*) C. — *contigit* (R2, sup. *n*) Gh. 6. *et ut inmensum* (om. *in*) C. *et immensum* (om. *ut in*) O. *ut ist immensum* I. — *fortior est* B. — *ultimi pro* (om. *et*) c-g. — *iam* add. a sec. m. C. 7. *spiritus* (sup. *tum*) C. — *quanto* BSR2 vP46 (E1 a p. m.) H2M2. „Restitue *quanto* ... *tanto*. Quod non capientes nuper mutaverunt eodem ausu quo etiam Ovid. Met. VIII, 749. Fortassis etiam hoc pacto corrigendus Macrobius h. lib. c 1 [§ 22.], ubi vulgo: *quantum distant*." Gron. *quando* M1. *quantum* CFR1i-bPGDIO (E1 a sec. m.) E2H13. — *origine* (om. *ab*) R2. — *tanto* BCR12v-gGO P46H123M12Bar.Tr.L. „Recte, sed si mutaveris *quantum* in *quanto*, uti Gronovio placet." Zeun. *tantum* s-bFSPDI. — *leviorem* CF. — *quod circa* c-g. — *est sperarum* C. — *et tam densus* FBar.Ben. — *ut sit causa* F. *causa sit* (om. *ut*) v. — *antecedentibus*] Cf. I, 22, 4.

5. *de longinquis autem et termino proximis*] Cf. I, 21, 5. *qui summo propior est*. „*Terminus* significat hic extremam tibiae partem, *origini suae* [immo origini spiritus, cf. § 6.], i. e. ei parti, quae ori inflantis applicatur, oppositam. Igitur non nisi unus terminus esse potest, et *terminus longior* est alienus ab hoc loco." Zeun. — Vid. appar. crit. et Martian. IX, § 940.

7. *quanto .. deorsum recedit*] Quum nullus adsit comparativus dicendum erat *quantum*, sed etiam *quanto*, quod legitur in codd. plerisque, ferri potest. Vid. quae congessit F. Haasius in Reisig. lat. Sprachwiss. not. 400.

est. Ergo universi mundani corporis sphaerae novem sunt. 8 Prima illa stellifera, quae proprio nomine caelum dicitur et ἀπλανής apud Graecos vocatur, *arcens et continens ceteras.* Haec ab oriente semper volvitur in occasum: subiectae septem, quas vagas dicimus, ab occidente in orientem feruntur: nona, terra, sine motu. Octo sunt igitur quae moventur: sed septem soni 9 sunt qui concinentiam de volubilitate conficiunt, propterea quia Mercurialis et Venerius orbis pari ambitu comitati solem viae [135] eius tamquam satellites obsecuntur et ideo a nonnullis astronomiae studentibus eandem vim sortiri existimantur, unde ait: *illi autem octo cursus, in quibus eadem vis est duorum, septem efficiunt distinctos intervallis sonos; qui numerus rerum omnium fere nodus est.* Septenarium autem numerum rerum omnium nodum 10 esse plene, cum de numeris superius loqueremur, expressimus: ad inluminandam, ut aestimo, obscuritatem verborum Ciceronis de musica tractatus succinctus a nobis qua licuit brevitate sufficiet. Nam netas et hypatas aliarumque fidium vocabula percur- 11

[Edd. vicahgspdzb.

8. *Universo ergo* R2. — *nomine proprio* R2. — *dicitur coelum* v-g. *caelum vocatur* F. — *apud graecos dicitur* F. — *arcens*] Somn. IV, 2. — *volvitur semper* R1. *semper vertitur* I. — *diximus* CF. — *nona terra sine motu est* BAR.BEN. *nona motu terra est* (sup. add. *sine*) C. *nam sine motu est terra* F. 9. *Sunt igitur octo* R2. — *soni sunt* (om. *qui*) G. *sonis qui* (om. *sunt*) v. — *continentiam* G. — *praeterea* C. — *veneris* via. *venereus* chg. — *sortiti* BH2BAR.LTR. — *extimantur* v1. — *illi*] Somn. V, 2. — *autem* om. C. — *vis eadem est modorum* (corr. in *duorum* R2. *eadem vis est duorum, Mercurii et Veneris.* a. — *distinctos sonos intervallis* F. *sonos intervallis distinctos* R2. — *nodus est fere* R1. *est fere nodus* R2. *fere est nodus* G. *nodus est* (om. *fere*) L. 10. *omnium rerum* R2. *omnium* (om. *rerum*) v. — *superius* om. C. Cf. 1, 6, 34. — *inluminandam* CFSOH2 „4 Angl." *illuminandam* R12bP. *illuminand* (erasis ultimis literis) B. *illuminandum* v-zGDI. — *ut extimo* v1. *ut existimo* v3-g. — *obscuritatem ut aestimo* R2. *ut aestimo* (om. *obscuritatem*, sed post *verborum* sup. add. *obscurationem*) R1. — *qua a nobis* R1. — *sufficiat* CG. 11. *necias* (sup. a sec. m. *netas*) C. — *aliorumque* (sup. *a*) C. *aliarum* (om. *que*) R1. — *perqui-*

8. *ut causa sit terrae in una sede semper haerendi*] Forsitan aliquis e loco simili I, 22, 6. *haesit in imo*, et ib. § 7. *et imum relinquit*, coniecerit h. l. legendum esse *in ima sede*, ut *una* et *ima* confunduntur I, 19, 10. et 20, 28. At id necessarium non esse ex eodem illo loco elucet. Cf. Somn. V, 2. et Martian. VI, § 599. *quam in medio imoque mundi immobilem stare.*

8. *Haec ab oriente* etc.] Cf. lib. I, c. 18.

nona, terra] Cf. Somn. V, 2. et lib. I, c. 22.

9. *pari ambitu comitati solem*] Cf. I, 18, 4.

viae eius .. obsecuntur] Viae solis dicuntur obsequi Mercurialis et Venerius orbis, ut solis voluntati videantur obtemperare.

a nonnullis astronomiae studentibus] „Lego apud Senecam [ep. 108, § 4.]: *ea philosophiae vis est, ut non solum studentes, sed etiam conversantes iuvet*, et iterum: *Minore labore opus est studentibus in diem.*" PONT. — De re vid. I, 19, 4.

11. *netas et hypatas*] „*Neta* est ima chorda, et summa in fidibus dicitur *hypata*. Cf. Vitruv. V, 4. et Martian. Capell. lib. IX, cap. de tropis et tonis [§ 931.]. Nicomachus in Enchiridio de Harmonia *hypaten* Saturno propter tardissimum motum (intellige motum annuum, non diurnum) locumque in caelo supremum tribuit, et *neten*

rere et tonorum vel limmatum minuta subtilia, et quid in sonis pro litera, quid pro syllaba, quid pro integro nomine accipiatur,
12 adserere ostentantis est, non docentis. Nec enim, quia fecit in hoc loco Cicero musicae mentionem, occasione hac eundum est per universos tractatus qui possunt esse de musica, quos, quantum mea fert opinio, terminum habere non aestimo: sed illa sunt persequenda, quibus verba quae explananda receperis possint liquere: quia in re naturaliter obscura qui in exponendo plura quam necesse est superfundit, addit tenebras, non adimit densi-
13 tatem. Unde finem de hac tractatus parte faciemus adiecto uno quod scitu dignum putamus: quia, cum sint melodiae musicae tria genera, enarmoniam diatonum et chromaticum, primum quidem propter nimiam sui difficultatem ab usu recessit, tertium vero est infame mollitie: unde medium, id est diatonum, mun-
14 danae musicae doctrina Platonis ascribitur. Nec hoc inter prae-
[136]tereunda ponemus, quod musicam perpetua caeli volubilitate nascentem ideo clare non sentimus auditu, quia maior sonus est

Mss. BCFSPR12G.]

rere v–g (chg in mg. *percurrere*). — *tenorum* s–zI. „Ed. vet. *tonorum*. Rectissime. Nam supra c. 1. [§ 22 seq.] distinguit inter *tonos* et *semitonia*, quae *λείμματα* Platoni vocentur.“ Zeun. — *minuta subidia* (sic) „Ms.“ — *pro syllaba* (om. *quid*) R1. — *adsuere* g in mg. — *ostentis* R1. 12. *quod fecit* (sup. *vel quia*) C. — *mentionem musicae* F. *mentionem* (om. *musicae*) I. — *eundem est* R2. — *fert mea* R1. — *extimo* v1. *existimo* v3–g. — *persequenda sunt* F. *sunt perquirenda* R1D. — *susceperis* F. — *posš* (sup. *sint*) *liquere* C. *liquere possint* F. — *qua* (sup. *i*) *in re* F. 13. *fidem* (sup. *n*) F. — *faciam* C. — *adiecto* (add. a sec. m. *uno*) C. — *dictu dignum* C. — *enarmonicum* viagG. — *chromaticum* (om. *et*) F. *et cromaticum* R2. — *difficultatem sui* F. *facultatem* (sup. *diffic.*) *sui* R1. — *recedit* Tr. — *infame est* R2. — *propter molliciam* F. — *diatonium* R1. 14. *Nec inter praetereunda pone-*

lunae, quippe quae et infima sit et omnium celerrime moveatur. Vid. H. Steph. Thes. Gr. L. s. v. ὕπατος. Adde Plut. de Musica [c. 19 et 22 sq.].“ Zeun.

tonorum vel limmatum] Cf. c. 1, §§ 20 et 23.

13. *quia*] Vid. not. ad I, 6, 62.

enarmonium, diatonum et chromaticum] „Plutarch. de Music. [c. 32.] *τριῶν ὄντων μερῶν, εἰς ἃ διῄρηται τὴν καθόλου διαίρεσιν ἡ πᾶσα μουσικὴ, διατόνου, χρώματος, ἁρμονίας*, et [c. 33.] *Δῆλον γὰρ, ὅτι ἡ μὲν ἁρμονικὴ γενῶν τε τῶν τοῦ ἡρμοσμένου καὶ διαστημάτων καὶ συστημάτων καὶ φθόγγων καὶ τόνων καὶ μεταβολῶν συστηματικῶν ἐστι γνωστική* [cf. ib. c. 11.]. Vitruv. V, 4. *Genera modulationum*, inquit, *sunt tria. Primum, quod Graeci vocant harmoniam, secundum chroma, tertium diatonum.* .. *Chroma subtili solertia ac celebritate modulorum suaviorem habet delectationem.* Mart. Capell. [lib. IX, § 956.] *Chroma*, inquit, *semitoniis componitur. Sicut enim, quod inter album et nigrum, color dicitur, ita hoc chroma, quia inter enarmonium et diatonum est, nominatur.*“ Zeun. — Cf. potius quae apud Martianum praecedunt § 955.: *Genera mudulandi sunt tria, ἐναρμόνιον, χρῶμα, διάτονον. Ἐναρμόνιον quidem dicitur quod pluribus spatiis et angustioribus separatur; διάτονον vero, quod tonis copiosum; χρῶμα quod de hemitoniis componitur*, et quae sequuntur usque ad § 957. verba: *Sed nunc maxime diatono utimur.* Adde § 942. et fragm. ap. Censorin. 12, 1.

14. *non sentimus auditu*] Censorin. 13, 1. *ut dulcissimam quidem concinant melodian, sed nobis inaudibilem propter vocis magnitudinem, quam capere aurium nostrarum angustiae non possint.*

quam ut humanarum aurium recipiatur angustiis. Nam, si Nili catadupa ab auribus incolarum amplitudinem fragoris excludunt, quid mirum, si nostrum sonus excedit auditum quem mundanae molis inpulsus emittit? Nec enim de nihilo est quod ait: *qui conplet aures meas tantus et tam dulcis sonus;* sed voluit intellegi, quod si eius qui caelestibus meruit interesse secretis conpletae aures sunt soni magnitudine, superest, ut ceterorum hominum sensus mundanae concinentiae non capiat auditum.

V. Sed iam tractatum ad sequentia conferamus: *Vides habi-* 1
tari in terra raris et angustis locis et in ipsis quasi maculis, ubi habitatur, vastas solitudines interiectas, eosque qui incolunt terram non modo interruptos ita esse, ut nihil inter ipsos ab aliis ad alios manare possit, sed partim obliquos, partim transversos, partim etiam adversos stare vobis, a quibus expectare gloriam certe nullam potestis. *Cernis autem eandem terram quasi quibusdam* 2
redimitam et circumdatam cingulis, e quibus duos maxime inter se [137]

[Edd. vicahgspdzb.

mus hoc B. — *ponamus* SI. — *quam ab hum.* (*ab* e corr., vid. fuisse *ad*) R. *ut hum.* (om. *quam*) *H*1. — *recipiatur* Mss.v-gbDIO „membr. vetustior“ Gron. „Non male.“ Zeun. *recipiat* C sup. lin.; „membr. altera. Sed primam praepono.“ Gron. *percipiat* s-z. — *natura simili catad.* v. — *catadupla* BSI. *catadupp a* C. *catadupta* v3. — *frigoris* g. — *exducunt*. *quid si sonus nostrum* (add. a sec. m. *mirum*) F. — *sonus si nostrum* R1. 15. *qui*] Somn. V, 1. — *quis est qui* F. — *completae sunt aures soni magn.* CR1. *aures sunt soni magn. completae* R2. — *non capiat auditum concinentiae* G. *conc. non captet* (sup. *al. capiat*) *auditum* C.

V. *Caput V. Terrae medietatem eam, in qua nos sumus, quinque esse distinctam sonis: quodque ex iis* (chg *his*) *duae tantum sint habitabiles, quarum altera habitetur a nobis, alteram qui* (chg *quinam*) *incolant homines, ignoretur: tum vero et in reliqua terrae medietate zonas esse easdem, et inter illas duas quoque* (chg *quoque duas*) *ab hominibus habitari.* ch-b.

1. *Sed ... conferamus* in ch-b pertinent ad caput superius. Cf. I, 10, § 1. et I, 16, § 1. — *ad sequentia tractatum conferamus* F. — *Vides*] Somn. VI, 1. — *angustis locis . usque . qui tamen tanto* (§ 3. omissis interiectis verbis Ciceronis) B. — *incolunt* FSR12c-bPG. *incolant*, ut Somn. l. c., CviO. — *manere* P. — *etiam aversos* viagG. — *nobis* F. — *potestis* CFR2cahgbPDLBen.Tr. „Textus Ciceronis ipse comprobat.“ Zeun. *poteris* R1Gvis-zSIO. 2. *cingulis* R2

Nili catadupa] Cf. Somn. V, 3. et Herodot. II, 17. *Αἴγυπτον* .. *ἀρξαμένην ἀπὸ Καταδούπων*. Rem commemorant Strab. XVII, p. 786., Plin. N. H. VI, 29, s. 35, § 181., Sen. N. Q. IV, 2, § 5., Vitruv. VIII, 2, 6.; sed vocantur ab iis *cataractae*, *καταῤῥάκται*, homines accolentes *Catadupos* nominat Plinius N. H. V, 9, s. 10., ut Theophrast. de lap. § 62. et Herodot. l. c. ὁ γὰρ δὴ Νεῖλος ἀρξάμενος ἐκ τῶν Καταδούπων.

V, 1. *raris et angustiis locis*] Pontanus confert Senecae Nat. Qu. lib. I. prologi finem: *Si nihil aliud, hoc certe sciam, omnia angusta esse, mensus deum*, ubi sine causa scribi vult *caetera sciam*, et ep. 120 [§ 15.] *Maximum argumentum est animi ab altiori venientis sede, si haec, in quibus versatur, humilia iudicat et angusta.*

in ipsis quasi maculis] Pontanus confert Apuleii de mundo locum [c. 5.], ubi e Lipsii et Vulcanii emendatione legitur: *minores aliae ut naevuli quidam per apertas ponti sunt sparsae regiones*, et ibid. [c. 7.] *multae aliae urbes admodum sparsae hanc nostram insulam, id est hunc terrarum orbem, ornamentis suis pingunt et continuatione, ut quibusdam sertis, coronant*, ubi ipse coniicit legendum esse *tuberes admodum*, ut sic parvae insulae opponantur magnis, quae in cap. princ. vocantur *insularum aggeres*

diversos et caeli verticibus ipsis ex utraque parte subnixos obriguisse pruina vides, medium autem illum et maximum solis ardore
3 *torreri. Duo sunt habitabiles: quorum australis ille, in quo qui insistunt adversa vobis urgent vestigia, nihil ad vestrum genus: hic autem alter subiectus aquiloni, quem incolitis, cerne quam tenui vos parte contingat. Omnis enim terra, quae colitur a vobis, angusta verticibus, lateribus latior, parva quaedam est insula circumfusa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum appellatis in terris, qui tamen tanto nomine quam sit parvus,*
4 *vides.* Postquam caelum, quo omnia continentur, et subiectarum sphaerarum ordinem motumque ac de motu sonum caelestis musicae modos et numeros explicantem et aerem subditum lunae Tullianus sermo per necessaria et praesenti operi apta ductus ad terram usque descripsit, ipsius iam terrae descriptionem ver-
5 borum parcus, rerum fecundus, absolvit. Etenim maculas habitationum ac de ipsis habitatoribus alios interruptos adversosque obliquos etiam et transversos alios nominando terrenae sphaerae
6 globositatem tantum non coloribus pinxit. Illud quoque non sine perfectione doctrinae est, quod cum aliis nos non patitur errare, qui terram semel cingi oceano crediderunt. Nam si dixisset: *omnis terra parva quaedam est insula circumfusa illo mari,* unum oceani ambitum dedisset intellegi; sed adiciendo: *quae colitur a vobis*, veram eius divisionem, de qua paulo post dissere-

Mss. BCFSPR12G.]

v-gbO, ut Somn. l. c. „Sic legendum est, praesertim cum postea [§§ 8, 11, 28.], ubi eandem rem explicat auctor, semper occurrant *cinguli.*“ Zeun. *circulis* s-z et Mss. ceteri. — *duo* GDI. — *subnoxios* F. — *torqueri* Hl. *temperari* R1. 3. *Duo autem sunt* C. — *assistunt* R1. — *aversa* v. — *nobis* Hl. — *nos* g. — *quae incolitur* F. — *angustata*, ut Somn. l. c., v3-gL. — *latior lateribus* F. — *insula est*, ut Somn. l. c., R2v-gL. — *quod oceanum* C (F a p. m.) SR12GDIOLTR. BEN. *quem oceanum*, ut Somn. l. c. Mss. paene omnes; F a sec. m.; Edd. P. — *quod tamen* R1. — *parvum* R1. 4. *caelum* om. B. — *musices* v-g. — *numerum* P. — *lunae* add. a sec. m. C. — *per necessaria sermo* G. — *et ad terram* C. — *fecundus rerum* R1. 5. *maculis* a. Emend. Mod. ep. 102, p. 455. — *sed* (sup. *al. ac*) *de ipsis* C. — *aversosque* viag; Mod. l. c. restituit *adversosque*. — *tantum non coloribus pinxit* CFSP (R12 sup. *tantum* add. *verbis*) DIOTR.LBAR. membr. Mod l. c. „utraque membr., et omnino vox *sermone* turbat sententiam.“ Gron. In F et membr. Mod. additur: *sed veritate rei vel certissimis spaciis designavit;* in BAR.: *sed certissimis adsignavit spatiis.* *tantum. sermone non coloribus pinxit* B. *sermone tantum, non coloribus pinxit* (G sup. *tantum* add. *verbis nam et*) Edd. *non solum coloribus pinxit sed manifestis indiciis adaequavit* BEN. 6. *non patitur nos* F. — *credidere* v-g. — *quaedam parva.* (om. *est*) F. — *quod colitur* „secunda membr. (L2), quasi de mari id diceret, cum necessario requiratur *quae*, ut est in optima.“ Gron. *qui colitur* cabsp. — *eius dimensionem* F. *eius maris divisionem* v-g. — *paule post*] c. 9.

maximarum, superrimus editor ex Is. Vossii emendatione scripsit *orbis ad modum.*

5. *tantum non coloribus pinxit*] Cf. Plin. N. H. XXII, 6, s. 7. *ut tantum non vocem ipsius* (naturae) *exaudire videamur.* Similiter Graeci μόνον οὐ vel μόνον οὐχὶ, cf. Demosth. Ol. I, 2., Ol. III, 17., de pac. 5. al. Hanc dicendi formulam nunc tironibus notam qui ignorarent, vario modo hunc locum interpolaverunt.

mus, nosse cupientibus intellegendam reliquit. De quinque au- 7
tem cingulis ne, quaeso, aestimes duorum Romanae facundiae [138]
parentum Maronis et Tullii dissentire doctrinam, cum hic *ipsis*
cingulis terram redimitam dicat, ille isdem quas Graeco nomine
zonas vocat adserat *caelum teneri:* utrumque enim incorruptam
veramque nec alteri contrariam retulisse rationem procedente
disputatione constabit. Sed ut omnia quae hoc loco explananda 8
recepimus liquere possint, habendus est primum sermo de cingu-
lis: quia situ eorum ante oculos locato cetera erunt intellectui
proniora. Prius autem qualiter terram coronent, deinde quem-
admodum caelum teneant, explicandum est. Terra nona et ul- 9
tima sphaera est. Hanc dividit horizon, id est finalis circulus,
de quo ante retulimus: ergo medietas cuius partem nos incoli-
mus sub eo caelo est quod fuerit super terram, et reliqua me-
dietas sub illo quod dum volvitur ad ea loca quae ad nos viden-
tur inferiora descendit: in medio enim locata ex omni sua parte
caelum suspicit. Huius igitur ad caelum brevitas, cui punctum 10
est, ad nos vero inmensa globositas, distinguitur locis inter se
vicissim pressis nimietate vel frigoris vel caloris geminam nacta
inter diversa temperiem. Nam et septentrionalis et australis ex- 11
tremitas perpetua obriguerunt pruina, et hi velut duo sunt cin-

[Edd. vicahgspdzb.

7. *circulis* CF. — *extimes* v1. *existimes* Sv3-g. — *duae* F. — *ipsis* om. R1. — *circulis* C. — *ille*] Georg. I, 233. — *hisdem* CR1. — *vocat* add. a sec. m. C. — *et veram* F. — *procedente ratione* F. 8. *primo* R1. — *singulis* (sup. a sec. m. *circ.*) C. — *erunt cetera* R2. In B *cetera* a sec. m. add. post *intellectui*. — *intellectu* v-g. — *primus* R2 a p. m., L. — *deinde*] c. 7. 9. *nona et ultima* BCFSPR2v-gGDIO LBen.Tr. *ultima et nona* R1. *et nona et ultima* s-b. — *circulus orison* F. — *ante*] I, 15, 17. — *nos partem* R2v-g. — *quod est sup. terr.* L a sec. m. — *est sub illo* F. *sub illo caelo* R1. *sub illo caelo est* H1. *sub eo est caelo* R2. — *quae a nobis videntur* Bar. (R2 sup. *ad nos*). *quae a nobis non videntur* B. *quae nobis non videntur* (sup. *ad nos vid.*) R1. — *in medio autem* Tr. — *ex omni parte sui* B. 10. *quae punctum est* G a sec. m., v-g (hg in mg. *alias ceu*) I (O a sec. m.) Tr. „Male. Quod ad oram, *ceu*, proxime verum est, non tamen verum. Liquet ex filo orationis." Pont. — *intermensa* v1. — *vicissim inter se* G. — *interversa* (sup. add. *di*) *temperiem* F. *inter utranque temperiem* H1. 11. *obriguere* v-g. — *Et hi duo sunt quasi canguli*

7. *Maronis et Tullii*] Cf. Sat. I, 24, 5.

8. *de cingulis*] Cf. fragm. ap. Censorin. 2, 2. *Ut circuli in caelo, ita in terra zonae vocantur* etc. Martian. VI, § 602. *Orbis terrae in quinque zonas, sive melius fascias dico, .. discernitur* etc. Plin. N. H. II, 68, § 172. Sill. *Nam cum sint eius quinque partes, quas vocant zonas* etc.

9. *nona et ultima sphaera*] Cf. Somn. V, 2.

horizon, id est finalis circulus] Martianus VIII, §§ 818, 827, 836. *finitorem* eum appellat.

10. *cui punctum est*] Dativo usus esse videtur, quia modo dixerat *huius ad caelum brevitas*, nam sic I, 16, 11. dicit *cum terra ad circum solis punctum sit*, sed ibid. § 6. *quae tota puncti locum pro caeli magnitudine vix optinet*, ubi etiam *terrae globositas* memoratur. Ceterum vid. Kopp. ad Martian. VI, § 582., qui inter alia (Plin. N. H. II, 68, § 174. Sill. Sen. N. Q. I, Praef. § 8.) affert Cleomed. theor. cycl. I, 11, p. 56 sq. ὅτι ἡ γῆ σημεῖον λόγον ἐπέχει πρὸς τὸν οὐρανόν. Vid. not. ad c. 2, § 8. et c. 9, § 9.

guli quibus terra redimitur, sed ambitu breves, quasi extrema cingentes. Horum uterque habitationis inpatiens est, quia torpor
[139]ille glacialis nec animali nec frugi vitam ministrat: illo enim
12 aere corpus alitur quo herba nutritur. Medius cingulus et ideo maximus aeterno afflatu continui caloris ustus spatium, quod et lato et ambitu prolixius occupavit, nimietate fervoris facit inhabitabile victuris. Inter extremos vero et medium duo maiores ultimis, medio minores, ex utriusque vicinitatis intemperie temperantur: in hisque tantum vitales auras natura dedit incolis car-
13 pere. Et quia animo facilius inlabitur concepta ratio descriptione quam sermone, esto orbis terrae cui adscripta sunt *ABCD*, et circa *A* ascribantur *N* et *L*, circa *B* autem *M* et *K*, et circa *C* *G* et *I*, et circa *D* *E* et *F*, et ducantur rectae lineae a signis ad signa quae dicimus, id est a *G* in *I*, ab *M* in *N*, a *K* in *L*, ab
14 *E* in *F*. Spatia igitur duo adversa sibi, id est unum a *C* usque ad lineam quae in *I* ducta est, alterum a *D* usque ad lineam quae in *F* ducta est, intellegantur pruina obriguisse perpetua: est enim superior septentrionalis, inferior australis extremitas: medium vero ab *N* usque in *L* zona sit torrida: restat, ut cin-

Mss. BCFSPR12G.]

(corr. in *cinguli*) C. — *circuli* F (G a sec. m.). — *corpus alitur aere* F. 12. *Cingulus medius* R2. *medius cingulis* H1. — *medio* (sup. *eterno*) *afflatu* R1. — *et lato et ambitu* B (C a sec. m.) GSR2GOLTR. *et latu et ambitu* R1D. *et lato ambitu* (om. *et* poster.) C a p. m., Bar. *lato ambitu* (om. *et* utroque) FBrn. *et lato ambitu et* Edd.P. — *inhabile* G. — *et* (sup. *ex*) *utriusque* C. *utriusque* (om. *ex*) C. — *inquê his* Tr. *in his: quae* v. — *carpere* (sup. *capere*) C. 13. *facilius animo* H2. *animae facilius* R2. *anima facilius* H1. — *ratione* s–z. — *descriptione quam sermone* C a sec. m., FSR12v–gbPIE1H2M2 „libri omnes“ Gron., cuius vid. not. (Bar.Brn. *ratio descriptione concepta quam sermone*). *quam sermone descriptione* (G sup. *sermonum*) H3. *ex descriptione quam sermone* BO. *descriptione qui sermone* M1. *quam sermone descriptio* s–z Tr. (DH2 *quam sermone descriptio est*). *quam sermo. Descriptio* C a p. m. — *circa ascribantur* G. — *circa autem B* F. — *ab g* R2. — *et a k* C. *ab k* R2. — *a. b. in f.* R1. 14. *adversa sunt* (sup. *sibi*) R1. — *unum* om. B. — *ab c* R2. — *quae in d ducta est* (om. *alterum a D usque ad lineam quae in F ducta est*) v. — *ab d* R2. — *intelleguntur* C a sec. m., F. *intelliguntur* v–gG. *intellegitur* D. — *riguisse* v–g. — *est superior* (om. *enim*) P. — *inferior autem australis* F. — *medium autem* F. — *usque ad L* CDBar.Brn.Tr. *usque ab l.* F. *ad L* (om. *usque*)

11. *duo sunt cinguli*] Pontanus ad c. 7, § 3. adnotavit Macrobium dixisse *cingulos*, non *cingula*, ut I, 15, 18. *stadios*, addita glossa: *Cingillus*, *στρόφιον*, *ζώνιον*. Haec forma legitur Somn. VI, 2. et supra § 2., infra c. 7, §§ 1, 3, 7, 8, 9.

12. *lato*] pro nomine substantivo habendum est, ut apud Ovid. Met. I, v. 336. *in latum quae turbine crescit ab imo*.

dedit incolis carpere] Huius constructionis exempla quaeras supra, ad I, 6, 3.

13. *quia animo facilius inlabitur concepta ratio descriptione quam sermone*] „Horum sensus est idem illis in lib. I, cap. 21 [§ 3.] *quia facilior ad intellectum per oculos via est*. Nam *descriptio* auctori huic est figura, *γραφή*, tabula. Infra cap. 6 [§ 1.] *redeundum tibi est ad orbis terrae descriptionem*, cap. 7 [§ 12.] *ut instruit visum antelata descriptio*. Lib. I, cap. 21 [§ 8.] *in praesidium fidei advocata descriptio*.“ Gron. — Adde ibid. § 5. *haec ipsa descriptio*, et § 4. *sicut descripsimus*; c. 9, §§ 7 et 8. et Klotz et Kühner ad Cic. Tusc. I, 17. Peter ad Cic. Orat. 20, 66.

esto orbis terrae] Vid. fig. IV.

gulus ab *I* usque ad *N* de subiecto calore et superiore frigore temperetur, rursus ut zona quae est inter *L* et *F* accipiat de superiecto calore et subdito rigore temperiem. Nec excogitatas 15
a nobis lineas quas duximus aestimetur: circi sunt enim, de quibus supra retulimus, septentrionalis et australis et tropici duo, nam aequinoctialem hoc loco quo de terra loquimur non oportet ascribi, qui oportuniore loco rursus addetur. Licet igitur sint 16
hae duae *mortalibus aegris Munere concessae divum*, quas diximus temperatas, non tamen ambae zonae hominibus nostri ge-[140] neris indultae sunt, sed sola superior quae est ab *I* usque ad *N* incolitur ab omni quale scire possumus hominum genere, Romani Graecive sint vel barbari cuiusque nationis. Illa vero ab 17
L usque ad *F* sola ratione intellegitur, quod propter similem temperiem similiter incolatur, sed a quibus, neque licuit umquam nobis nec licebit agnoscere: interiecta enim torrida utrique hominum generi commercium ad se denegat commeandi. Denique 18
de quattuor habitationis nostrae cardinibus *oriens occidens* et *septentrio* suis vocabulis nuncupantur, quia ab ipsis exordiis suis sciuntur a nobis: nam, etsi septentrionalis extremitas inhabitabi-

[Edd. vicahgspdzb.

H2. — *torrida sit zona* F. *fit zona torrida* R1. — *restat ergo ut* R2. — *usque N* (om. *ad*) C. — *de subiecto* Mss.viagDOBar.Ben.Tr.*H2* *subiecto* (om. *de*) chs-bI. — *rursus zona* (om. *ut*) Bar.Ben.Tr. — *quaequae est* R1. — *de superiore calore* v. — *et subiecto* C. — *rigore* BCFSR1v-gG DO. *frigore* s-bPR2I. 15. *Ne* F. — *diximus* CS (G a sec. m.) v-gIO. Mod. ep. 102, p. 455. restituit *duximus*. — *estimet* C. *extimetur* vl. *existimetur* Sv3-g. — *enim sunt* Cv-g. — *supra*] I, 15, 13. — *superius* CF. — *duo tropici* R2. — *namque* F. — *aequinoctiale* vl. — *ascribi non oportet* R2. — *oport. loco*] c. 7, § 4. 16. *mortalibus*] Virg. Georg. I, 237. — *munere divum concessae* BCD. — *diximus esse* v. — *ab hominibus quales* CF. *ab omni qualem* R2. *ab homine qualem* D. — *hominum gente* R2. *genere* (om. *hominum*) F. — *barbaricae* CF. *barbarae* vc-g. — *cuiuscumque* C a sec. m., FR2*H2*. 17. *usque f* (om. *ad*) *H*1. — *incolitur* R2viag. — *neque umquam licuit nobis* F. *non licuit unquam nobis* v-g. *neque licuit quaequam* (sup. *unquam*) *a nobis* R2. *neque licuit a nobis quemquam* Tr. — *neque licebit* R1. *vel licebit* C. — *cognoscere* SR2s-bPI. — *torrida* add. a sec. m. R1. — *utrinque* (in mg. *utrique*) g. 18. *Deinde H*1. — *habitationis terrenae* (sup. *nostrae*) C. — *septentrio* (om. *et*) *H*1. — *nuncupatur* v. — *quia absis* B. — *exordiis* (om. *suis*) BTr. *suis exordiis* G. — *nam et*

14. *et superiore frigore*] Vide ne etiam hoc loco legendum sit *rigore*, ut infra *et subdito rigore* (cf. §§ 20. 21.), cum supra dixerit *obriguisse pruina*. At nullum neque scriptum neque typis editum exemplar suffragatur. An forte sono consuluit Macrobius?

15. *Nec excogitatas a nobis lineas .. aestimetur*] Vid. not. ad I, 13, 16.

16. *quale scire possumus*] Cf. § 18. et not. ad I, 16, 4. Pronomen *quale* ponitur pro *quod*.

17. *nec licebit agnoscere*] Cf. I, 20, 12. *ut per id possent modum solis agnoscere*, II, 12, 3. *siderum naturam .. agnoscat*. Eandem sententiam protulit Plinius l. c. *Circa duae tantum inter exustam et rigentes temperantur, eaeque ipsae inter se non perviae propter incendium sideris*. Pontanus haec adnotavit: „Melior et verior ille apud Senecam tragicum vates. In Medea [act. II, extr.]:

— — *Venient annis*
Secula seris, quibus Oceanus
Vincula rerum laxet, et ingens
Pateat tellus, Typhisque (al. *Tethisq.*) *novos*
Detegat orbes; nec sit terris
Ultima Thyle.“

19 lis est, non multo tamen est a nobis remota. Quarto vero nostrae habitationis cardini causa haec alterum nomen dedit, ut *meridies*, non *australis*, vocaretur, quia et ille est proprie *australis*, qui de altera extremitate procedens adversus septentrionali est, et hunc *meridiem* iure vocitari facit locus, de quo incipit nobis: nam, quia sentiri incipit a medio terrae in qua est usus diei, ideo tamquam quidam *medidies* una mutata litera *meridies*
20 nuncupatus est. Sciendum est autem, quod ventus qui per hunc ad nos cardinem pervenit, id est auster, ita in origine sua gelidus est, ut apud nos commendabilis est blando rigore septentrio: sed, quia per flammam torridae zonae ad nos commeat, admixtus
21 igni calescit, et qui incipit frigidus calidus pervenit. Neque
[141]enim vel ratio vel natura pateretur, ut ex duobus aequo pressis rigore cardinibus dissimili tactu flatus emitterentur. Nec du-

Mss. BCFSPR12G.]

(sup. add. *si*) R1. — *non multum* R1. — *tamen a nobis est remota* R12. *tamen a nobis remota* (*est* sup. add. post *nobis*) F. *a nobis tamen est remota* C. *tamen est remota a nobis* G. 19. *nomen alterum* R2. — *meridies australis* (sup. add. *non*) R1. — *et ipse* C. — *proprie est* CF v-g. — *adversum septemtrionalem* (sup. add. *est*) R1. *ac septentrionalem versus est* C. — *fecit* G. — *incipit nobis dies* i-gb; „a sensu poscitur.“ Zeun. — *in qua est usus diei* BFSPR12v-gGIO*H*2. *in qua usus est diei* D (F sup. add. *medii*). *in qua est usus medio* (corr. in *ii*) *diei* C. *in qua medii est usus diei* s-b. — *quidam* om. R12. — *litera mutata* B (v-g litt.). 20. *Sciendum autem est* R2O. — *ita* om. R1. — *ut qui* Tr. — *apud nos* BCFR12v-gbPGOBar.BenLTr. *ad nos* s-zSDI. „Illud *ad* turbat sensum; haud dubie huc irrepsit ex antecedentibus et sequentibus.“ Zeun. — *blandi rigore* gG. — *septentrio tamen blando rigore* (om. *est*; sup. *tamen* add. *commendabilis*) F. — *calens pervenit* BCFG „e duobus membr. libris“ Mod. ep. 114, p. 501. *calidus pervenit* SR12Edd. PDIO. 21. *Neque enim ratio* (om. *vel*) R1. — *tractu* vc-g; Mod.

19. *vocitari facit*] Cf. Sat. I, 12, 7. *mercedes quas completus annus deberi fecit*; VI, 6, 2 *quos creari fecit*; Comm. II, 10, 9. *dum opinari nos faciunt*; Sat. I, 7, 4. *licet fortuna fecisset irruere*; VII, 3, 21. *me .. in dolio fecit habitare.*

de quo incipit nobis] sc. cardo, non *dies*, quod in veteribus editionibus inde a Iuntina legebatur, et e Stephaniana eiectum in Bipontinam suadente Zeunio rursus receptum est; namque locus, de quo incipit nobis dies, est oriens, non meridies. Opponitur autem cardo australis noster, qui vocatur meridies, cardini illi proprie australi, qui incipit de altera extremitate terrae, quia auster nobis sentiri incipit a medio terrae, ubi admixtus igni incaluit, non ab altera terrae extremitate, ubi incipit frigidus. Cf. § 20. et supra § 18: *quia ab ipsis exordiis suis sciuntur a nobis.*

terrae, in qua est usus diei] i. e. eius partis terrae, eius superficiei (cf. § 22.), in qua iam dies est. Cf. c. 7, § 19. *nullus paene apud illos usus est imbrium*; et I, 14, 2. *in usum templi huius inducitur*, et ib. § 13. *quia crescendi tantummodo usus in his viget.* Non recte ergo inde a Steph. additum est *medii.*

tamquam quidam medidies] Cf. Cic. Orat. 47, 158. *Ipsum meridiem cur non medidiem? Credo, quod erat insuavius.* Quint. I, 6, 30. Varro L. L. VI, 2, 52, § 4. Prisc. p. 551 P.

20. *quod*] Vid. not. ad I, 13, 18. *septentrio*] sc. ventus. Cf. Cic. ad Att. IX, 6, 3. *Ex ea die fuerunt septentriones venti.* Liv. XXVI, 45, 8. *acer septentrio ortus* etc. Sen. N. Q. V, 16, 6. *A septentrionali latere summus est* (ventus) *Aquilo, medius Septentrio, imus Thrascias.*

21. *dissimili tactu*] i. e. quorum alter sentiretur frigidus, alter ca-

bium est nostrum quoque septentrionem ad illos qui australi ad-
iacent propter eandem rationem calidum pervenire, et austrum
corporibus eorum genuino aurae suae rigore blandiri. Eadem 22
ratio nos non permittit ambigere, quin per illam quoque super-
ficiem terrae quae ad nos habetur inferior integer zonarum am-
bitus quae hic temperatae sunt eodem ductu temperatus habea-
tur, atque ideo illic quoque eaedem duae zonae a se distantes
similiter incolantur. Aut dicat, quisquis huic fidei obviare ma- 23
vult, quid sit quod ab hac eum definitione deterreat. Nam si
nobis vivendi facultas est in hac terrarum parte quam colimus,
quia calcantes humum caelum suspicimus super verticem, quia
sol nobis et oritur et occidit, quia circumfuso fruimur aere, cuius
spiramus haustu: cur non et illic aliquos vivere credamus, ubi
eadem semper in promptu sunt? Nam qui ibi dicuntur morari 24
eandem credendi sunt spirare auram, quia eadem est in eiusdem
zonalis ambitus continuatione temperies: idem sol illis et obire
dicetur nostro ortu et orietur cum nobis occidet: calcabunt aeque
ut nos humum, et super verticem semper caelum videbunt. Nec 25
metus erit, ne de terra in caelum decidant, cum nihil umquam
possit ruere sursum. Si enim nobis, quod adserere genus ioci
est, iusum habetur ubi est terra et susum ubi caelum: illis quo-

[Edd. vicahgspdzb. l. c. restituit *tactu*. — *emitterentur* BCS12GDOBAR.TR. (L a p. m.). *emitteretur* Edd.FSPI. — *genuino* R12vli-abPDO*H*2. *gemino* Bv3ch-zCF SGI. „Quis tandem ille *geminus rigor?* Necessario corrigo cum Oxoniensi *genuino*.“ Gron. Vid. not. — *rigore aurae suae* R1. 22. *inferior habetur* R1. 23. *quisque* G. — *ab hac eum quod* R2. — *diffinitione* FR1GIO (F *diffinitione eum*). *distinctione* v-g. — *facultas vivendi* R1. — *calcantes caelum humum* R1. — *circumciso* (sup. *fu*) R2. — *haustum* vc-gI; Mod. l. c. restituit *haustu*. — *illac* TR. 24. *dicentur* (C sup. add. *u*) FD*H*2. — *dicitur* R2. — *cum nostro* *H*1. — *oritur* R1. — *et occidet* R1. — *ut nos aeque humum* F. *aeque humum ut nos* S. — *super* BCFSR12G*H*1 Mod. l. c. *supra* s-bP. *semper* (*verticem: semper caelum*) v-g. — *caelum semper videbunt* FS. *semper videbunt caelum* C. 25. *posset ruere sursum unquam* F. *umquam possit truere sursum* R1. — *quod asserere nobis* R1. — *iusum* BFR2 (G sup. *deorsum*) M1. *iussum* P4. *usum* (puncto add. sup. *u*) R1. *visum* SvlDI

lidus. Cf. Cic. N. D. II, 15, 40. *is eius* (solis) *tactus est, ut non tepefaciat solum, sed etiam saepe comburat*, et Divin. II, 46, 97 (in codd. quibusdam) *lunae tactus*, et h. l. paulo infra *corporibus eorum blandiri*.

genuino aurae suae rigore] „Dicit Macrobius septentrionem apud nos frigidiorem esse, utpote cis torridam positos una cum illo: apud istos, qui ab altera torridae parte habitant, calidiorem, quippe ad quos non pervenit, nisi transgressus torridam, cuius ardore calefit. Austrum vero apud ipsos frigidiorem, quippe ubi eius aura nativa est, non adulterata et calefacta per zonam torridam, qualis demum ad nos pervenit.“ Gron.

22. *a se distantes similiter*] Cf. § 16 seq.

23. *huic fidei obviare*] i. e. his verbis meis fidem derogare. — De verbo *mavult* vid. not. ad I, 21, 22.

calcantes humum] Cf. § 24. et Plin. N. H. II, 65, § 161. *ex quacumque parte mediam calcari* (terram), et XXXIII, 1, § 2. e cod. Bamb. *qua calcatur*.

25. *ne .. decidant*] Cf. Plin. II, l. c. *illo quaerente cur non decidant contra siti, tamquam non ratio praesto sit, ut nos non decidere mirentur illi*.

iusum] Hanc vocem Macrobii aetate usurpatam et ab auctore nunc adhibitam Gronovius dicit sibi probari verbis et Speusippi

que susum erit quod de inferiore suspicient, nec aliquando in
26 superna casuri sunt. Affirmaverim quoque et apud illos minus
[142] rerum peritos hoc aestimare de nobis, nec credere posse nos in quo sumus loco degere, sed opiniari, si quis sub pedibus eorum temptaret stare, casurum. Numquam tamen apud nos quisquam timuit ne caderet in caelum: ergo nec apud illos quisquam in superiora casurus est, sicut omnia nutu suo pondera in terram
27 ferri superius relata docuerunt. Postremo quis ambigat in sphaera terrae ea quae inferiora dicuntur superioribus suis esse contraria, ut est oriens occidenti? Nam in utraque parte par diametros habetur: cum ergo et orientem et occidentem similiter constet habitari, quid est quod fidem huius quoque diversae sibi
28 habitationis excludat? Haec omnia non otiosus lector in tam paucis verbis Ciceronis inveniet. Nam cum dicit *terram cingulis suis redimitam atque circumdatam*, ostendit per omne terrae corpus eandem temperatorum cingulorum continuatam esse temperiem: et cum ait in terra *maculas* habitationum videri, non eas dicit quae in parte nostrae habitationis nonnullis desertis locis

Mss. BCFSPR12G.]

OP6M2*H*1. „Omnes hoc modo, quos vidi Mss. libri, ut tamen discernere vix possis, *visum*, *nisum* an *insum* voluerint scribere. Videtur latere glossa.“ Gron. Vid. not. *iosum* CE1H3Gu. *iasu* H1. *imu* (sup. add. a rec. m. *m*) H2. *pilum* P. *dehorsum* v3. *deorsum* i–b. — *susum* C a sec. m., FR2v1sD (O a p. m.) P4H3Gu.Bar.L. *sursum* B (C a p. m.) R1v3–gp–bSPGI (O a sec. m.). — *ubi caelum* CFSR1 (R2 a sec. m.)GDP46 „Angl.“ *ubi est caelum* R2 a p. m., Edd.BPI. *ubi habetur caelum* O. — *quo* (om. *que*) R1. — *susum* BCFR2Gv1sD. *sursum* R1v3–gp–bSPIO. — *quo* D. — *nec aliquo modo* F. 26. *apud illos* (om. *et*) R1. — *hoc* CFSPR1O. *h'* BR2. *haec* Edd.*H*I. om. D. — *extimare* v1. *existimare* CSv3–gO. — *possemus* (corr. in *posse nos*) C. *posse* (om. *nos*) C. — *degere loco* R1. — *motu* (sup. *al. nutu*) C. — *superius*] I, 22. 27. *quis in spera terrae ambigat* R1. — *ea quae* BPs–zFSIGr.1L2V3. *quae* (om. *ea*) R1. *ita quae* R2iDO „membr. opt.“ Gron. (V2). *ita ea quae* vc–gb „chartac.“ Gron. *ita* (sup. add. *ea quae*) C. — *superioribus* (sup. *ita*) *suis* G. *suis superioribus* CF. — *ut oriens* (om. *est*) P. — *utraque* (om. *in*) Tr. — *parte per* Fg. *par* (om. *parte*) GO*H*2Tr.Ben. (add. a sec. m. *parte* C). *pars* (om. *par*) D. — *ergo orientem* (om. *et*) CF. — *constet* R1. — *excludatur* B. 28. *omne terrae corpus* CR12v–gGDIO. *omne* (sup. add. *terrae*) *corpus* B.

martyrologii: *ligatis manibus susum et pedibus iusum*, et geometrae anonymi, de quo vid. Excursum ad Comm. I, 20.: *iusum a summo directim more perpendiculi pendens*, et *obliqua iusum sive susum deducta*. Forcellin. s. v. *susum*: „Contrarium, inquit, est *iusum*, deorsum, quo usum fuisse videtur vulgus Romanum, unde Italorum recentiorum *giuso*, *giù*, ortum habuit, et Gallorum *jus*.“ Ex exemplo, quod addit idem: August. Tract. 8. in ep. 1. S. Ioann. n. 2. *Quod iusum, faciens susum: quod deorsum, faciens sursum. Iusum vis facere deum et te susum*, patet inter se opposita esse, *iusum* — *susum*, et *deorsum* — *sursum*, et videntur haec inter se differre, ut *unten* — *oben*, *abwärts* — *aufwärts*. Certe huic distinctioni suffragantur codices mss. et h. l. et c. 7, §§ 5 et 10.; c. 8, § 1.; c. 14, §§ 11 et 12.; c. 15, § 16.; Sat. I, 17, 58.; VII, 9, 3. et 15, 4.; refragantur autem ea quae ex illa geometria attulit Gronovius, ubi *iusum* idem valet quod *deorsum*. Comparatis vocabulis *summus* — *imus*, putaverim hoc *iusum* assimilatum esse opposito adverbio *susum*, ut Graece ἐμποδὼν opposito ἐκποδών.

28. *otiosus*] Vid. not. ad I, 1, 2.

interpositis incoluntur. Non enim adiceret: *in ipsis maculis va-* 29
stas solitudines interiectas, si ipsas solitudines diceret, inter quas certae partes macularum instar haberentur: sed quia *maculas* dicit has quattuor quas in duobus terrae hemisphaeriis binas esse ratio monstravit, bene adiecit: *interiectas solitudines*. Nam sicut 30
pars quae habitatur a nobis multa solitudinum interiectione distinguitur, credendum est in illis quoque tribus aliis habitationibus similes esse inter deserta et culta distinctiones. Sed et quat- 31
tuor habitationum incolas et relatione situs et ipsa quoque [143] standi qualitate depinxit. Primum enim ait alios praeter nos ita incolere terram, ut a se interrupti nullam commeandi ad se habeant facultatem, et verba ipsa declarant non eum de uno hominum genere loqui in hac superficie a nobis solius torridae interiectione diviso. Sic enim magis diceret: *ita interruptos, ut nihil ab illis ad vos manare possit;* sed dicendo: *ita interruptos, ut nihil inter ipsos ab aliis ad alios manare possit*, qualiter inter se illa hominum genera sint divisa, significat. Quod autem vere 32
ad nostram partem referretur, adiecit dicendo de illis qui et a nobis et a se invicem divisi sunt: *partim obliquos, partim transversos, partim etiam adversos stare nobis:* interruptio ergo non unius generis a nobis, sed omnium generum a se divisorum, refertur: quae ita distinguenda est. Hi quos separat a nobis per- 33
usta, quos Graeci *ἀντοίκους* vocant, similiter ab illis qui inferio-

[Edd. vicalıgspdzb.
omne corpus terrae FSEdd.P. 29. *Non adiceret enim* R1. — *interiectas si ipsas solitudines* add. a sec. m. C. — *macularum partes* B. — *ad instar* Tr. — *habeantur* viag. — *has quattuor dicit* F. — *ratio monstravit*] Cf. § 22. 30. *quoque in illis* R1. — *deserta et occulta* B. 31. *incolas habitationum* B. — *racione* (sup. *relatione*) C. — *ait illos praeter nos sic* H1. — *commeandi ad se habeant facultatem* BFI. *commeandi ad se habeant viam* F sup. lin., Bar.Ben. *meandi ad se habeant facultatem* CR1GO. *meandi habeant ad se facultatem* a-bP. *habeant ad se facultatem meandi* SR2v-g. *meandi ad invicem habeant facultatem* D. — *et ipsa verba* v-g. — *a nobis* om. C. — *diviso* C ex corr., FSR12v-gbGDIO „Mss." Gron. *divisio* B. *divisa* Ps-z. — *ab illis ad vos* chs-zSR2DI. *ab aliis ad vos* R1. *ab illis ad nos* GbBPO. *inter ipsos ab illis ad vos* C in mg., F. *inter ipsos ab illis ad nos* viag. — *dicendo* (sup. add. *ita*) R2. — *ab aliis ad alios manare possit* CR1i-bFP IO. *ab al. ad al. manere possit* B. *ab aliis manare possit ad alios* SR2. *ab aliis manare possit* (om. *ad alios*) D. *ab aliis ad illos manare possit* G. *ab illis ad alios manare possit* v. 32. *deferretur* F. *refertur* BC (R1 sup. *errctur*) IOLTr. *referetur* R2. *referatur* D. — *a nobis non unius generis a nobis* R1. — *diversorum* CFI. — *distinguenda sunt* C. 33. *His* P. — *ἀντοικούς* a-bP. *ANTOEKOC* D. *ἄντοεκους* v. *ἀντοεμούς* ic. *ΘΕΟΚΟC* I. *antoecos* R2. *antekos* O. *ant-*

31. *magis*] i. e. *μᾶλλον*, potius, ut Sat. I, 4, 4, de diff. 16, 6. Vid. Hand. Tursellin. III, p. 660, 12.
32 *ad nostram partem*] i. e. ad terrae partem quam nos habitamus.
33. *quos Graeci ἀντοίκους vocant*] Cf. Geminus Isagog. in Petav. Uranol. p. 56. *ἄντοικοι δὲ οἱ ἐν τῇ αὐτῇ νοτίῳ ζώνῃ ὑπὸ τὸ αὐτὸ ἡμισφαίριον κατοικοῦντες*, Achill. Tat. Isag. c. 30. *ἄντοικοι δὲ οἱ τὴν νότιον οἰκοῦντες τοῖς τὴν βόρειον οἰκοῦσι ζώνην*. Martian. VI, § 604. Forbiger Handb. d. alt. Geogr. I, p. 364. Pauly Real-Encl. s. v. Antipodes.

rem zonae suae incolunt partem, interiecta australi gelida separantur: rursus illos ab antoecis suis, id est per nostri cinguli inferiora viventibus, interiectio ardentis sequestrat: et illi a nobis
34 septentrionalis extremitatis rigore removentur. Et quia non est una omnium affinis continuatio, sed interiectae sunt solitudines ex calore vel frigore mutuum negantibus commeatum: has terrae partes quae a quattuor hominum generibus incoluntur *maculas*
35 habitationum vocavit. Quemadmodum autem ceteri omnes vestigia sua figere ad nostra credantur, ipse distinxit: et australes
[144] quidem aperte pronuntiavit *adversos* stare nobis dicendo: *quorum australis ille, in quo qui insistunt adversa vobis urgent vestigia:* et ideo *adversi* nobis sunt, quia in parte sphaerae quae con-
36 tra nos est morantur. Restat requirere, quos *transversos* et quos *obliquos* nobis stare memoraverit: sed nec de ipsis potest esse dubitatio, quin *transversos* nobis stare dixerit inferiorem zonae nostrae partem tenentes, *obliquos* vero eos qui australis cinguli devexa sortiti sunt.

VI. Superest, ut de terrae ipsius spatiis, quanta habitationi cesserint, quanta sint inculta, referamus, id est quae sit singulorum dimensio cingulorum. Quod ut facile dinoscas, redeundum tibi est ad orbis terrae descriptionem quam paulo ante subiecimus, ut per ascriptarum literarum notas ratio dimensionum luci-
2 dius explicetur. Omnis terrae orbis, id est circulus qui universum ambitum claudit, cui ascripta sunt *ABCD*, ab his qui eum
3 ratione dimensi sunt in sexaginta divisus est partes. Habet au-

Mss. BCFSPR12G.]

eocos BS (R1 corr. in *oec*) G. *antickos* C. *antiktos* F. — *partem incolunt* F. *partem* (sup. add. *incolunt*) R2. — *antoecis* GaD. *antecis* (sup. *oe*) R1. *antekis* O. *antoicis* B. *antcocis* I. *antoeicis* R2. *antichis* C. *antiktis* F. ἀντοιχοῖς h-bSP. ἄντονεχοις v. ἀντονέχοις ic. — *per cinguli nostri* (om. *id est*) B. 34. *et* (sup. *ex*) *calore* F. — *quattuor generibas hominum* (om. *a*) CR1. *a quattuor hominum generalibus* P. 35. *figere* om. R1. — *ad nostra* om. B. — *adversos nobis stare* CF. *adversos stare a nobis* P. — *dicendo* om. CR1. — *qui insunt* v. — *adversa vobis* FGO; cf. § 3. et Somn. 6, 3. *adversa nobis* Edd.BCSPR12DI. — *vestigia urgent* S. 36. *et* (om. *quos*) *nobis obliquos starc* R1. *et quos obliquos stare nobis* G. — *memoravit* (sup. *al. averit*) C. — *transversos stare nobis* Edd.P. — *nostrae zonae* F. — *circuli* C. — *sorti* B.

VI. *Caput VI. Quanta terrae spatia habitationi cesserint, quanta inculta sint.* ch-b. 1. *de spatiis ipsius terrae* CF. *de terrae ipsius spatii* v1. — *censerint* R1 sup. *cess;* G sup. *ces.* *cesserit* *H*2. — *quantaque* i-gGI. — *quae* (add. a sec. m. *sit*) R1. — *dinoscatur* F. — *ad terrae descriptionem orbis* R1. — *paulo ante*] cf. c. 5, § 13. et fig. IV. — *per notas adscriptarum litterarum* a-z. 2. *id est cingulus* Tn.

interiecta australi gelida separantur] Sermo procedit, si descriptionem respicimus, ab *IN* ad *LF*, ab *LF* ad *EK*, ab *EK* ad *MG*, ab *MG* ad *IN*. Sed si quis quaesierit, cur eundem cingulum in adversis terrae partibus habitantes ita a se separatos esse dicat Macrobius, is delegandus est ad ea quae de Oceano disseruit c. 9, § 2 sqq. Idem valet de sequentibus: *illi a nobis .. removentur.*

36. *australis cinguli devexa*] i. e. australis zonae partem superiorem, in nostro hemisphaerio sitam. Hanc qui sortiti sunt, sunt ἄντοικοι, transversi illi sunt περίοικοι. Cf. Gemin. l. c.

tem totus ipse ambitus stadiorum ducenta quinquaginta duo mi-
lia: ergo singulae sexagesimae extenduntur stadiis quaternis mi-
libus ducenis: et sine dubio medietas eius, quae est a *D* per
orientem, id est per *A*, usque ad *C*, habet triginta sexagesimas [145]
et stadiorum milia centum viginti sex: quarta vero pars, quae
est ab *A* usque ad *C*, incipiens a medio perustae, habet sexage-
simas quindecim et stadiorum milia sexaginta et tria. Huius
quartae partis mensura relata constabit totius ambitus plena di-
mensio. Ab *A* igitur usque ad *N*, quod est medietas perustae, 4
habet sexagesimas quattuor, quae faciunt stadiorum milia sexde-
cim cum octingentorum adiectione: ergo omnis perusta sexagesi-
marum octo est, et tenet stadiorum milia triginta tria et sexcenta
insuper. Latitudo autem cinguli nostri qui temperatus est, id 5
est a *N* usque ad *I*, habet sexagesimas quinque, quae faciunt
stadiorum milia viginti unum: et spatium frigidae, ab *I* usque
ad *C*, habet sexagesimas sex, quae tenent stadiorum viginti quin-
que milia ducenta. Ex hac quarta parte orbis terrarum, cuius 6
mensuram evidenter expressimus, alterius quartae partis magni-
tudinem, ab *A* usque ad *D*, pari dimensionum distinctione co-
gnosces. Cum ergo quantum teneat sphaerae superficies quae ad
nos est in omni sua medietate cognoveris, de mensura quoque
inferioris medietatis, id est a *D* per *B* usque ad *C*, similiter in-
strueris. Modo enim, quia orbem terrae in plano pinximus, in 7
plano autem medium exprimere non possumus sphaeralem tumo-

[Edd. vicahgspdzb.

3. *ipse totus* F. — *milia duo* C. — *ducentenis* BS (R1 a p. m.) LBEN. *ducentis* F a sec. m., TR. — *eius qui est* C a sec. m. — *habet* ... (c. 12, § 9.) *assignat animali* om. l. — *sexagenas* (sup. *gesimas*) C. — *quae ab a* (om. *est*) P. — *incipiens a perusta* v. — *partis quartae partis* R1. — *relata ad alias partes* R1O. *ad alias relata partes* BAR. *relata* (sup. *i. e. ostenta* et in mg. *i. e. ad alias partes*) L. *relata* (sup. add. *ad aliquod*) BEN. 4. *Etiam ab a igitur* BAR.LBEN. — *usque ad N* Mss.bDO*H*12BAR.LBEN. TR. „Mss.“ Gron. *usque ad p* v–z. „Ascensius novum schema hic appinxit, in quo *P* literam posuit loco τοῦ *N*, et *O* loco τοῦ *I*, quem tamen nemo secutus, ut opinor, quia in scriptis non reperiebant.“ Gron. coll. § 1. *redeundum tibi est* etc. — *octogintorum* R1. — *partium sexagesimarum* s–bCFS. — *est octo* R1. — *triginta duo* F. — *insuper et sexcenta* C. *et sexaginta insuper* v1. 5. *Latitudo ergo* G. — *nostri cinguli* F. *nostri anguli* *H*1. — *ab N usque ad I* Mss.bDO*H*12 „Mss.“ Gron. „Ms.“ *ab p usque ad o* v–z. — *quinque quae* ... *habebit* (sic) *sexagesimas* add. in mg. C. — *quae faciunt* ... *habebit sexagesimas sex* add. in mg. R1. — *triginta* (corr. in *viginti*) *unum* B. *viginti et unum* c–b (CR1 in mg.) R2. — *et spacia* G. — *ab I* BFSPGb DO*H*12 (non liquet in CR12). *ab o* v–z. — *stadiorum tenent* Edd. *tenet stadiorum* D. *stadiorum tenet* P. 6. *Ex hac igitur* B (in R1 *igitur* add. a sec. m.). — *parte quarta* F. — *ab L H*1. — *usque D* (om. *ad*) F. — *pari dimensionum* ... *similiter institueris* (sic § 6 extr.) add. a sec. m. R1. — *tenet* F. — *in omni medietate sua* R1 in mg. *omni in sua medietate* s–z. — *id est* om. B. — *institueris* C (R1 in mg.).

VI, 3. *ducenta quinquaginta duo milia*] Cf. I, 20, 20. et geometriam Anonymi (ad calcem huius libri) I, 5. Censorin. 13, 2. Martian. VI, § 596.

4. *quod est medietas*] Vid. not. ad I, 20, 8.

rem, mutuati sumus altitudinis intellectum a circulo qui magis horizon quam meridianus videtur. Ceterum volo hoc mente percipias, ita nos hanc protulisse mensuram, tamquam a *D* per
[146]*A* usque ad *C*, pars terrae superior sit cuius partem nos incolimus, et a *D* per *B* usque ad *C* pars terrae habeatur inferior.

VII. Hoc quoque tractatu proprium sortito finem nunc illud quod probandum promisimus adseramus, hos cingulos et bene Maronem caelo et bene terrae adsignasse Ciceronem, et
2 utrumque non discrepantia sed consona eademque dixisse. Natura enim caeli hanc in diversis terrae partibus temperiem nimietatemque distinxit, et qualitas vel frigoris vel caloris, quae cuilibet aetheris parti semel inhaesit, eadem inficit partem terrae
3 quam despicit ambiendo. Et quia has diversitates quae certis finibus terminantur cingulos in caelo vocaverunt, necesse est totidem cingulos etiam hic intellegi, sicut in brevissimo speculo cum facies monstratur ingens, tenent in angusto membra vel liniamenta ordinem quem sua in vero digesserat amplitudo. Sed hic quoque adserendi quod dicitur minuemus laborem oculis
4 subiciendo picturam. Esto enim caeli sphaera *ABCD*, et intra se claudat sphaeram terrae, cui ascripta sunt *SXTU*, et ducatur in caeli sphaera circulus septentrionalis ab *I* usque in *O*, tropi-

Mss. BCFSPR12G.]

7. *imitati sumus* v-g. — *videtur* CPR2 (FR1 a sec. m.) v-gGDTR.BEN. *videatur* s-bO. *habetur* BS (R1 a p. m.). *vocatur* F a p. m. — *hac mente* B. *hoc quoque mente* TR. — *perspicias* H1. — *nos* om. R2. — *pertulisse* v. *praetulisse* v3-g. — *usque C* (om. *ad*) CG. — *superior sit ... pars terrae* om. P. — *superior sit quam incolimus* H1. — *usque C* (om. *ad*) C (R1 cum ras.).

VII. *Caput VII. In coelo easdem inesse zonas, quae insunt terrae; atque causam huius diversitatis esse solem: qui ut accessu suo causa caloris est, ita recessu frigus inducit.* ch-b. 1. *prosperum sortito finem* reponendum videtur Zeunio respicienti ad librariorum illud *feliciter explicit*, et consuetudinem Socratis apud Platonem in Phaed., ubi passim disputatio et investigatio quaestionis cum navigatione comparatur. — *promisimus*] Cf. c. 5, § 7. — *disseramus* FS. — *id est hos cingulos* s-b F. — *et Maronem bene* s-bPD. — *ciceronem assignasse* B. 2. *eadem* C a p. m., FPGD. *eandem* B (C a sec. m.) SR12v-gbO. *eamdem* s-z. — *quam inspicit* BAR.BEN. — *ambigendo* R1. 3. *ceteris finibus* ex edit. (a) affert Mod. ep. 114, p. 502. et corrigit *certis*. — *terraeminantur* gG. — *vocavere* v-g. *vocarunt* s-bP. — *et hic* s-b. — *ingens* om. B. — *lineamenta* s-bP. — *in vero digesserat sua ampl.* B. — *hic* (sup. *un*) C. *hoc* F. — *asserendo quod dicitur* F. *quod dicitur asserendi* R1. 4. *inter se* Bvia. — *speram terrae claudat* F. *claudat terrae speram* R2. — *in caeli* (add. a sec. m. *spera*) F. — *ab l* C. — *usque ad*

7. *qui magis horizon quam meridianus videtur*] Quid sit horizon, quid meridianus, Macrobius docet I, 15, §§ 16 et 17. Cap. 5, § 9. horizon dicitur dividere terram in medietatem cuius partem nos incolamus, et in alteram quae ad nos videatur inferior, quibuscum congruunt quae de oceano leguntur c. 9, § 4. Talis horizon esse videtur circulus per *ABCD* descriptus, quem pro eo haberi non vult Macrobius, sed pro meridiano, ut in dextera parte sit hemisphaerium nostrum, in laeva hemisphaerium inferius.

VII, 1. *cingulos*] Vid. not. ad c. 5, § 11.

3. *in vero*] non *in vera* sc. facie dicitur, quia opponitur antecedenti *in angusto*.

4. *Esto enim*] Vid. fig. V.

cus aestivus a *G* in *P*, et aequinoctialis a *B* in *A*, et tropicus hiemalis ab *F* in *Q*, et australis ab *E* in *R*, sed et zodiacus du- [147] catur ab *F* in *P*: rursus in sphaera terrae ducantur idem limites cingulorum quos supra descripsimus in *N*, in *M*, in *L*, in *K*.
5 His depictis sine difficultate constabit singulas terrae partes a singulis caeli partibus super verticem suum positis qualitatem circa nimietatem vel temperiem mutuari. Nam quod est susum a *D* usque ad *R*, hoc despicit terram ab *S* usque ad *K*: et quod est in caelo ab *R* usque ad *Q*, hoc inficit terram a *K* usque ad *L*: et quod in caelo est a *Q* usque in *P*, tale facit in terra ab *L* usque ad *M*: qualeque est desuper a *P* usque ad *O*, tale in terra ab *M* usque ad *N*: et quale illic ab *O* usque ad *C*, tale hic est ab *N* usque ad *T*.
6 Sunt autem in aethere extremitates ambae, id est a *D* usque ad *R* et a *C* usque ad *O*, aeterno rigore densetae: ideo in terra idem est ab *S* usque ad *K* et a *T* usque ad *N*. Rursus in caelo a *Q* usque ad *P* nimio calore fervet: ideo in terra quoque ab *L* usque ad *M* idem fervor est. Item sunt in caelo temperies ab *O* usque ad *P* et a *Q* in *R*: ideo hic quoque sunt temperatae ab *N* in *M* et ab *L* in *K*: aequinoctialis enim circulus, qui ab *A* usque ad *B* ductus est, mediam secat perustam.
7 Et ipsum autem scisse Ciceronem, quod terreni cinguli caelestibus inficiantur, ex verbis eius ostenditur. Ait enim: *E quibus duos maxime inter se diversos et caeli verticibus ipsis ex utraque parte subnixos obriguisse pruina vides.* Ecce testatur finale frigus esse de caelo.
8 Idem quoque de fer-

[Edd. vicahgspdzb.

O F. — *in N* om. B. — *in l in r* vl. 5. *His depictis* BCFSR12 GD*H*1 „Angl.“ *his ita depictis* Edd.PO. — *positis* Mss.viDO*H*2 „Angl.“ *impositis* c-b. — *mutuari* (sup. *al. mutari*) C. — *susum* BC (F a sec. m., R1 a p. m.) R2GD (O eras. *r*); cf. c. 5, § 25. *sursum* F a p. m., S (R1 a sec. m.) Edd.PL. — *despicit terrae* PGD. — *ab e* Tn. — *usque K* (om. *ad*) B. *usque ad r* v. — *inficit terrae* P (R1 e corr.) GvichD. *inficit terrae partem* g. *inspicit terram* L. — *usque P* (om. *in*) B. *usque ad P* R2. — *fecit in terra* B. *facit terra* (add. a sec. m. *in*) F. — *quale est* (sup. add. *que*) F. *qualeque* (sup. add. *est*) R1. — *tale hic est ab M usque ad N* (om. *et quale illic ... usque ad T*) C. — *tale est hic ab n* R2. 6. *ad O* (om. *usque*) G. — *densetae* CF (R1 a sec. m.) R2G; vid. I, 3, 20. *densatae* R1 a p. m., Edd.BSP. — *ideo in terra idem* (sup. add. *est*) R1. *ideo et in terra idem* (sup. add. *est*) F. *idem in terra idem est* vl. *idem in terra est* (*idem* om. suo loco) v3-gG. — *in terra ideo quoque* G. *idem in terra quoque* vi. *itidem in terra quoque* c-g. — *item in caelo sunt* R1G. — *et ex q in r* F. *et ex q usque in r* C. — *idem* v3-g. — *sunt hic quoque* Edd.PDO. — *enim* om. C. — *circulus est qui ... ducitur* Tn. 7. *E quibus*] Somn. VI, 2. — *duos* C (F a sec. m.) SPR2v-gGO. *duo* B (F a p. m., in R add. a sec. m.) s-bD. *duoque* „Mss. Angl.“ — *inter se maxime* F. — *verticibus ipsis caeli* R1. *caeli* in F add. a sec. m. ante *vertic. ipsis.* — *ex utraque*

et australis] sc. circulus, qui opponitur circulo septentrionali.

sunt in caelo temperies] Pluralis ponitur numerus, quia haec respiciunt et ad septentrionalem et ad australem caeli partem.

7. *quod .. inficiantur*] Vid. not. ad I, 13, 18.

finale frigus] i. e. quod in finibus terrae est, opponitur *fervori medio* (§ 8.).

[148]vore medio dicit: *medium autem illum et maximum solis ardore torreri.* Cum ergo manifeste et rigorem de caeli verticibus et fervorem de sole in terrae cingulos venire signaverit, ostendit
9 prius in caelo hos eosdem cingulos constitisse. Nunc, quoniam constitit easdem in caelo et in terra zonas esse vel cingulos (haec enim unius rei duo sunt nomina), iam dicendum est, quae causa
10 in aethere hanc diversitatem qualitatis efficiat. Perusta duobus tropicis clauditur, id est a *G* in *P* aestivo, et ab *F* in *Q* hiemali. Ab *F* autem in *P* zodiacum describendo perduximus: ergo signum *P* tropicus ille Cancer habeatur, et signum *F* Capricornus. Constat autem solem neque sursum ultra Cancrum neque ultra Capricornum deorsum meare, sed cum ad tropicorum confinia per-
11 venerit, mox reverti: unde et solstitia vocantur. Et quia aestivus tropicus temperatae nostrae terminus est, ideo cum sol ad ipsum finem venerit, facit nobis aestivos calores de vicino urens sensu maiore subiecta. Illo denique tempore australi generi reverti hiemem non potest ambigi, quia tunc ab illis sol omni viae suae spatio recedit. Rursus, cum ad *F* signum, id est ad Capricornum, venerit, facit nobis hiemem recessu suo et illis vi-
12 cinitate reducit aestatem. Hic notandum est de tribus tantum cardinibus in quamcumque aedem ingredi solem, de quarto numquam. Nam et ab ortu et ab occasu fenestra solem recipit, quippe quem orientem obeuntemque prospectet: recipit et a meridie, quia omne iter solis in nostro meridie est, ut instruit vi-

Mss. BCFSPR12G.]

parte om. *H*1. 8. *Ideo quoque* G. — *illum* add. a sec. m. R1. — *Cum vero* G. — *et manifeste* F. — *designaverit* F. — *in caelo hoc eosdem* F. — *constitisse* BCSR1GvicDOLTR.BEN. *constituisse* a-bPR2. *confecisse* F. 9. *constitit* R1Edd.BPGD. *consistit* O. *constituit* C. *extitit* F. *constat* SR2P6. — *sunt duo* G. — *dicendum* (om. *est*) F. *dicenda* (sup. *um*) *est* G. 10. *tropicis duobus* F. — *ab g* v-gG. — *tempore aestivo* s-z. „Quis vel somniavit unquam aequinoctialem aliis tropicis claudi aestivo, aliis hiberno tempore? Furtivum illud *tempore* nec primae editiones nec librorum scriptorum quisquam agnoscit.“ Gron. — *duximus* (sup. add. *per*) R1. — *ad tropicorum confinia* Mss. (B *ofinia*) Edd.DOE1H13M12GR.1. *ad tropicum confinia* P4 „chart.“ Gron. *ad tropicorum finia* V2. *ad tropicorum signa* „liber vetus“ Gron. (O sup. lin.) H2GU. *ad tropicum signum* „alter“ Gron. (L2). „Possis dubitare, utrum sit scribendum cum chartaceo *ad tropicum confinia* an *ad tropicorum finem*.“ Gron. „*Ad tropicorum confinia* haud dubie est vera lectio, de qua Gronovius non recte dubitat.“ Zeun. — *venerit* CFDP6. — *unde* (om. *et*) F. 11. *vicinus* (sup. *terminus*) *est* R1. — *et ideo* C. — *pervenerit* OLTR. — *non potest ambigi* ... *facit nobis hiemem* add. in mg. C. — *facit hiemem nobis* Edd.SP. — *vicinitate sua* F. 12. *Hoc* F. — *aedem* Mss.v-gO „Mss. omnes“ Gron. *eadem* D. *domum* s-z. — *Nam* (om. *et*) R1. — *abeuntemque* F e corr. —

9. *constitit*] Vid. not. ad I, 16, 10.

10. *tropicus ille cancer*] Cf. I, 12, 2., Sat. I, 17, §§ 26 et 63.

11. *ad ipsum finem*] i. e. ad aestivum tropicum.

australi generi] sc. hominum. Cf. c. 5, §§ 16, 17. et c. 9, § 7.

12. *in quamcumque aedem*] Exempla vocabuli *aedes* singulari numero pro domo privata usurpati collegit Stallbaumius ad Ruddim. Instit. Gramm. Lat. t. I, p. 157.

in nostro meridie] i. e. nobis meridiem versus situm.

sum antelata descriptio: numquam vero solem fenestra septentrionis admittit, quia numquam a *P* signo ad *O* sol accedit, sed [149] a *P* semper retrocedendo numquam fines poli septentrionalis attingit: et ideo numquam per hunc cardinem radius solis infunditur. 13 Eiusdem rei probationem umbra quoque cuiuslibet corporis sufficiet astruere. Nam et in occasum cadit oriente sole, et in ortum, cum sit occiduus: medio autem die, quia sol meridiem tenet, in septentrionem umbra depellitur: in austrum vero circa nostram habitationem inpossibile est umbram cuiuslibet corporis cadere, quia semper in adversam soli partem umbra iactatur, adversus autem austro apud nos sol esse non poterit, cum numquam fines septentrionales attingat. 14 Sane, quoniam pars illa perustae quae temperatae vicina est admittit habitantes, illic, id est trans tropicum, quaecumque habitantur spatia umbram mittunt in austrum eo tempore quo sol Cancrum tenet. Tunc enim fit eis sol septentrionalis, cum tropicum tenet, quod ab illis ad septentrionem recedit. 15 Civitas autem Syene, quae provinciae Thebaidos post superiorum montium deserta principium est, sub ipso aestivo tropico constituta est: et eo die, quo sol certam partem ingreditur Cancri, hora diei sexta, quoniam sol tunc super ipsum invenitur verticem civitatis, nulla illic potest in terram de quolibet corpore umbra iactari, sed nec stilus hemisphaerii monstrantis horas, quem γνώμονα vocant, tunc de

[Edd. vicahgspdzb.

iter omne R2. — *antelata* (sup. *manifesta*) R1. — *fenestra septentrionalis solem* R1Bar.Tr. *solem fenestram septentrionis* B. — *per hunc cardinem numquam* R2. *nunq. per hanc card.* ch. 13. *efficiet* v. — *nam* (om. *et*) gG. — *cum fit* v-gG „Angl.“ — *adversam poli partem* R1. — *umbram* G. — *septentrionalis* FR2O. 14. *pars* (om. *illa*) G. — *habitantes. illic* FS (e ceteris Mss. non enotavi interpunctionem h. l.). *habitantes illic* Edd. — *fit eis* BCGO. *eis fit* s-bP. *fit ei* S R12D. *ei fit* Fv-gBar.Ben. 15. *Civitas enim* FD. — *tunc sol* S. *sol* (om. *tunc*) F. — *in terris* v. — *umbra* add. sup. R1. *umbram* G. — *quem gnomonem* SR12D. *quem stilum gnomena* F. *quem stilum gno-*

fenestra septentrionis] i. e. in septentrionali aedium parte sita.

14. *tropicum*] i. e. tropicum signum, Cancrum.

15. *Civitas autem Syene*] „Eandem rem narrat Plinius II, 73 [s. 75, § 183 Sill.]: *Simili modo*, inquit, *tradunt, in Syene oppido, quod est supra Alexandriam quinque milibus stadiorum, solstitii die medio nullam umbram iaci: puteumque eius experimenti gratia factum totum illuminari. Ex quo apparet, tum solem illi loco supra verticem esse.* Huius urbis etiam mentionem facit Pausanias in Arcadicis [VIII, 38, 5.], ubi quaedam de solis umbra disputat, et Stephanus de Urbibus, ad quem locum Thomas de Pinedo scribit, de hodierno Syenes nomine inter auctores non convenire. Quamquam enim P. Iovius Histor. lib. 18. Guagenam ab incolis vocari contendat, alios tamen aliter sentire. Olim Syenen et Elephantinen imperii Romani fuisse claustra auctor est Tacitus Annal. II, 61.“ Zeun. — Cf. incerti auctoris fragment. math., quod huic libro subieci, I, § 7., et scholia e cod. R2 ibidem exscripta, et Martian. VI, § 598.

Hora diei sexta] „H. e. dies medius, quem Plinius l. l. dicit.“ Zeun.

stilus hemisphaerii monstrantis horas quem γνώμονα vocant] Cf. Vitruv. IX, 8, 1. *Scaphen sive hemisphaerium* (invenit) *Aristarchus Samius*, et Martian. VI, § 597.: *Quippe scaphia dicuntur rotunda ex aere vasa, quae horarum ductus*

16 se potest umbram creare. Et hoc est quod Lucanus dicere voluit, nec tamen plene, ut habetur, absolvit. Dicendo enim:

[150] — *atque umbras numquam flectente Syene,*

rem quidem attigit, sed turbavit verum. Non enim numquam
17 flectit, sed uno tempore, quod cum sua ratione retulimus. His relatis constat solem numquam egredi fines perustae, quia de tropico in tropicum zodiacus obliquatus est. Manifesta est igitur causa, cur haec zona flammis sit semper obnoxia: quippe quam sol, totius aetheriae flammae et fons et administrator, numquam
18 relinquat. Ergo ambae partes ultimae, id est septentrionalis et australis, ad quas numquam calor solis accedit; necessario perpetua premuntur pruina: duas vero, ut diximus, temperat hinc
19 atque illinc vicinia caloris et frigoris. Denique in hac ipsa zona quam incolimus, quae tota dicitur temperata, partes tamen quae perusto cingulo vicinae sunt ceteris calidiores sunt, ut est Aethiopia Arabia Aegyptus et Libya, in quibus calor ita circumfusi aeris corpus extenuat, ut aut numquam aut raro cogatur in nu-

Mss. BCFSPR12G.]

mon C. — *tunc* add. sup. R1. — *umbram iactare* R2. 16. *voluit dicere* R1. — *pleniter absolvit* (om. *ut habetur*) FBar. — *Atque*] Phars. II, 587. — *nusquam*, ut plerique Mss. Lucani, v-g (ch in mg. *nunquam*). — *flectentes* P. — *numquam quidem flectit* „membranae“ Gron. (L2). *umquam flectit* V2. — *cum ratione retulimus sua* R1. 17. *fines perustae egredi* R2. — *Manifestum est igitur* B. *manifesta autem est* R2. — *zona flammis semper sit* CF. *zona sit flammis semper* SR2. *flammis zona semper sit* R1. — *obnixa* (corr. in *noxia*) C. — *quam* (sup. *al. cum*) C. — *aethereae* R1i-bP. *aetereae* FS. *aeternae* v. — *fons administrator* (sup. add. *et*) R1. — *relinquit* P6. 18. *calor solis accedit* BCFR1GDOP46E1Gu.H123Gr.1V3. *solis calor accedit* SR2 Edd.PM12V2. *solis ardor accedit* „membr. altera“ Gron. (L2). *solis accedit ardor* „membr. optima“ Gron., qui confert cap. 8, § 3. *propter nimium solis ardorem.* — *perpetua necessario* R2. — *diximus*] II, 5, 12. — *vicina* g. 19. *zona* sup. add. R1. — *circumfu* (sup. add. *si*) R1.

stili in medio fundo siti proceritate discriminant, qui stilus gnomon appellatur. Adde Vitruv. I, 6, 6. Salmas. Exercc. Plinn. p. 448 sqq. W. A. Becker. Gall. I, p. 186 seq.

16. *ut habetur*] „Quid? si pro *habetur* reposueris *debetur?* h. e. par est, uti natura rei et veritas postulat, ita ut non *turbaret verum.*“ Zeun. — Immo interpreteris: ut legitur apud eum.

numquam flectente] „Sugillat Macrobium Brodaeus, quod versu hoc Lucani perversius legerit *numquam.* Ipse *nusquam.* At tu utcumque legeris, habebit rationem Macrobiana nota. Versus poetae totus talis est:

— — *Calida medius mihi cognitus axis*
Aegypto atque umbras nusquam flectente Syene.

Si enim dicat cognitum sibi etiam meridianum illius oppidi, quod umbras nescit, γενικῶς dixerit nimis, nam umbras novit semper praeterquam existente in tropico meridiano Cancri sole. Si iccirco explicueris, quando umbras non flectit, mathematicum, non poetam intelliges. Et certe iuvanda in pluribus potius vatum sensa, quam exigenda omnia ad rigidam normam.“ Pont. — „Ed. vet. *nusquam*, quae est vera lectio Lucani. Sed noster, quantum ex serie orationis constat, haud dubie *numquam* scripsit.“ Zeun. — Apparet sane ita scripsisse Macrobium e verbis: *non enim numquam flectit, sed uno tempore*, quae tamen sensu carent, Macrobii ipsius, opinor, vitio. Namque ut haec cum antecedentibus congruerent, dicendum erat aut: *non enim semper non flectit, sed uno tempore*, aut: *non*

bes. Et ideo nullus paene apud illos usus est imbrium. Rur- 20
sus quae ad frigidae fines pressius accedunt, ut est palus Maeotis, ut regiones quas praeterfluunt Tanais et Hister omniaque super Scythiam loca quorum incolas vetustas Hyperboreos vocavit, quasi originem boreae introrsum recedendo transissent, adeo aeterna paene premuntur pruina, ut non facile explicetur, quanta
sit illic frigidae nimietatis iniuria. Loca vero quae in medio 21
temperata sunt, quoniam ab utraque nimietate longum recedunt, veram tenent salutaremque temperiem.

VIII. Locus nos ammonet, ut (quoniam diximus rem quae [151]
a nullo possit refelli, utrumque tropicum circum zodiaco terminos facere, nec umquam solem alterutrum tropicum excedere posse vel sursum vel deorsum meando, trans zodiacum vero circum, id est trans ustam quae tropicis clauditur, ex utraque parte incipere temperatas) quaeramus, quid sit quod ait Virgilius, quem nullius umquam disciplinae error involvit:

— duae mortalibus aegris
Munere concessae divum: et via secta per ambas,
Obliquus qua se signorum verteret ordo.

Videtur enim dicere his versibus zodiacum per temperatas duc- 2
tum et solis cursum per ipsas fieri, quod nec opinari fas est, quia neutrum tropicum cursus solis excedit. Num igitur illud attendit, quod diximus, et intra tropicum in ea perustae parte

[Edd. vicahgspdzb.

— *poene nullus* F. 20. *Rursus usque* Gvi. *rursus quae usque* c-bPD. — *palus meotidis* BR2*H*1Bar. — *Ister* BEdd.PG. Cf. c. 16, § 24. *omnia quae* (sup. add. *et*) C. — *introrsum recedendo* add. in mg. R1. — *non ut facile* F. — *frigidae nimietatis* add. a sec. m. R2. 21. *Loca* (sup. *al. locata*) *sunt* C. — *temperatae* s-bP Mod. ep. 114, p. 502. — *in longum* D. *longe* R2 sup. lin., Edd.P. — *salubremque* „Ms."

VIII. *Caput VIII. Obiter quomodo explicandus locus Vergilii* (*Virg.* s-z) *primo Georgicon de circulo Zodiaco.* ch-b. 1. *Locus enim nos* F. — *diximus*] c. 7, § 10. — *nec nunquam* vl. — *sursum* (om. *vel*) G. — *trans perustam* Ben. — *incipere* Mss.v-sb (g in mg.) *H*12 „Angl." „omnes Mss." Gron., qui reprehendit Pontanum aliud quid quaerentem. *accipere* h-z. „Scripserit Macrobius *occipere*. Considera et probabis." Pont. — *duae*] Georg. I, 237. — *vertitur H*1. 2. *enim* om. F. — *verb;* (sup. *si*) R1. *verbis* R2. — *cursus* R2vichgG. — *ferri* Edd.P. — *nunc igitur* v. — *quod diximus*] c. 7, § 14. — *perusta* v-g; Mod. ep. 114, p.

enim numquam flectit, sed uno tempore non flectit, namque *umbram flectere* nihil aliud est quam umbram iacere.

19. *Et ideo nullus paene apud illos usus est imbrium*] „Quae auctor hic tradit, verosimiliora et recentiorum experimento magis consentanea sunt existimanda quam illorum opinio, qui Aegyptum terram esse dicunt expertem imbrium, ut Mela I, 8. et alii." Zeun. — Cf. I, 22, 9. *ex omni aeris parte praeter ustam calore perpetuo liquor pluvialis emanat*, et II, 5, 19. *terrae in qua est usus diei*, ubi vid. not.

20. *introrsum recedendo*] Cf. c. 8, § 3. et Hand. Tursell. III, p. 443, 2.: „*Introrsum* de situ locorum et regionum dicitur, quae in terras recedunt, aut in interiorem partem terrae porriguntur."

VIII, 1. *quem nullius umquam disciplinae error involvit*] Cf. Plin. N. H. II, 7, s. 5, § 25 Sill. *Quae singula improvidam mortalitatem involvunt.* Plin. Ep. I, 5, 7. *Nec me laqueis tam insidiosae interrogationis involveram.* — Maronis

3 quae vicina est temperatae habitatores esse? Nam Syene sub ipso tropico est, Meroe autem tribus milibus octingentis stadiis in perustam a Syene introrsum recedit, et ab illa usque ad terram cinnamomi feracem sunt stadia octingenta: et per haec omnia spatia perustae, licet rari, tamen vita fruuntur habitantes: ultra vero iam inaccessum est propter nimium solis ardorem.
4 Cum ergo tantum spatii ex perusta vitam ministret, et sine du-[152]bio circa viciniam alterius temperatae, id est antoecorum, tantumdem spatii habere perustae fines pari mansuetudine non negetur (paria enim in utraque parte sunt omnia): ideo credendum est per poeticam tubam, quae omnia semper in maius extollit, dixisse viam solis sectam per temperatas, quoniam ex utraque parte fines perustae in eo sunt similes temperatis, quod se pa-
5 tiuntur habitari? An forte poetica licentia particulam pro simili paene particula posuit, et pro *sub ambas* dicere maluit *per ambas?* Nam revera ductus zodiaci sub ambas temperatas ultro citroque pervenit, non tamen per ambas: scimus autem et Ho-

Mss. BCFSPR12G.]

502. restituit *perustae*. — *temperatae est* F. 3. *milibus octogintis* (sup. *octingentis*) G. *millibus et octingentis* Bar.Tr. — *usque ad alteram* G. — *cinnami* (sup. add. *mo*) R1. — *stadia octoginta* GTr. *stadiorum octoginta* B. — *feruntur vitae* (sup. *fruunt.*) F. — *accessus non est* R1. 4. *vicinam* v-g. — *antoecorum* R1vc-bP. *antecorum* R2. *anteocorum* BS. *anteoecorum* G. *αντοεκωρον* i. *anthechorum* O. *ante equorum* D. *antichorum* C. *antiktorum* F. — *tantum* H1. — *fines perustae* F. *per perustae fines* v-g; Modius l. c. del. *per* „ex libris scriptis." — *pari mansuetudine* BPTr. *et pari mansuetudine* Mod. l. c. „Cui intercedunt omnes Leidenses libri, et an sit mutandum (*parem mansuetudinem*) cuivis videre praesto est." Gron. *parem mansuetudinem* R12DO. *et parem mansuetudinem* Edd.CSG. *et parem consuetudinem* (sup. *man*) F. — *enim* sup. add. R1. — *credendum* (om. *est*) R1. — *quia ex utr.* R2. 5. *et pro sub ambas per ambas dicere maluit*

laudem vid. Sat. lib. I, c. 24, § 8 sqq., al.

3. *Syene*] Cf. c. 7, § 15.

tribus milibus octingentis stadiis] Plinius N. H. II, 73, s. 75, § 184. *Meroe .. quinque milibus stadium a Syene in amne Nilo habitatur.* Consentit Strabo II, 5, p. 114 (180 Tauchn.). Hic stadiorum numerus efficit DCCXXV mill. pass., qui numerus tribuitur Eratostheni apud Plin. VI, 29, s. 35, § 183. Ibidem § 184. Neronis exploratores dicuntur renuntiavisse Meroen a Syene abesse DCCCLXXIII (in Mss. DCCCCLXXIII, vel XXXV, XXV, XXVI) mill. pass. Vid. Pauly Real-Encl. s. v. Meroe.

ab illa] i. e. a Meroe. Sed cf. Strabo l. c. .. *διὰ τῆς Κιννααμωφόρου, πέρας καὶ ἀρχὴν δεῖ τίθεσθαι τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης πρὸς μεσημβρίαν. Ἐπεὶ οὖν πεντακισχίλιοι μὲν εἰσὶν οἱ ἀπὸ Συήνης εἰς Μερόην, ἄλλοι δὲ προσγεγόνασι τρισχίλιοι, εἶεν ἂν οἱ πάντες ἐπὶ τοὺς ὅρους τῆς οἰκουμένης ὀκτακισχίλιοι.* Vix dubites, quin Macrobius commiserit errorem.

ad terram cinnamomi feracem] Cf. Plin. N. H. XII, 19, s. 42, § 86 Sill. *Cinnamum nascitur in Aethiopia Troglodytis connubio permixta.* Salmas. Exercc. Plinn. p. 385 a, B. C.

4. *id est antoecorum*] Cf. cap. 5, § 33.

per poeticam tubam] i. e. „*mit der Dichterposaune.*" Paulo alio sensu Martialis VIII, 56, 3 sq. *Ingenium sacri miraris deesse Maronis, Nec quemquam tanta bella sonare tuba.*

merum ipsum et in omnibus imitatorem eius Maronem saepe tales mutasse particulas. An, quod mihi vero propius videtur, 6
per ambas pro *inter ambas* voluit intellegi? Zodiacus enim inter ambas temperatas volvitur, non per ambas: familiariter autem *per* pro *inter* ponere solet, sicut alibi quoque:

Circum perque duas in morem fluminis Arctos.

Neque enim Anguis sidereus Arctos secat: sed, dum et amplecti- 7
tur et intervenit, circum eas et inter eas volvitur, non per eas. Ergo potest constare nobis intellectus, si *per ambas* pro *inter ambas* more ipsius poetae dictum existimemus. Nobis aliud ad 8
defensionem ultra haec quae diximus non occurrit. Verum quoniam in medio posuimus, quos fines numquam via solis excedat, manifestum est autem omnibus, quid Maro dixerit, quem constat erroris ignarum: erit ingenii singulorum invenire, quid possit [153] amplius pro absolvenda hac quaestione conferri.

IX. His quoque, ut arbitror, non otiosa inspectione tracta- 1
tis nunc de oceano quod promisimus astruamus, non uno sed

[Edd. vicahgspdzb. v-g. — *scimus enim* C. — *huius* s-bP. — *permutasse* F. *mutuasse* chg (g in mg. *mutasse*). 6. *vero* deletum est in R1. — *proprius* R2 DO. — *intellegi voluit* C. — *Circum*] Georg. I, 245. — *duas* sup. add. R1. 7. *sidereus anguis* F. — *dum amplectitur* (om. *et*) F. — *constare potest nobis* F. *potest nobis constare* R1. — *per ambas .i. pro inter ambas* v1. 8. *ad defensionem aliud* R2. — *excedit* B. — *autem est omnibus* R2. *est omnibus autem* v. — *quid pro absolvenda hac quaestione possit amplius* R2. — *conferri* CF (G sup. lin.) v-gbDOx.Tr. *confiteri* BSPR12Gs-zO*H*1L „quod hic nullius videtur esse pretii.“ Zeun.

IX. *Caput IX. Non uno, sed gemino oceani ambitu terram omnem circumflui: et quomodo angusta (angustata* chg*) verticibus, latior lateribus, sit habitabilis nostra: tum de exiguitate oceani, quem nos magnum vocamus.* ch-b. 1. *promisimus*] c. 5, § 6. — *astruemus* v-g. —

5. *Homerum .. saepe tales mutasse particulas*] „Recte. Quod inprimis valet de particula ἀνά, quae huc pertinere videtur.“ Zeun. — Immo huc pertinet praepositio Graeca διά, „*zwischen durch*“; cf. Odyss. κ', 391. ἡ δὲ δὶ αὐτῶν ἐρχομένη.

6. *familiariter autem per pro inter ponere solet*] Pontanus haec adnotavit: „Nec aliter Petron. Arbiter illo versu [c. 122.]:

— *Nec, vaga passim*
Flumina per notas ibant morientia ripas.

Per notas ripas, id est *intra ripas*. Non manebant, inquit, intra ripas suas flumina, passim vaga. Manilianos versus lib. IV. Astronomicon [ed. Scal. p. 102, v. 25 sq.] hic adumbravit Petronius:

Donec in Aegyptum redeant curvata per undas
Littora, Niliacis iterum morientia ripis.“

7. *Anguis sidereus*] Cf. I, 12, 8. *Crater ille sidereus.*

conferri] Hoc verbum, quod pauci iique deteriores codices exhibent, speciosa facilitate suspectum est, neque satis cum eo convenit praepositio *pro*; putaverim enim Macrobium dicturum fuisse *ad absolvendam hanc quaestionem conferri.* At *confiteri*, quod legitur in libris mss. plerisque, id fateor me interpretari non posse, quum hoc verbum necessario referendum esset ad *ingenium*. Vide ergo ne legendum sit *confieri*, „*was sich für weitere Resultate gewinnen lassen.*“ *Fieri* et *ferri* alias quoque confundi ex hoc ipso capite (§ 2.) potest demonstrari. Ceterum conf. c. 3, § 2. *quae confit ex omnibus*, Sat. I, 14, 13. et 15, 1. *qui ex quadrantibus confit*. Vid. Herzog. ad Caesaris B. G. VII, 58. verba: *Postquam in difficilius confieri animadvertit.*

gemino eius ambitu terrae corpus omne circumflui: cuius verus et primus meatus est qui ab indocto hominum genere nescitur; is enim, quem solum oceanum plures opinantur, de sinibus ab
2 illo originali refusis secundum ex necessitate ambitum fecit. Ceterum prior eius corona per zonam terrae calidam meat superiora terrarum et inferiora cingens, flexum circi aequinoctialis imitata. Ab oriente vero duos sinus refundit, unum ad extremitatem septentrionis, ad australis alterum: rursusque ab occidente duo pariter enascuntur sinus, qui usque ad ambas quas supra
3 diximus extremitates refusi occurrunt ab oriente demissis. Et dum vi summa et impetu immaniore miscentur invicemque se feriunt, ex ipsa aquarum collisione nascitur illa famosa oceani accessio pariter et recessio, et ubicumque in nostro mari contingit idem, vel in angustis fretis vel in planis forte litoribus, ex
[154]ipsis oceani sinibus quos oceanum nunc vocamus eveniunt, quia
4 nostrum mare ex illis influit. Ceterum verior, ut ita dicam, eius alveus tenet zonam perustam, et tam ipse qui aequinoctialem, quam sinus ex eo nati qui horizontem circulum ambitu suae flexionis imitantur, omnem terram quadrifidam dividunt, et sin-
5 gulas, ut supra diximus, habitationes insulas faciunt. Nam inter nos et australes homines means ille per calidam totamque cingens et rursus utriusque regionis extrema sinibus suis ambiens binas in superiore atque inferiore terrae superficie insulas facit.
6 Unde Tullius hoc intellegi volens non dixit: *omnis terra parva*

Mss. BCFSPR12G.]

ambitu eius BF. — *verus et* om. s–z. „Scripti libri *cuius verus et primus m.* Infra vides originalem [§ 1.] et veriorem [§ 4.] alveum vocari, ut de hac lectione non sit dubitandum.“ Gron. *verus* (om. *et*) D. — *nascitur* vD*H*1. — *oceanum* add. a sec. m. B. — *pluris arbitrantur* F. — *finibus* C a sec. m., Sv–pD „perperam et contra membranas.“ Pont. *Sinibus* corrigit Mod. ep. 114, p. 603. — *refusus* v–a. Emend. Mod. l. c.
2. *eius prior* v–g. — *calidae* F. — *septentrionalis* FTR. — *rursus* (om. *que*) F. — *nascuntur* R1. — *dimissas* C. 3. *immaiore* S sup. add. *n*; G. *immaniora* F. *maniore* v1. — *ipsarum aquarum* TR. — *idem* om. R1. — *sinibus* CFR1bPOOx.BAR.L. *finibus* BSR2v–zGD. — *nunc* sup. add. R1. 4. *qui aequinoctialis est H*1 „4 Angl.“ — *nasci H*1. — *origentem* (del. *g*) *circulum* F. — *quadrifariam* LTR.BEN. — *ut supra diximus*] Cf. § 2. et c. 5, § 29. — *habitationis* G. — *faciunt insulas* vag. 5. *calidam* Mss. et DO*H*12 „membr.“ Mod. l. c. *calidam zonam* Edd. — *sinibus* CFR12GOBAR.L „membr.“ Mod. l. c. *finibus* BEdd.SPD. — *superiori* CF. — *inferiori* F. 6. *volens*

IX, 1. *cuius verus et primus meatus est*] Facile intelligitur quaecumque h. l. de oceano proferuntur mera et vana esse commenta, quibuscum maxime convenire Eumen. Paneg. Constant. c. 6. et Rutil. Itinerar. I, 643. ait Forbiger Handb. d. alt. Geogr. t. I, p. 586. Cf. Plin. N. H. II, 68, § 171. *toto circumdatus* (oceanus) *medio et omnes ceteras fundens recipiensque aquas.*

2. *superiora terrarum et inferiora*] i. e. utrumque hemisphaerium. Cf. c. 6, § 7.

3. *ex ipsa aquarum collisione nascitur illa .. recessio*] Cic. de Div. II, 14, 34. *Quid de fretis aut de marinis aestibus plura dicam, quorum accessus et recessus lunae motu gubernantur.* Alias de hac re veterum opiniones vid. apud Forbiger. l. c. p. 584 sqq.

quaedam est insula, sed: *omnis terra quae colitur a vobis parva quaedam est insula*, quia et singulae de quattuor habitationibus parvae quaedam efficiuntur insulae oceano bis eas, ut diximus, ambiente. Omnia haec ante oculos locare potest descriptio sub- 7
stituta: ex qua et nostri maris originem, quae totius una est, et rubri atque Indici ortum videbis, Caspiumque mare unde oriatur invenies, licet non ignorem esse nonnullos qui ei de oceano ingressum negent. Nec dubium est in illam quoque australis generis temperatam mare de oceano similiter influere: sed describi hoc nostra attestatione non debuit, cuius situs nobis incognitus perseverat. Quod autem dixit nostram habitabilem *angustam* 8
verticibus, lateribus latiorem, in eadem descriptione poterimus advertere. Nam quanto longior est tropicus circulus septentrionali circo, tanto zona verticibus quam lateribus angustior est: quia summitas eius in artum extremi cinguli brevitate contrahitur, [156]
deductio autem laterum cum longitudine tropici ab utraque parte distenditur. Denique veteres omnem habitabilem nostram extentae chlamydi similem esse dixerunt. Item quia omnis terra, 9
in qua et oceanus est, ad quemvis caelestem circulum quasi centron puncti optinet locum, necessario de oceano adiecit: *qui tamen tanto nomine quam sit parvus, vides.* Nam licet apud nos

[Edd. vicahgspdzb.

intelligi s–bP. *intelligi voluit* B. — *parva est quaedam insula* R2. *parva quaedam insula est* R1O. *quaedam parva insula est* F. — *sed: omnis ... est insula* om. SD. — *a nobis* C. — *insula est* R12. — *quia sing.* (om. *et*) FBar.Ben. — *ut diximus*] § 1. et c. 5, § 6. — *ambiente ut diximus* F. 7. *potest locare* F. — *nostri* sup. add. R1. — *esse nullos* v. — *oceano* (om. *de*) G. — *negant* F. — *Nec est dubium* B. — *incognitus nobis perseverat* R1. 8. *nostram habitabilem dixit* CFD. *nostram habitationem dixit* O. — *angustatam* cahgG (h in mg. *angustam*). — *latiorem lateribus* R2. *latiorem* (om. *lateribus*) v. — *id eadem* g in mg. „Non absonum." Pont. — *advertere* (sup. add. *probare*) R1. — *extremi circuli* CR2. — *destructio* H1. 9. *centrum* GR2. — *ob-*

7. *descriptio*] Vid. fig. VI. Ea quae Macrobius dicit posse videri in descriptione, in iis, quae in editis libris sunt, minime conspiciuntur, quamobrem expressi descriptionem quae est in cod. F.

esse nonnullos qui ei de oceano ingressum negent] Haec vera sententia obtinuerat apud veteres, Herodotum (I, 202-204), Aristotelem, Diodorum; deinde revocata est a Ptolemaeo de quo vid. Eustath. in Dionys. Perieget. 48. *Ὅτε τὴν Κασπίαν θάλασσαν Πτολεμαῖος μὲν λιμνοειδῶς περιγράφων, περιοδεύεσθαι λέγει πεζῇ βαδίζουσι.* Alii putaverunt angusto et longo freto quasi fluvium in terras irrumpere hoc mare, cf. Plin. N. H. VI, 12, s. 15., Pomp. Mela III, 5., Strabo XI, p. 507 sqq. Vid. Mannert Geogr. d. Griech. u. Röm. t. IV, p. 336 sqq. ed. I.

australis generis] sc. hominum. Cf. § 5. *inter nos et australes homines*, et c. 7, § 11.

8. *tanto zona verticibus quam lateribus angustior est*] Non recte Macrobius Ciceronis verba videtur interpretari, quibus nihil aliud existimo contineri, nisi terram a nobis habitatam magis ab occidente distendi ad orientem, quam a meridie ad septentrionem.

extentae chlamydi similem] Cf. Strabo II, p. 118., XI, p. 519., Forbiger Geogr. d. Gr. u. R. I, p. 186 et 318.

9. *puncti optinet locum*] Idem legitur I, 16, 6., et ibid. § 10. *puncti modum optinere*, infra c. 10, § 3.

Atlanticum mare, licet magnum vocetur: de caelo tamen despicientibus non potest magnum videri, cum ad caelum sit terra
10 signum, quod dividi non possit in partes. Ideo autem terrae brevitas tam diligenter adseritur, ut parvi pendendum ambitum famae vir fortis intellegat, quae in tam parvo magna esse non poterit.

X. Quod doctrinae propositum non minus in sequentibus apparebit: *Quin etiam si cupiat proles futurorum hominum deinceps laudes uniuscuiusque nostrum acceptas a patribus posteris prodere, tamen propter eluviones exustionesque terrarum, quas accidere tempore certo necesse est, non modo non aeternam sed ne*
2 *diuturnam quidem gloriam adsequi possumus.* Virtutis fructum
[156] sapiens in conscientia ponit, minus perfectus in gloria: unde Scipio perfectionem cupiens infundere nepoti auctor est, ut con-
3 tentus conscientiae praemio gloriam non requirat. In qua adpetenda quoniam duo sunt maxime quae praeoptari possint, ut et quam latissime vagetur et quam diutissime perseveret, postquam superius de habitationis nostrae angustiis disserendo totius terrae, quae ad caelum puncti locum optinet, minimam quandam

Mss. B (C usque ad finem cap. IX.) FSPR12G.]

tinet puncti locum Edd.P. — *qui tam* F. — *atlanticum mare apud nos* SR2. — *licet magnum* B (C del. *licet*) R1GvDOH2. *licet magnum mare et licet magnum* F. *magnum* (om. *licet*) SR2i-bP. — *tamen* om. F. — *dispicientibus* v1. — *sit terra signum* BFDO. *terra signum sit* PR12. *terra signum sit et punctum* Edd.CSG. — *non potest* G. 10. *esse non poterit, ut contentus potius conscientiae praemio gloriam non requirat.* C, cuius haec sunt ultima verba; chs-z. Verba *ut ... requirat* ut e c. 10, § 2. huc translata Gronovius indicio libri Oxoniensis vult deleri. Vid. not.

X. *Caput X. Mundum quidem esse aeternum: ceterum inde non posse sperari perpetuitatem gloriae ac famae apud posteros, quando mundo ipse manente ea, quae in ipso sunt, vicissitudine quadam nunc occidant, nunc rursus oriantur.* ch-b. 1. *Quod ... apparebit* in ch-b tribuuntur capiti IX. Cf. I, 10, 1. — *insequentibus* FR12. — *Quin etiam*] Somn. VII, 1. — *cupiet* Gs-bPR2DO. — *proles illa*, ut Somn. l. c., FchgBar.Ben. — *deinde unicuiusque* v1. — *a patribus acceptas*, ut Somn. l. c., Bar.Ben. — *certo* B. — *tempore* BR1. — *omnimodo non* R1. 2. *perfectionem scipio* R1. — *conscientiae* add. a sec. m. R1. — *quaerat* R1. 3. *duae* H2. — *maxima* cahg. — *optari* F. *non optari* S. *probari* v. — *ut quam* (om. *et*) R1. — *perseverat* R1. — *superius*] Somn. c. 6. — *disserendo* om. P; add. a sec. m. R2. — *maximam* p2; emendavit Gron. ex vett. mem-

cum ad caelum sit terra signum] Zeunius postquam scribendum proposuit *terra sit quasi punctum*, adiecit: „Si cui haec ratio non placet, interpretetur *signum* ex Graeco σημείῳ per punctum, ut adeo auctor graecismo deceptus tautologiam commiserit.“ Quod comprobabis, si respexeris ad vulgatum *signum sit et punctum*, ubi verba *et punctum* glossemati deberi videntur. Ceterum cf. I, 16, 10. *Punctum dixerunt esse geometrae, quod .. in partes dividi non possit, nec ipsum pars aliqua sed tantummodo signum esse dicatur*, et not. ad II, 2, 8.; denique I, 20, 14., II, 5, 10.

10. *quae .. non poterit*] Haec clausula minus idonea esse videbatur codicibus qui in haec verba desinerent. Itaque in archetypo codicis C subiecta sunt capitis 10, § 1. verba *ut contentus conscientiae praemio gloriam non requirat*, quae inde transierunt in editiones complures.

X, 3. *ad caelum puncti locum optinet*] Vid. not. ad c. 9, § 9.

docuit a nostri generis hominibus particulam possideri, nullius vero gloriam vel in illam totam partem potuisse diffundi, siquidem Gangen transnare vel transcendere Caucasum Romani nominis fama non valuit: spem, quam de propaganda late gloria ante oculos ponendo nostri orbis angustias amputavit, vult et diuturnitatis auferre, ut plene animo nepotis contemptum gloriae compos dissuasor insinuet. Et ait nec in hac ipsa parte, in 4
quam sapientis et fortis viri nomen serpere potest, aeternitatem nominis posse durare, cum modo exustione modo eluvione terrarum diuturnitate rerum intercedat occasus. Quod quale sit, 5
disseremus. In hac enim parte tractatus illa quaestio latenter absolvitur, quae multorum cogitationes de ambigenda mundi aeternitate sollicitat. Nam quis facile mundum semper fuisse 6
consentiat, cum et ipsa historiarum fides multarum rerum cultum emendationemque vel ipsam inventionem recentem esse fateatur, cumque rudes primum homines et incuria silvestri non multum a ferarum asperitate dissimiles meminerit vel fabuletur [157]
antiquitas, tradatque nec hunc eis quo nunc utimur victum fuisse, sed glande prius et bacis altos sero sperasse de sulcis alimoniam, cumque ita exordium rerum et ipsius humanae nationis opinemur, ut aurea primum secula fuisse credamus, et inde natura per metalla viliora degenerans ferro secula postrema foedaverit? Ac, ne totum videamur de fabulis mutuari, quis non hinc aesti- 7
met mundum quandoque coepisse et nec longam retro eius aeta-

[Edd. vicahgspdzb.

branis et editionibus. — *nostri generis hominibus* (om. *a*) sp; emendavit Gron. *ab hominibus nostri generis* v. — *Gangem* s-bP. — *transnatare* v. — *postquam spem de prop.* H1. — *vult* (om. *et*) G. *vult etiam* Edd. 4. *Et ait hic* H1. — *in hac parte* (om. *ipsa*) B. *in ipsa hac parte* R2. — *in quam ipsa et* R2. — *vix serpere potest* Bar. — *diuturnitatem* OBar. *diuturnitatis* H2. — *intercidat* FOLBar.Ben. 5. *aeternitate significat* v. 6. *semper mundum* F. — *emendationem* (om. *que*) R1. — *inventionem ipsam* R2s-bP. — *de ferarum asperitate* F. — *utemur fuisse victum* F. — *alitos* v-g. — *de sulcis sperasse* R2. — *humanae* add. a sec. m. R2. — *et in* (sup. add. *de*) *natura* R1. 7. *de fabulis videamur mutuari* R1G. — *hunc* R1. — *aestimet* om. F. *extimet* v1. *existimet* Sv3-g. — *quandoque mundem* R2. — *et ne* O.

nostri generis] sc. septentrionalis. Cf. c. 5, § 16 et 17.; c. 7, § 11.; c. 9, § 7.

de propaganda late gloria] Haec respondent sequenti genitivo *diuturnitatis*, ut paulo supra: *et quam latissime vagetur, et quam diutissime perseveret.*

ut plene animo nepotis contemptum gloriae compos dissuasor insinuet] „*Compos* absolute poni sine addito eo, cuius quis compos vel particeps sit, admodum durum est. Igitur pro *compos* rescribe *avus*, aut quod melius videtur, repone *caeli compos.*“ Zeun. coll. Somn. III, § 1. — Immo ad voces *compos* et *dissuasor* repetas vocem antecedentem *gloriae*.

5. *quae multorum cogitationes de ambigenda mundi aeternitate sollicitat*] i. e. quae multos sollicitat, ut cogitent ambigendum esse de mundi aeternitate, vel si mavis: ut ambigant de mundi aeternitate. Cf. § 3. *quam* (sc. spem) *de propaganda late gloria*.

6. *cumque ita exordium rerum et ipsius humanae nationis opinemur*] Notanda est constructio verbi *opinor*, quam nullis exemplis possum confirmare. Dicendum erat aut *de exordio* aut *tale fuisse exordium*. Pro *humanae nationis* malueris *generis humani*.

tem, cum abhinc ultra duo retro annorum milia de excellenti rerum gestarum memoria ne Graeca quidem extet historia? Nam supra Ninum, a quo Semiramis secundum quosdam credi-
8 tur procreata, nihil praeclarum in libros relatum est. Si enim ab initio immo ante initium fuit mundus, ut philosophi volunt: cur per innumerabilem seriem seculorum non fuerat cultus quo nunc utimur inventus? non literarum usus, quo solo memoriae fulcitur aeternitas? cur denique multarum rerum experientia ad aliquas gentes recenti aetate pervenit, ut ecce Galli vitem vel cultum oleae Roma iam adolescente, didicerunt, aliae vero gentes
9 adhuc multa nesciunt quae nobis inventa placuerunt? Haec omnia videntur aeternitati rerum repugnare, dum opinari nos faciunt certo mundi principio paulatim singula quaeque coepisse. Sed mundum quidem fuisse semper philosophia auctor est conditore quidem deo, sed non ex tempore, siquidem tempus ante mundum esse non potuit, cum nihil aliud tempora nisi cursus
[158] solis efficiat: res vero humanae ex parte maxima saepe occidunt manente mundo et rursus oriuntur vel eluvione vicissim vel ex-
10 ustione redeunte. Cuius vicissitudinis causa vel necessitas talis est. Ignem aetherium physici tradiderunt humore nutriri, adserentes ideo sub zona caeli perusta, quam via solis, id est zodiacus, occupavit, oceanum, sicut supra descripsimus, a natura lo-

Mss. BFSPR12G.]
nec (om. *et*) R1Edd.SP. — *gestarum* om. F. — *nec graeca quidem* F. — *praeclarum in libris* v. *in libros praeclarum* a. 8. *seculorum* sup. add. R1. — *sola* h. — *cur non denique* v. 9. *semper fuisse* FR1. — *nisi cursus solis efficiat tempora* R1. — *res* (om. *vero*) F. 10. *aethereum* R12v-gb. — *zona caelesti* F. — *supra*] c. 9, § 2. — *dixi-*

7. *retro*] Vid. not. ad I, 21, 9.

de excellenti rerum gestarum memoria] i. e. de rebus praeclare gestis, ideoque dignis quae memoriae mandarentur.

supra Ninum] Cf. Caes. B. G. VI, 19, 4: *Paulo supra hanc memoriam*. Similia vide apud Lucretium V, 325 sqq.

a quo Semiramis .. creditur procreata] Haec opinio inde nata esse videtur, quod Semiramis auctore Iustino I, 2, 1., cum Nino in regno succederet, dicebatur simulasse se pro uxore Nini filium, pro femina puerum.

8. *ante initium fuit*] i. e. nullum habuit initium, iam ante temporis initium fuit, cf. § 9.

ecce] Sic hac particula saepius usus est Macrobius. Cf. c. 15, § 16., Sat. I, 4, 13., et e Gellio ibid. § 22., VII, 9, §§ 9 et 10.

multa nesciunt, quae nobis inventa placuerunt] „Verbum *placuerunt* cum non satis repugnet contrario suo *nesciunt*, mutandum puto in *innotuerunt*." Zeun. — Verbo *nesciunt* opponitur *inventa*, sed verbum *placuerunt* minime otiosum est, cum ea, quae placeant inventoribus, alii soleant imitari.

9. *dum opinari nos faciunt*] Vid. not. ad c. 5, § 19.

philosophia auctor est] Cf. Cic. N. D. I, 8 sqq.

tempus ante mundum esse non potuit] Vid. not. ad Sat. I, 8, 7.

10. *ignem aetherium .. humore nutriri*] „Hinc Balbus Stoicus apud Ciceronem de N. D. II, 15. ait solem esse igneum, oceanique ali humoribus, quia nullus ignis sine pastu aliquo possit permanere. Et scholiastes ad Aristoph. Nub. 577. dicit solem, cum sit ignis, ad se trahere maris humiditatem. Atque haec opinio olim tam communis fuit, ut Anacreon Od. XIX inde satis lepidum sumeret argumentum ad eorum propulsandam iniuriam erroremque refellendum, qui negare audebant ei esse bibendum." Zeun.

catum, ut omnis latitudo, quam sol cum quinque vagis et luna
ultro citroque discurrunt, habeat subiecti humoris alimoniam.
Et hoc esse volunt, quod Homerus, divinarum omnium inventio- 11
num fons et origo, sub poetici nube figmenti verum sapientibus
intellegi dedit, Iovem cum dis ceteris, id est cum stellis, pro-
fectum in oceanum Aethiopibus eum ad epulas invitantibus. Per
quam imaginem fabulosam Homerum significassc volunt hauriri
de humore nutrimenta sideribus: qui ob hoc Aethiopas reges
epularum caelestium dixit, quoniam circa oceani oram non nisi
Aethiopes habitant, quos vicinia solis usque ad speciem nigri co-
loris exurit. Cum ergo calor nutriatur humore, haec vicissitudo 12
contingit, ut modo calor modo humor exuberet. Evenit enim,
ut ignis usque ad maximum enutritus augmentum haustum vin-
cat humorem ac sic aeris mutata temperies licentiam praestet in-
cendio et terra penitus flagrantia inmissi ignis uratur: sed mox
impetu caloris absumpto paulatim vires revertuntur humori, cum
magna pars ignis incendiis erogata minus iam de renascente hu-
more consumat. Ac rursus longo temporum tractu ita crescens 13
humor altius vincit, ut terris infundatur eluvio: rursusque ca- [159]
lor post hoc vires resumit: et ita fit, ut manente mundo inter
exuberantis caloris humorisque vices terrarum cultus cum homi-
num genere saepe intercidat et reducta temperie rursus novetur.
Numquam tamen seu eluvio seu exustio omnes terras aut omne 14
hominum genus vel omnino operit vel penitus exurit. Aegypto

[Edd. vicahgspdab.

mus F. — *qua* R2 a sec. m. Edd.G. *per quam* FPO „Angl.“ — *cum vagis* (om. *quinque*) R1. — *et luna* om. v. 11. *Homerus*] Il. α, 423. et Od. α, 22. — *profectis* (sup. *um*) R2. — *ad coenam invitantibus* H1. — *per hanc* R1. — *haurire* R1. — *epularum caelestium convivas* Bar. H1. *epularum participes caelestium* gb. — *circa oceani* (sup. add. *horam*) R1. — *solis vicinia* R2. — *usque speciem* (om. *ad*) g. — *exuerit* B. *exussit* v-gG. 12. *haec vicissitudo* Mss. (R1 *hae*) v-gDOLTr. Ben. „libri veteres“ Gron. *hoc vicissitudinis* s-z. — *contigit* P. — *ac si* R1. *et sic* Edd.PS. — *assumpto* BR1. — *pars* (sup. add. *ignis*) R1. 13. *temporis* FBar.Ben. — *tractatu* (FR1 a sec. m.) chg. — *altus* F e corr. — *rursusque ... numquam tamen* add. in mg. R1. — *rursus* (om. *que*) s-z. „Ed. vet. *rursusque*. Recte, ut ante *ac rursus*. Nam Macrobius amat particulas connectendi more Graecorum.“ Zeun. — *exuberantis* FSG. Cf. § 12. *exuperantis* Bv-gO. *exsuperantis* R12s-b PD. 14. *seu exustio* (om. *seu eluvio* etiam in mg.) R1. *sive el.*

quam ... discurrunt] Vid. not. ad I, 18, 12. De re cf. I, 6, 53.; 14, 9 sqq.; 21, 2 sqq.

11. *intellegi dedit*] Vid. not. ad I, 6, 3.

Iovem .. profectum in Oceanum] „Arnobius lib. VI [c. 4.] *Hoc est enim proprium deorum, ubique esse totos, non adesse, non abesse, non coenatum ad Aethiopas pergere et post dies bis senos privatum ad domicilium redire.* Versus autem Homericos et eandem paene enarrationem posuit auctor Sat. I, 23 [§§ 1-3.], discrepans ab Arnobio quod δωδεκάτῃ non ἡμέρᾳ explicet, sed ὥρᾳ. Tu vide sis et adiunge Lipsium in physiologia Stoica.“ Gron.

12. *calor nutriatur humore*] Cf. Sat. I, 23, 2. et VII, 13, 5.

13. *crescens humor altius*] Sic apud Graecos saepius participia ab iis quae ad ea pertinent separantur substantivis suis. Vid. quae e Frankii Quaestionibus Aeschineis excerpta leguntur Gymn. Zeitung 1842, p. 117.

certe, ut Plato in Timaeo fatetur, numquam nimietas humoris nocuit vel caloris: unde et infinita annorum milia in solis Aegy-
15 ptiorum monumentis librisque releguntur. Certae igitur terrarum partes internecioni superstites seminarium instaurando generi humano fiunt: atque ita contingit, ut non rudi mundo rudes homines et cultus inscii, cuius memoriam intercepit interitus, terris oberrent et asperitatem paulatim vagae feritatis exuti, conciliabula et coetus natura instituente patiantur: fitque primum inter eos mali nescia et adhuc astutiae inexperta simplicitas,
16 quae nomen auri primis seculis praestat. Inde, quo magis ad cultum rerum atque artium usus promovet, tanto facilius in animos serpit aemulatio, quae primum bene incipiens in invidiam latenter evadit: et ex hac iam nascitur quicquid genus hominum post sequentibus seculis experitur. Haec est ergo quae rebus humanis pereundi atque iterum revertendi incolumi mundo vicissitudo variatur.

Mss. BFSPR12G.]

sive ex. v-g. — *in Timaeo*] p. 22 ed. Steph. — *vel humoris* FR1D. — *annorum infinita* R1. — *leguntur* Bar.Ben. 15. *Certae* Sc-gbBP G. „Ed. vet. recte.“ Zeun. Vid. not. *certe* FR12v1DO. *ceterae* s-z. — *terrarum igitur* S. — *partes terrarum* F. — *internitioni* FSv3ia. *internectioni* R1 (R2 eraso t) v1s. *interiectioni* O. — *contigit* FPD. — *intercipit* v-g. — *in terris* R1Edd.PD. — *asperitate* FR2D. — *instituente* BFR12DOL2Gr.1V12Bar.LTr Thuan. Cf. I, 13, 14. *instruente* v-gbPG. „Sic auctor scripsit, quod est docente et formante, ut patiantur coetus et conciliabula. Id est in omnibus libris I, 3 [17]; II, 6 [6]; II, 7 [12]; II, 15 [7] et multis ita locis.“ Gron. „Recte.“ Zeun. *constituente* Sa-z V3. — *primus* G. *in primis* g. 16. *invidiam* (om. in) BH2. — *latenter in invidiam* R1. — *experietur* gG. — *est igitur* R1. — *revertenti* F. — *variatur vicissitudo* R1.

14. *Aegypto .. numquam nimietas humoris nocuit vel caloris*] „Rem ipsam et causam simul aperit Soloni in his Platonis [Tim. p. 22.] verbis *τῶν ἱερέων ὁ μάλα παλαιὸς .. ἡμῖν δὲ ὁ Νεῖλος εἴς τε ἄλλα πάντα σωτὴρ καὶ τότε ἐκ ταύτης τῆς ἀπορίας σώζει λυόμενος.*“ etc. Gron.

unde .. releguntur] „Uti omnes gentes vetustatem generis sibi olim arrogarunt, ita inprimis Aegyptiis haec vanitas a scriptoribus tribuitur; quippe qui, auctore Mela I, 9., tanquam vetustissimi hominum, trecentos et triginta reges ante Amasin et ultra tredecim millium annorum aetates annalibus referebant, iactabantque, dum Aegyptii essent, quater cursus suos vertisse sidera ac solem bis iam occidisse, unde nunc oriatur. Contentionem illorum cum Scythis de antiquitate generis vide apud Iustin. II, 1.“ Zeun.

15. *Certae igitur terrarum partes*] „Non praecessit *una pars*, cui respondeant *ceterae*; sed auctor contendit, cum omnis terrarum orbis simul nec igne devastetur nec aquis obruatur, *certas* terrarum partes (h. e. quasdam) salvas relinqui, quae instaurando generi humano serviant.“ Zeun.

non rudi mundo] i. e. quamvis mundus non sit rudis.

asperitatem exuti] Vide not. ad I, 13, 6.

quae nomen auri primis seculis praestat] „Claudianus [de Fl. Mallio Theod. Cons. v. 122 seq.]:

— *Laetatur terra reverso*
Numine quod prisci post tempora perdidit auri.“

Pont. Ubi numen illud est Iustitia.

16. *rerum atque artium usus promovet*] Haec iungenda sunt. Supplendum est *eos*. Cf. Gell. N. A. X, 22, 24. *nihil ad vitam neque tuendam neque ordinandam promovente.*

XI. *Praesertim cum apud eos ipsos, a quibus audiri nomen* [160]
nostrum potest, nemo unius anni memoriam consequi possit. Ho- 2
mines enim populariter annum tantummodo solis, id est unius astri, reditu metiuntur: re ipsa autem, cum ad idem, unde semel profecta sunt, cuncta astra redierint, eandemque totius caeli descriptionem longis intervallis retulerint, tum ille vere vertens annus appellari potest, in quo vix dicere audeo quam multa hominum secula teneantur. Namque ut olim deficere sol hominibus extinguique 3
visus est, cum Romuli animus haec ipsa in templa penetravit: quandoque ab eadem parte sol eodemque tempore iterum defecerit, tum signis omnibus ad idem principium stellisque revocatis expletum annum habeto: cuius quidem anni nondum vicesimam partem scito esse conversam. Idem agere perseverat instans dissuasioni 4
gloriae desiderandae. Quam cum locis artam nec in ipsis angustiis aeternam supra docuisset, nunc non solum perpetuitatis expertem, sed nec ad unius integri anni metas posse propagari docet: cuius adsertionis quae sit ratio, dicemus. Annus non is 5
solus est quem nunc communis omnium usus appellat, sed sin- [161]
gulorum seu luminum seu stellarum emenso omni caeli circuitu a certo loco in eundem locum reditus annus suus est. Sic men- 6
sis lunae annus est, intra quem caeli ambitum lustrat. Nam et a luna mensis dicitur, quia Graeco nomine luna μήνη vocatur.

[Edd. vicahgspdzb.

XI. *Caput XI. De diversitate annorum: quodque is, qui vere annus vertens est ac mundanus, quindecim annorum nostrorum* (chg *nostrorum annorum*) *ambiat millia.* ch-b. 1. *Praesertim*] Somn. VII, 2-4. — *Quid autem interest, ab his, qui postea nascentur, sermonem fore de te; cum ab his nullus fuerit, qui ante* (*ante te* R1Ga) *nati sunt, qui nec pauciores et certe* (*ne pauciores certe* (om. *et*) G) *meliores fuerunt viri? praesertim* R1 (R2 in mg. a sec. m.) Edd. GO. — *quibus* (om. *a*) R2Gva. — *nomen audiri potest* (om. *nostrum*) F. — *posset H2.* — *possit usque Cuius quidem* § 3. (om. interiectis Ciceronis verbis) B. 2. *loquelariter*, ut Somn. l. c. Mss. complures, SBAR. *loquellariter* (cum lacuna ante hanc vocem, sup. *populariter*) R2. *populariter vel loquelariter* O. — *id est* om. G. — *metiuntur usque Cuius quidem* (§ 3.) F. — *re ipsa autem cum* R1vis-bPO. *re autem ipsa cum* SR2chgG. *reapse autem cum H2* (D *reabse*). *relapsa autem cum* TR. *cum autem* (om. *re ipsa*), ut Somn. l. c. Mss. omnes, aBAR. — *redierunt* D. — *retulerunt* D*H2*. 3. *sol deficere* S. — *penetraverit* v. — *quandoque* PR1s-zD*H2*, Somn. l. c. Mss. omnes. *quandoque cum* SR2G*H*1. *ita quandoque* bO. *ita quando* (om. *que*) BEN. *ita quandoque cum* v-g. — *huius quidem* Somn. l. c. 4. *nec ipsis* (om. *in*) g — *supra*] Somn. cap. 5 et 6. — *supra* add. a sec. m. R1. — *nec* (sup. *nunc*) *non* R1. *nunc non* (sup. add. *nec*) R2. — *anni integri* SEdd P. — *videmus* (sup. *dicemus*) R1. 5. *non solus is est* F. — *quem non* (sup. *nunc*) R2. — *vel luminum* F. — *sive stellarum* BR1. — *emensio* Bv. — *caeli ambitu* (sup. *vel circuitu*; om. verbis *circuitu* ... (§ 6.) *quem caeli*) R1. 6. *annus lunae* F. — *luna graeco nomine* F. —

XI, 6. *Nam et a luna mensis dicitur*] „Auctor sequitur Varronem de L. L. V, 2., qui: *Mensis a lunae motu*, inquit, *dictus*, *dum a sole profecta rursus redit ad eum luna*, *quae Graece olim dicta μήνη*, *unde illorum μῆνες* etc. Cicero vero de Nat. D. II [27] a metiendo dictum putat: *Lunae cursus*, inquit, *qui quia mensa spatia conficiunt, menses vocantur.*“ ZEUN.

luna μήνη vocatur] „Vid. Hom. Il. τ', 374, ψ', 455.“ ZEUN. Adde

Virgilius denique ad discretionem lunaris anni, qui brevis est, annum qui cursu solis efficitur significare volens ait:

Interea magnum sol circumvolvitur annum,

7 annum magnum vocans solis comparatione lunaris. Nam cursus quidem Veneris atque Mercurii paene par soli est: Martis vero annus fere biennium tenet, tanto enim tempore caelum circumit: Iovis autem stella duodecim et Saturni triginta annos in eadem
8 circuitione consumit. Haec de luminibus ac vagis, ut saepe relata, iam nota sunt. Annus vero qui mundanus vocatur, qui *vere vertens* est, quia conversione plenae universitatis efficitur,
9 largissimis seculis explicatur: cuius ratio talis est. Stellae omnes et sidera quae infixa caelo videntur, quorum proprium motum numquam visus humanus sentire vel deprehendere potest, moventur tamen, et praeter caeli volubilitatem, qua semper trahuntur, suo quoque accessu tam sero promoventur, ut nullius hominum vita tam longa sit, quae observatione continua factam de loco permutationem, in quo eas primum viderat, deprehendat.
10 Mundani ergo anni finis est, cum stellae omnes omniaque sidera quae ἀπλανὴς habet a certo loco ad eundem locum ita remea-
[162] verint, ut ne una quidem caeli stella in alio loco sit quam in quo fuit, cum omnes aliae ex eo loco motae sunt ad quem reversae anno suo finem dederunt: ita ut lumina quoque cum erraticis quinque in isdem locis et partibus sint in quibus inci-
11 piente mundano anno fuerunt. Hoc autem, ut physici volunt,

Mss. BFSPB12G.]

μήνη c–g; cett Edd. et Mss. *mene.* — *Virgilius*] Aen. III, 284. — *ad descriptionem* v–g (hg in mg. *discretionem*, quod restituit Mod. ep. 40, p. 182, ut I, 14, 18.). — *circumcursu* s–b. — *signare* B. — *annum solis magnum vocans* Bar. *magnum vocans solis* (om. *annum*) BEdd.O.
7. *par pene* BR2. — *circuit* FSR1viaO. — *circumitione* R2D.
8. *ut saepe relata*] Cf. I, 19, §§ 3 et 4 — *et saepe relata sunt iam nota* R1. — *qui conv.* s–z. — *est talis* Edd.PG. 9. *fixa in caelo* (om. *videntur*) R1. — *moventur. et tamen* F. — *promovent* F (R1 sup. lin.) G (chg in mg.) *H*2. „Placet: imo omnino reducendum.“ Pont. „Plane ineptum est.“ Zeun. — *longa* (add. a sec. m *sit*) F. — *ea primum* B.
10. *anni* add. a sec. m. F. — *ΑΠΛΑΝΗΣ* F. *aplanes* Mss. rell. et Edd. — *aliae omnes* s–bPO. — *motae sunt* (corr. in *sint*) R1. *commotae sunt* *H*2. — *anno* (sup. add. *suo*) R2. — *dedere* v–g. — *anno mun-*

Pind. Ol. III, 21., Aesch. Prom. 797., Eurip. ap. Schol. Apollon. Rhod. I, 1280, al.

ad discretionem lunaris anni etc.] Cf. Sat. I, 14, 4 seq., Serv. ad Virg. Aen. I, 269.

7. *par soli*] idem est quod par solis cursui.

Martis vero annus etc.] Cf. I, 19, 3.

9. *quae infixa caelo videntur*] Cf. I, 17, 16. *His illud adiciendum est, quod praeter duo lumina et stellas quinque, quae appellantur vagae, reliquas omnes alii infixas caelo, nec nisi cum caelo moveri .. dixerunt.*

accessu] Vid. not. ad I, 22, 7.

sero promoventur] i. e. tarde promoventur, ut sero animadvertatur.

10. *quae ἀπλανὴς habet*] i. e. quae infixa caelo videntur. Cf. supra § 9. et I, 21, 23. *summa sphaera quae ἀπλανὴς dicitur.*

ut lumina quoque etc.] Cf. Martian. VIII, § 868. *Nam, ut sub eadem die atque iisdem propinquitatibus siderum inerrantium ad idem redeat* (luna), *faciunt anni quinquaginta quinque; ut vero etiam planetarum iisdem rationibus sub eadem specie contingat, anni magni prolixitas spectanda.* Censorin. 18, § 11. *Est praeterea annus quem*

post annorum quindecim milia peracta contingit. Ergo sicut annus lunae mensis est et annus solis duodecim menses et aliarum stellarum hi sunt anni quos supra retulimus, ita mundanum annum quindecim milia annorum quales nunc computamus efficiunt. Ille ergo *vere* annus *vertens* vocandus est, quem non so- 12
lis, id est unius astri, reditu metimur, sed quem stellarum omnium, quae in quocumque caelo sunt, ad eundem locum reditus sub *eadem caeli totius descriptione* concludit: unde et mundanus dicitur, quia mundus proprie caelum vocatur. Igitur sicut an- 13
num solis non solum a Kalendis Ianuariis usque ad easdem vocamus, sed et a sequente post Kalendas die usque ad eundem diem et a quocumque cuiuslibet mensis die usque in diem eundem reditus annus vocatur: ita huius mundani anni initium sibi quisque facit quodcumque decreverit: ut ecce nunc Cicero a defectu solis qui sub Romuli fine contigit mundani anni principium sibi ipse constituit. Et licet iam saepissime postea defectus solis 14
evenerit, non dicitur tamen mundanum annum repetita defectio solis inplesse, sed tunc inplebitur, cum sol deficiens in isdem locis et partibus et ipse erit et omnes caeli stellas omniaque sidera rursus inveniet, in quibus fuerant, cum sub Romuli fine[163]

[Edd. vicahgspdzb.

deno R1. 11. *contigit* P. — *aliarum stellarum erraticarum* Ben. — *supra*] § 7. 12. *Ille vero* B. — *annus vere vertens* R1. *vere vertens* (om. *annus*) R2. *vere annus revertens* F. — *id est astri* (om. *unius*) v. — *metimur* BFSR12GaDO*H*12 „Ms." *metiuntur* Edd.P. — *quae in quoque coelo* Ben. *quaecunque in coelo* Bar. *in quocunque coelo* (om. *quae*) Edd. — *totius caeli descriptione* R2. *caeli descriptione totius* F. — *proprie mundus* R2. 13. *Igitur ut* a-bD. — *Kalendis* (om. *a*) G. — *ianuarii* Fv. — *sed* (om. *et*) FR1 (R2 sup. add. *et*). *sed etiam* v. — *unde ecce* Bar.Ben. — *ab effectu* (sup. *a def.*) R1. — *sibi anni ipse principium* R2. 14. *postea solis defectus* R2. *defectus solis postea* R1. *postea defectus* (om. *solis*) O. — *et cum omnes* F. — *defi-*

Aristoteles maximum potius quam magnum appellat, quem solis et lunae vagarumque quinque stellarum orbes conficiunt, cum ad idem signum, ubi quondam simul fuerunt, una referuntur, ubi Lipsius phys. stoic. II, 21. emendavit *Aristocles*. Cic. N. D. II, 20, 51. *Quarum* (stellarum) *ex disparibus motionibus magnum annum mathematici nominaverunt, qui tum efficitur, quum solis et lunae et quinque errantium ad eandem inter se comparationem confectis omnium spatiis est facta conversio.*

11. *post annorum quindecim milia*] Censorin. l. c.: *Hunc Aristarchus putavit esse annorum vertentium* IIccccLXXXIIII, *Aretes Dyrrhachinus* VDLII, *Heraclitus et Linus* XDCCC, *Dion* XDCCCCLXXXIIII, *Orpheus* CXX, *Cassandrus tricies sexies centum milium: alii vero infinitum esse nec umquam in se reverti existimarunt.* Cic. l. c. § 52.: *Quae quam longa sit, magna quaestio est: esse vero certam et definitam necesse est.* Dial. de orat. c. 16.: *Ut Cicero in Hortensio scribit, is est magnus et verus annus, quo eadem positio caeli siderumque quae cum maxime est, rursum exsistet, isque annus horum quos nos vocamus annorum XIIMDCCCCLIV complectitur*, ubi vid. not. Broter. Adde Servium ad Virg. Aen. I, 269. et III, 284., qui ad eundem Ciceronis locum respicit, sed habet priore loco annos XIIMDLIV.

12. *annus vertens*] Cf. §§ 2 et 8. et Censorin. 19, 1. *Annus vertens est natura, dum sol percurrens XII signa eodem unde profectus est redit.*

quia mundus proprie caelum vocatur] Vid. not. ad I, 20, 8.

13. *a defectu solis*] Cf. Cic. de rep. II, 10. Sen. ep. 108, 31.

15 deficeret. Igitur a discessu Romuli post annorum quindecim milia, sicut adserunt physici, sol denuo ita deficiet, ut in eodem signo eademque parte sit, ad idem principium in quo sub Ro-
16 mulo fuerat stellis quoque omnibus signisque revocatis. Peracti autem fuerant, cum Scipio in Africa militaret, a discessu Romuli anni quingenti septuaginta et tres. Anno enim ab urbe condita sexcentesimo septimo hic Scipio deleta Carthagine triumphavit: ex quo numero annis remotis triginta duobus regni Romuli et duobus qui inter somnium et consummatum bellum fuerunt, quingenti septuaginta tres a discessu Romuli ad somnium usque
17 remanebunt. Ergo rationabiliter vereque signavit necdum mundani anni vicesimam partem esse conversam. Nam vicesimae parti quot anni supersint a fine Romuli ad Africanam militiam Scipionis, quos diximus annos fuisse quingentos septuaginta tres, quisquis in digitos mittit inveniet.

XII. *Tu vero enitere et sic habeto, non esse te mortalem, sed corpus hoc: nec enim tu is es, quem forma ista declarat, sed mens cuiusque is est quisque, non ea figura quae digito demon-*

Mss. BFSPR12G.]

ceretur v. 15. *deficit* v. — *in eodem* (om. *ut*) R1. — *sub romuli* (sup. add. *fine*) F. — *fuerat* (sup. add. *n*) R2. — *omnibusque signis* BF. — *vocatis* G. 16. *Peracti enim* v^4^g. — *decessu* g. — *septuaginta tres* (om. *et*) S. — *intra* v-gG. — *somnium Scipionis* ch-bP. „Vett. libri ignorant nomen proprium, idque penitus non desideratur.“ Gron. — *fuerunt bellum* R2. *bellum fuere* v-g. — *decessu* gL. — *remanebant* R1. *manebunt H2*. 17. *ratiocinabiliter* hs-bP. — *assignavit* R1. *significavit* GBar. — *Africani* Tr. — *fuisse* om. R1. — *mittet* R2.

XII. *Caput XII. Hominem non corpus esse, sed mentem: et numquid in hoc mundo vere intereat ac corrumpatur.* ch-b. 1. *Tu vero*] Somn. VIII, 2. — *non esse te ... corpus hoc* add. in mg. R1. — *te non esse* v-gG. — *sed corpus hoc usque ipse deus aeternus* (om. interiectis Ciceronis verbis) B. — *cuius* (om. *que*) R1. — *is est quisque usque et ut*

16. *triginta duobus regni Romuli*] Cic. de rep. II, 10.: *Romulus, cum septem et triginta regnavisset annos.* Eundem numerum habet Plutarchus Num. c. 2.: idem in Rom. c. 29 extr.: *Λέγεται δὲ Ῥωμύλος .. ὄγδοον βασιλεύων ἐκεῖνο (τὸ ἔτος) καὶ τριακοστὸν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι.*

duobus qui .. fuerunt] Cf. Somn. II, 1. *hanc hoc biennio consul evertes.*

17. *necdum*] i. e., ut saepius apud Macrobium, *noch nicht* vel *noch nicht einmal.*

quot anni supersint] Ex computatione Macrobii supersunt CLXXVII, sed ex computatione Ciceronis ipsius, si ad illum Hortensii locum spectamur, LXX tantum.

quisquis in digitos mittit] i. e. computat. Cf. Plin. N. H. XXXIV, 8, s. 19, § 88 Sill. *Eubulidis* (laudatur) *digitis computans.* — „Talis veterum computus modus. Plautus [Mil. II, 2, 51.] *Dextra digitus* [al. *digitis*] *rationem computat feriens femur dextrum.* Sed haec talia aliis uberius enotata, et exstat de eo singularis libellus Bedae quem in commentariis Hieronymianis fere exscripsit Ernesus.“ Pont. — „De computandi modo veterum per digitos vid. Taubm. ad Plaut. Epid. I, 1, 50. Martian. de Arithm. VII [§ 746.] et alios quos laudat Gesnerus in Thes. sub *digitus.*“ Zeun. ad Sat. I, 1, 6., quem locum citavit Gronovius. Adde Kopp. ad Martian. l. c. et II, § 102. et quos citaverant Ernestius in Fabric. Bibl. Lat. III, p. 365. et Gu. A. Becker. Charikl. I, p. 51., inprimis F. Iacobs. Adnot. ad Anthol. Gr. II, 2, p. 20., et interpretes Iuvenalis ad X, 248.

strari potest. Deum te igitur scito esse; siquidem est deus, qui viget, qui sentit, qui meminit, qui providet, qui tam regit et [161] *moderatur et movet id corpus cui praepositus est, quam hunc mundum ille princeps deus: et ut ille mundum quadam parte mortalem ipse deus aeternus, sic fragile corpus animus sempiternus movet.*

Bene et sapienter Tullianus hic Scipio circa institutionem nepo- 2
tis ordinem recte docentis inplevit. Nam, ut breviter a principio omnem operis continentiam revolvamus, primum tempus ei mortis et imminentes propinquorum praedixit insidias, ut totum de hac vita sperare dedisceret, quam non diuturnam comperisset: dein, ne metu praedictae mortis frangeretur, ostendit sapienti et bono civi in inmortalitatem migrandum: cumque eum ultro spes ista traxisset ad moriendi desiderium, succedit Pauli patris oportuna dissuasio accensam filii festinationem ab appetitu spontaneae mortis excludens. Plene igitur in animo somniantis utrimque 3
plantata sperandi expectandique temperie altius iam circa erigendum nepotis animum Africanus ingreditur: nec prius eum terram patitur intueri quam caeli ac siderum naturam motum ac modulamen agnoscat et haec omnia sciat praemio cessura virtutum. Ac postquam mens firmata Scipionis alacritate tantae pro- 4
missionis erigitur, tum demum gloria, quae apud indoctos mag-

[Edd. vicahgepdzb.

ille F. — *te* sup. add. post *igitur* R2. — *ille* Somn. l. c. om. in omnibus fere Mss. — *ex quadam parte*, ut Somn. l. c. Mss. et Edd. omnes, R1. — *animus eternus* R2. 2. *Bene* (sup. add. *ergo*) R1. — *nepotis sui* R1. — *revolvam*, *principio* s-z. „Libri vett. omnes *revolvamus*.“ Gron. ad Comm. I, 5, 14. „Non parum inamoena accidit tam propinqua vocis *principio* repetitio, quod nusquam a Macrobio factum memini. Lego proinde cum Mss. *primum*.“ Idem. „Male eiecta est antiqua lectio *revolvamus*, *primum*, quae sola est probanda. Nam semper auctor, ubi leges modestiae postulant, primam personam pluralis praefert singulari. Atque *principio*, cum idem nomen paulo ante dixerit, repugnat studio commutate scribendi, quod noster semper fere sectatur.“ Zeun. — *tempus ei* BFSR1GcbbPDOGr.1V2. *ei tempus* R2V3. *tempus eius* viag „Mss.“ Gron. (L2). — *imminenteis* c-gG. — *propinquorum insidias praedixit* F. *praedix. insid. prop.* G. — *diuturnam non* R1. *diuturnam* (om. *non*) R1. — *ne* om. G. — *meta* F. — *de morrtalitate* H1. — *migrandum* BP (R2 a p. m.) Gv. *morte migrandum* FSR1 (R2 a sec. m.) i-bDO. — *ultro eum* F. — *spes ista ultra traxisset* G. 3. *in animo igitur* F. — *somniantes* (sup. *is*) R2. — *circa divina erigendum* Edd.G. „Vocem *divina* indicio veterum librorum [sic BFSPR12DOBen.Bar.Tr.L] abundare pronuntio: quod si illis invitis eam retineas, inconcinne nimium apparebit subsequentis periodi ordo.“ Gron. — *patitur terram* F R1. — *natura* v. — *et modulamen* R2. 4. *egreditur* v. — *tunc*

XII, 2. *omnem operis continentiam*] i. e. totum sententiarum nexum. Cf. Somn. II, 2 sqq.

in inmortalitatem migrandum] Quod in plerisque edd. et in nonnullis Mss. additur explicandi causa, *morte*, id, etiamsi abest, potest intelligi.

3. *utrimque*] i. e. verbis avi et patris.

circa erigendum nepotis animum] Cf. Quintil. IV, 1, 9. *inde illa veterum circa occultandam eloquentiam simulatio*, et IV, 5, 6. *plus eloquentia circa movendum valet*; et Dukero atque Salmasio auctoribus Flor. III, 19, 12. *dum circa adprehendendum eum multitudo contendit*. Vox *divina* inserta esse videtur ab homine huius constructionis ignaro.

num virtutis praemium creditur, contemni iubetur, dum ostenditur ex terrarum brevitate vel casibus arta locis angusta tem-
5 poribus. Africanus igitur paene exutus hominem et defaecata mente iam naturae suae capax hic apertius ammonetur, ut esse
[165] se deum noverit. Et haec sit praesentis operis consummatio,
6 ut animam non solum inmortalem, sed deum esse clarescat. Ille ergo, qui fuerat iam post corpus in divinitatem receptus, dicturus viro adhuc in vita posito, *deum te scito esse*, non prius tantam praerogativam committit homini quam qui sit ipse discernat: ne aestimetur hoc quoque divinum dici quod mortale in
7 nobis et caducum est. Et quia Tullio mos est profundam rerum scientiam sub brevitate tegere verborum, nunc quoque miro compendio tantum includit archanum, quod Plotinus magis quam quisquam verborum parcus libro integro disseruit, cuius inscriptio
8 est: *Quid animal, quid homo.* In hoc ergo libro Plotinus quaerit, cuius sint in nobis voluptates, maerores metusque ac desideria et animositas vel dolores, postremo cogitationes et intellectus, utrum merae animae an vero animae utentis corpore: et post multa quae sub copiosa rerum densitate disseruit, quae nunc nobis ob hoc solum praetereunda sunt, ne usque ad fastidii necessitatem volumen extendant, hoc postremo pronuntiat, animal

Mss. BFSPR12G.]

demum F. — *vel angusta* PR12 „Ms." 5. *defaecata iam mente* R1. — *aperte* Tr. — *deum se* R2. — *haec fit* G. *hoc sit* R1. — *praesentis temporis* R1. 6. *iam post corpus qui fuerat* s-bP. — *adhuc in hac vita* R2v-gGDO „4 Angl." „Non contemnenda lectio. Nam cum animi immortalitas hic statuatur, *haec vita* opponitur *vitae coelesti.*" Zeun. *in hac vita* (sup. add. *adhuc*) R1. — *esse scito* R2ch-bP. — *non prius ... ipse discernat* om. P. — *quid sit* v-g (chg in mg. *qui*) L. *quam* (sup. *qui*) *sit* R1. — *extimetur* V1. *existimetur* Sv3-g. — *quoque hoc* R1. — *divinum* om. g. 7. *includit tantum* R2. — *concludit* s-bP. — *inscriptio* B (R2 sup. lin.) GO Mod. ep. 20, p. 91. s-b. *descriptio* FSPR1 (R2 a p. m.) v-g. — *Quid est animal* vagBar. — *quod homo* G. *quid est homo* Bar. 8 *metusque ac sydera* R1. — *animositas* BFSR12v-gGDO „4 Angl." *animositates* s-bP Mod. l. c. — *vel postremo* H1. — *an vero animae* add. a sec. m. F. — *se volumen extendat* O. *volumen se extendat* Tr. „membranae non male. I, 20 [17.]: *et caveremus iusto prolixius volumen extendere.*" Gron. *se volumen extendet* (del. *se*) L2. *volumen extendat* (sup. add. *n*) V1. Planudes: ἵνα μὴ πρὸς τοσοῦτον ἐκταθείη ὁ λόγος. *volumen extenderent* L. — *esse ani-*

5. *exutus hominem*] Vid. not. ad I, 13, 6.

6. *post corpus*] Vid. not. ad I, 1, 7.

7. *libro integro*] Plotini primus primae Enneadis liber inscribitur: Περὶ τοῦ τί τὸ ζῶον, καὶ τίς ὁ ἄνθρωπος.

8. *animositas*] Cf. I, 6, 42. *secunda* (pars animae est) *animositas, quam θυμικὸν vocant*, et I, 12, 14. *animositatis ardorem, quod θυμικὸν nuncupatur.* Singularem numerum restitui ex omnibus fere codd. mss., quamquam Plotinus p. 1 A habet: Ἡδοναὶ καὶ λῦπαι, φόβοι τε καὶ θάῤῥη, ἐπιθυμίαι τε καὶ ἀποστροφαὶ καὶ τὸ ἀλγεῖν τίνος ἂν εἶεν; Infra *cogitationes* videtur pertinere ad Plotini verba καὶ διάνοια καὶ δόξα, *intellectus* ad τὰς νοήσεις.

ad fastidii necessitatem] „Etsi cui in mentem possit venire hic esse legendum *fastidii indignitatem*, aut *fastidium et satietatem*, aut *fastidii gravitatem*: cum tamen *fastidii necessitas* possit explicari per fasti-

esse corpus animatum. Sed nec hoc neglectum vel non quaesi- 9
tum relinquit, quo animae beneficio quave via societatis animetur. Has ergo omnes quas praediximus passiones adsignat animali: verum autem hominem ipsam animam esse testatur. Ergo qui videtur non ipse verus homo est, sed verus ille est a quo
regitur quod videtur. Sic, cum morte animalis discesserit ani- 10
matio, cadit corpus regente viduatum: et hoc est quod videtur in
homine mortale: anima autem, qui verus homo est, ab omni [166]
conditione mortalitatis aliena est adeo ut in imitationem dei mundum regentis regat et ipsa corpus, dum a se animatur. Ideo 11
physici mundum magnum hominem et hominem brevem mundum esse dixerunt: per similitudines igitur ceterarum praerogativarum, quibus deum anima videtur imitari, animam deum et
prisci philosophorum et Tullius dixit. Quod autem ait: *mun-* 12
dum quadam parte mortalem, ad communem opinionem respicit, qua mori aliqua intra mundum videntur, ut animal exanimatum vel ignis extinctus vel siccatus humor: haec enim omnino in-

[Edd. vicahgspdzb.

mal B. 9. *ne hoc* B. — *nec lectum* G. — *quaeve* F. — *societas* (sup. *atis*) G. — *Has vero* B. — *diximus* (sup. add. *prae*) R2. — *Ergo quod videtur* i-g (chg in mg. *qui*). — *ipse verus est homo* BO. *is verus homo est* F. — *sed verus est ille* BR2. *sed ille verus est* R1. *sed verus ipse est* F. *sed verus homo ipsa anima est* Bar. 10. *anima vero* v-g. — *qui verus est homo* R2. *quae verus homo est* F. — *est aliena* G. — *in imitationem* SPG. *imitationem* (sup. add. *in*) R2. *imitatione* BD. *inter imitationem* R1. *ad imitationem* Edd.FO. *per imitationem* I. — *dei* om. F. — *regentis mundum* R2. 11. *per similitudinem* h. — *animum* viag. — *prisci dixerunt* F. — *philosophorum* sup. add. R2. 12. *respicit opinionem* R2. — *haec enim omnia* B.

dium quod necessario oritur, nihil nos mutandum censemus." Zeun. Vid. prolegom. cap. 3.

animal esse corpus animatum] Cf. Plotin. p. 6 A θηρίον δὲ ζωωθὲν τὸ σῶμα. Cum iis quae sequuntur conf. p. 6 C seq.

10. *in imitationem*] Similiter alii dixerunt *in formam*, *in exemplum*. Cf. Hand. Tursell. t. III, p 324. Ceterum cf. Sen. ep. 65, § 24.: *Nempe universa ex materia et ex deo constant: deus ista temperat, quae circumfusa rectorem sequuntur, et ducem.. Quem in hoc mundo locum deus obtinet, hunc in homine animus.*

11. *hominem brevem mundum esse dixerunt*] „Nec absonum istud Carphylidis: τί ἄνθρωπος; ὀλιγοχρόνων φάντασμα." Pont. „Arnob. lib. II [c. 25.]: *Hic est ille pretiosus et rationibus homo augustissimis praeditus, mundus minor qui dicitur, et totius in speciem similitudinis fabricatus atque formatus.*" Gron. — At prius illud huc non facit. Namque *brevem* non ad tempus referendum, sed idem est quod *parvum*, μικρὸν κόσμον, cf. c. 5, § 10. *Huius* (terrae) *ad caelum brevitas, cui punctum est*, ib. § 11. (circuli) *ambitus breves*, al. Cf. Vit. Pythag. ap. Plot. Bibl. p. 440, 33., Lobeck. Aglaoph. p. 921., ubi eadem sententia affertur e Galeno de usu part. l. III, c. 10, p. 362 B; Philone de vit. Mos. l. III, p. 673 D, et de mund. opif. p. 18 E., Porphyrio Stob. Serm. XXI, 185., Solin. c. 1 (p. 7 C et Salm. ad h. l. p. 32.), Cosm. Ind. de mund. l. VII, p. 289 Montf. et deinde adiicitur, quis hanc sententiam primus protulerit, non satis constare.

ceterarum praerogativarum] i. e. ceterarum virtutum, vel ceterarum rerum quas deus ei soli concessit; cf. § 6 et Eumen. in paneg. ad Constant. 2. *vetus illa imperatoriae domus praerogativa.*

13 terisse creduntur. Sed constat secundum verae rationis adsertionem, quam et ipse non nescit nec Virgilius ignorat dicendo:

— *Nec morti esse locum:*

constat, inquam, nihil intra vivum mundum perire, sed eorum quae interire videntur solam mutari speciem, et illud in originem suam atque in ipsa elementa remeare, quod tale quale fuit
14 esse desierit. Denique et Plotinus alio in loco, cum de corporum absumptione dissereret et hoc dissolvi posse pronuntiaret quicquid effluit, obiecit sibi: Cur ergo elementa, quorum fluxus in aperto est, non similiter aliquando solvuntur? et breviter tantae obiectioni valideque respondit: ideo elementa, licet fluant,
15 numquam tamen solvi, quia non foras effluunt. A ceteris enim corporibus quod effluit recedit: elementorum fluxus numquam ab
[167] ipsis recedit elementis: ergo in hoc mundo pars nulla mortalis
16 secundum verae rationis adserta. Sed quod ait eum *quadam parte mortalem*, ad communem, ut diximus, opinionem paululum inclinare se voluit: in fine autem validissimum inmortalitatis animae argumentum ponit, quia ipsa corpori praestat agitatum.

XIIII. Quod quale sit, ex ipsis verbis Ciceronis quae secuntur invenies: *Nam quod semper movetur, aeternum est: quod au-*

Mss. BFSPR12G.]

— *interiisse* v-gbG. 13. *quam ... nescit* add. in mg. R1 — *Virgilius*] Georg. IV, 226. — *sed et eorum* (del. *et*) R1. — *imitari* (sup. *mutari*) F. — *atque in ipsa* (del. *in*) R1. — *quale fuerit* B. *fuit* (add. a sec. m. *quale*) F. *quale constat H*1. 14. *alio in loco*] Cf. Ennead. III, lib. VI, p. 315 D. et Ennead. IV, lib. I, p. 456 B. Fic. — *assumptione* BF (R1 a sec. m.) v-gDI. *assertione* R1 a p. m. — *dissolvi posse* „inducto τῷ *hoc* scribendum.“ Mod. ep. 20, p. 91. „Sane omitti sine incommodo potest.“ Pont. „Leidenses a me adhibitae nullae Modio addicunt: et quia sensui parum officit, nondum adducor, ut in hanc voculam stylum vertam.“ Gron. — *solvuntur* (sup. add. *dis*) R1. — *breviter tacta H*1. — *validaeque* c-z. „Nullam vim habet. Lego *valideque*, ut cap. 16 [§ 18.].“ Gron. „Aut corrige *tamque validae;* aut, quod melius videtur, cum Gron. lege *valideque*. Nam infra cap. 14 [§ 23.] occurrit *violenter obiecit*, quod idem valet.“ Zeun. — *solvi possunt quoniam* Bar. — *foras non* R1. 15. *recedit ab ipsis* R1. — *mortalis est* R2Edd.PO. — *secundum* om. I. — *vere asserta rationis* R2. *verae assertionis* (sup. *rationis*) *asserta* R. 16. *ut diximus*] § 12. — *paululum* del. *H*1. — *se inclinare* F. — *ipsi corpori* cahg.

XIIII. *Caput XIIII. De tribus ratiocinandi modis, quibus immortalitatem animae (animae immortalit.* chg) *asseruere Platonici.* ch-b. 1. *Quod ... invenies* in ch-b tribuuntur cap. XII. Cf. I, 10, 1. — *Nam quod*] Somn. VIII, 3 - IX, 1. — *aeternum usque Quae si est una* § 4.

13. *nihil intra vivum mundum perire*] „Seneca: *Non credis nihil in hoc mundo perire, sed mutare regionem? Magni ista credidere viri.*“ Pont. — Haec unde sumpta sint nescio, sed similia leguntur Ep. 36, § 10.; 71, § 12.; de Benef. V, 8, § 5. Nat. Quaest. II, 4, § 2.

14. *elementa, licet fluant*] „Apposite ad Mallium Claudianus [v. 100 sqq.]:

At quotiens elementa doces semperque fluentis
Materiae causas, quae vis animaverit astra
Impleritque choros.“ Pont.

16. *Quia ipsa corpori praestat agitatum*] „H. e. corpori ministrat motum, uti infra c. 15 [§ 30.]. *Agitatus* pro motu saepenumero apud nostrum occurrit, ut c. 14 [§ 13.], c. 16 [§ 9.] et alibi.“ Zeun.

tem motum adfert alicui quodque ipsum agitatur aliunde, quando
finem habet motus, vivendi finem habeat necesse est. Solum igi-
tur quod se ipsum movet, quia numquam deseritur a se, numquam
ne moveri quidem desinit; quin etiam ceteris quae moventur hic
fons, hoc principium est movendi. Principii autem nulla est origo; 2
nam e principio oriuntur omnia, ipsum autem nulla ex re alia
nasci potest: nec enim esset id principium, quod gigneretur aliunde.
Quod si non oritur, nec occidit quidem umquam; nam principium 3
extinctum nec ipsum ab alio renascetur nec ex se aliud creabit, si-
quidem necesse est a principio oriri omnia. Ita fit, ut motus prin- 4
cipium ex eo sit, quod ipsum a se movetur: id autem nec nasci
potest nec mori, vel concidat omne caelum omnisque natura, et con-
sistat necesse est, nec vim ullam nanciscatur, qua a primo inpulsa
moveatur. Cum pateat igitur aeternum id esse, quod ipsum se mo- 5
veat, quis est, qui hanc naturam animis esse tributam neget? In- [168]
animum est enim omne quod pulsu agitatur externo: quod autem
est animal, id motu cietur interiore et suo: nam haec est propria
natura animi atque vis. Quae si est una ex omnibus, quae se
ipsa moveat, neque nata certe est, et aeterna est. Omnis hic lo- 6
cus de Phaedro Platonis ad verbum a Cicerone translatus est, in

[Edd. vicahgspdab. (om. interiectis Ciceronis verbis) B. — *quodque* (om. *ipsum*) Ben. — *alicunde* FR2vichD „Ms.“ *aliquando* I. — *quando habet finem* s-bP. — *necesse est. respice ad textum et usque Quae si est una* (§ 4.) F. — *quod sese movet* Somn. l. c. Mss. plerique. — *quia deseritur* (om. *numquam*) v. — *qui movetur* (corr. in *quae moventur*) R2. — *hic fons est* R1. — *principium* (sup. add. *est*) R2. 2. *principio* Somn. l. c. Mss. omnes. — *ex nulla re* R2. — *esset id* SPR12aDOLTr. *esse id* Ben. *id esset* vichgGIBar. *esset* (om. *id*) s-b. 3. *numquam oritur* *H*2 Somn. l. c. — *ab alia* dz (Bar. a sec. m.). — *renascetur*, ut Somn. l. c. Mss. plerique, Sc-bG „Tusc. quaest. I, 23.“ Gron. *nascetur* PR12*H*2DIOL „Mss. omnes, quod verisimilius suadent verba Platonis [Phaedr. p. 145.] *οὔτ' αὐτή ποτε ἔκ του γενήσεται.*“ Gron. (Gr.1L2V12). *nascitur* vi. 4. *nec oriri* v. — *et consistat*, ut Somn. l. c. Mss. omnes, (R1 a sec. m.) as-zSP. *consistat et* P. *consistat* (om. *et*) R1 a p. m., R2vichgbGDIBar. „Dele illud *et*, quod ab Ed. vet. et textu Ciceronis recte abest. Nam turbat sensum.“ Zeun. — *qua a primo* Scahgb „3 Ox.“ *qua a principio* G. *quam a primo* P (R2 sup. *vel qua vi*) s-z (ch in mg.) R1DIO „3 Ox.“ *quia primo* vi. — *inpulsa*, ut Somn. l. c. Mss. plerique, Pas-zI. *impulsu* SR12vichgbGDO. „Corrige praeeunte ed. vet. *qua a primo impulsu*, praesertim cum eadem lectio in textu ipso Ciceroniano sit edita a Gron. ipso.“ Zeun. 5. *Cum pateat* „Quae dehinc sequuntur in Stephani et utraque Pontani editione alio superioribus charactere sunt expressa, quasi Macrobii exordiatur inde oratio.“ Gron. — *quod a se ipso moveatur* Somn. l. c. — *Inanima* (sup. *um*) R2. *in animo est* v*H*1. — *agitur* G. — *eterno* R1 (R2 sup. add. *x*): *aeterno* vi*H*1. — *est animal* g in mg.; Somn. l. c. *animal est* a. *est anima* Mss.vich-b. — *citatur* (in mg. *citetur*) G. — *hoc est* vi. — *proprie natura* v3ichg. *natura propria* a. — *animae* agb. — *quae se ipsam moveat* SR1v-g. *quae sese moveat* Somn. l. c. — *est certe* R1. — *aeterna* (om. *est*) s-zDI. „Repone *sed aeterna*, quod sensus suadet.“ Zeun. 6. *Phaedro*] p. 245 Steph. — *phedro* (sup. *vel ne*) F. *Fedro* GD. *Phedrone* SPR12v1IOx. *fedrone* BO. *Phedone* v3i. *Phae-*

XIII, 4. *vel concidat .. et consistat*] His verbis Cicero expressit Platonis (Phaedr. p. 245.) verba: *ἢ .. συμπεσοῦσαν στῆναι*, quare particula *et* retinenda est.
6. *Omnis hic locus translatus est*]

quo validissimis argumentis animae inmortalitas adseritur: et haec est argumentorum summa, esse animam mortis inmunem,
7 quoniam ex se movetur. Sciendum est autem, quod duobus modis inmortalitas intellegitur. Aut enim ideo est inmortale quid, quia per se non est capax mortis, aut quia procuratione alterius a morte defenditur. Ex his prior modus ad animae, secundus ad mundi inmortalitatem refertur. Illa enim suapte natura a conditione mortis aliena est: mundus vero animae benefi-
8 cio in hac vitae perpetuitate retinetur. Rursus semper moveri dupliciter accipitur. Hoc enim dicitur et de eo quod ex quo est semper movetur, et de eo quod semper et est et movetur: et se-
9 cundus modus est quo animam dicimus semper moveri. His praemissis iam quibus syllogismis de inmortalitate animae diversi sectatores Platonis ratiocinati sunt oportet aperiri. Sunt enim qui per gradus syllogismorum ad unum finem probationis evadunt certam sibi propositionem sequentis ex antecedentis conclu-
10 sione facientes. Apud quos hic prior est: *Anima ex se movetur: quicquid autem ex se movetur semper movetur: igitur anima sem-*
[169] *per movetur.* Secundus ita, qui nascitur ex prioris fine: *Anima semper movetur: quod autem semper movetur inmortale est: igitur anima inmortalis est.* Et ita in duobus syllogismis duae res probantur, id est et semper moveri animam, ut in priore, et esse
11 inmortalem, ut colligitur de secundo. Alii vero usque ad tertium gradum ita argumentando procedunt: *Anima ex se movetur: quod autem ex se movetur principium motus est: igitur anima principium motus est.* Rursus ex hac conclusione nascitur propositio: *Anima principium motus est: quod autem principium motus*

Mss. BFSPR12G.]

done ca. *phaedone* g. — *ad verbum* (sup. add. *de veebo*) R1. *verbo ad verbum* Tr. — *et est* (sup. add. *haec*) R1. *haec est* (om. *et*) F. *est* (del. *et haec*) *H*1. — *summa argumentorum* B. — *movetur* BFSvis-zR12 DIO. *moveatur* cahgbPG. „Melius." Zeun. 7. *autem est* R2. — *intellegitur immortalitas* R2. — *enim* om. Vincent. Bellovac., qui Spec. Nat. XXIII, 24. excerpsit verba *Sciendum est ... defenditur.* — *est ideo* R2. — *modus est animae H*1. — *si apte* R1. — *conditione* (sup. add. *a*) R2. 8. *et de eo dicitur* F. — *accipitur et de eo quod ex quo est semper movetur: et de eo quod ex quo est semper et movetur* (om. *et est*) v. — *secundus modus est et de eo quod semper est et movetur* (om. priore *et*) F. — *semper est et* (om. *et*) R1. *semper* (om. *et est et*) D. — *secundus* (om. *et*) *H*1. 9. *diversi* sup. add. R1. — *rationati sunt* O (R1 sup. add. *ci*). *ratiocinati sint* s-bPDG. *ratiocinantur* v-g. — *aperire* BF. — *evadunt* BFSR12GDOBar.Ben.Tr. *evadant* Edd.Pl. 10. *quicquid autem ex se movetur, semper movetur* om. G. — *quicquid autem semper* viag. — *ex secundo* R2. 11. *usque ad tertium* (del. *ad*) R1. — *principium est motus* Gs-bSP. — *igitur anima ... Anima principium motus est* om. Vincent. Bellov. qui Spec. Nat. XXIII, 65. ex-

„Verba Platonis cum Cicerone confert Ant. Muretus Var. VIII, 3." Gron.

7. *quod*] Vid. not. ad lib. I, cap. 13, § 18.

8. *ex quo est*] Id quod ex aliquo tempore est, opponatur sequenti *quod semper est.*

9. *rationati sunt*] Indicativum modum e codd. plerisque recepi, quum Macrobius saepius posuerit hunc modum, ubi ponendus erat coniunctivus. Vid. not. ad I, 7, 4. et I, 17, 7. Ob eandem causam in sequentibus scripsi: *sunt .. qui .. evadunt.*

est natum non est: igitur anima nata non est. Tertio loco: *Anima nata non est: quod natum non est inmortale est: igitur anima*
inmortalis est. Alii vero omnem ratiocinationem suam in unius 12
syllogismi compendium redegerunt: *Anima ex se movetur: quod ex se movetur principium motus est: quod principium motus est natum non est: quod natum non est inmortale est: igitur anima inmortalis est.*

XIV. Sed harum omnium ratiocinationum apud eum potest 1
postrema conclusio de animae inmortalitate constare, qui primam propositionem, id est ex se moveri animam, non refellit: hac
enim in fide non recepta debilia fiunt omnia quae secuntur. Sed 2
huic Stoicorum quidem accedit adsensio: Aristoteles vero adeo [170]
non adquiescit, ut animam non solum ex se non moveri sed ne moveri quidem penitus conetur adserere. Ita enim callidis argumentationibus astruit nihil ex se moveri, ut, et si aliquid hoc
facere concedat, animam tamen hoc non esse confirmet. *Si enim* 3
anima, inquit, *principium motus est, doceo non posse principium motus moveri.* Et ita divisionem suae artis ingreditur, ut primum doceat in rerum natura esse aliquid inmobile, deinde hoc
esse animam temptet ostendere. *Necesse est,* inquit, *aut omnia* 4

[Edd. vicabgspdzb.
corpsit haec a verbis: *Anima ex se movetur* usque ad finem capitis. — *anima principium est motus* R1. — *quod autem natum non est* R2. *quod autem non est natum* F. *quod autem natum* (om. *non est*) Bar.
12. *rationationem* (sup. *ci*) R1. — *redegere* v-g. — *quod autem ex se* FSR1I. — *quod autem principium* FSv-gO. — *quod autem natum non est* F. *quod autem non natum est* B.
XIV. *Caput XIV. Quibus rationibus Aristoteles contra Platonem monstrare voluerit, animam a se ipsa moveri non posse.* ch-b. 1. *raciocinationem* BP. *rationationum* R1. *rationum* a. — *constare potest* (infra om. *constare*) F. — *postrema potest* R2. *potest extrema* Tr. — *hac autem* R2. — *fide* (om. *in*) F. 2. *Sed huic* (sup. *hinc*) *quoque* R2. — *quidem stoicorum* R1. — *accidit* Fgh. — *ex se moveri* (om. *non*) R1. — *ut nichil* (del. *ut*) R1. — *etiam si aliquid* P. *si aliquid* (om. *et*) IBen. *et si quid* D „2 Ox.“ *etiam, si quid* Edd. — *hoc esse non affirmet* R1. 4. *inquid est* R2. *est inquit aristotiles*

XIV, 2. *Aristoteles*] A. Stahrius in libro qui inscriptus est *Aristoteles bei den Roemern* p. 187. ait pleraque, quae proferantur in hoc et sequentibus duobus capitibus, videri desumpta ex Aristotelis libris, qui sunt de rebus naturalibus et de anima. Plurima sane invenias in *Φυσικῆς ἀκροάσεως* libris VII et VIII et in libro I *περὶ Ψυχῆς*, at non omnia, neque eodem ordine pertractata, ut videatur Macrobius non ipsius Aristotelis libros ante oculos habuisse, sed secutus esse Platonicos quorum placita defendit.
ut animam .. ne moveri quidem penitus conetur adserere] „Sanior apud Glossographum Niciarius: *τί ψυχή; τὸ κινούμενον. τί ἄψυχον; τὸ μὴ κινούμενον.*“ Pont. — Sic ab aliis distingui *τὸ ἔμψυχον* et *τὸ ἄψυχον* memorat Aristoteles de anima I, 2. init.; sed in principio capitis 3: *Ἐπισκεπτέον δὲ,* inquit, *πρῶτον μὲν περὶ κινήσεως· ἴσως γὰρ οὐ μόνον ψεῦδός ἐστι τὸ τὴν οὐσίαν αὐτῆς τοιαύτην εἶναι, οἵαν φασὶν οἱ λέγοντες ψυχὴν εἶναι τὸ κινοῦν ἑαυτὸ ἢ δυνάμενον κινεῖν, ἀλλ' ἕν τι τῶν ἀδυνάτων τὸ ὑπάρχειν αὐτῇ κίνησιν.* Cum iis, quae deinde sequuntur, comparari possunt Phys. VIII, capp. 4, 5, 6; sed ipsam Aristotelis argumentationem nusquam inveni.

4. *aut omnia inmobilia esse etc.*] Cf. Phys. VIII, c. 3 init.

*quae sunt inmobilia esse, aut omnia moveri, aut aliqua ex his mo-
veri aliqua non moveri. Item si damus*, ait, *et motum et quietem:
necesse est aut alia semper moveri et alia numquam moveri, aut
omnia simul nunc quiescere nunc moveri. De his*, inquit, *quid*
5 *magis verum sit, requiramus. Non esse omnia inmobilia aspectus
ipse testimonio est, quia sunt quorum motum videmus: rursus non
moveri omnia visus docet, quo inmota cognoscimus. Sed nec om-
nia dicere possumus modo motum pati modo esse sine motu, quia
sunt quorum perpetuum motum videmus, ut de caelestibus nulla
dubitatio est: restat igitur*, ait, *ut, sicut aliqua semper moventur,*
6 *ita sit aliquid semper inmobile.* Ex his ut collectum sit esse ali-
quid inmobile, nullus obviat vel refellit. Nam et vera divisio est
et sectae Platonicae non repugnat: neque si quid est inmo-
bile, sequitur ut hoc sit anima, nec qui dicit animam ex se
[171] moveri iam moveri universa confirmat, sed modum astruit, quo
anima movetur: si quid vero est aliud inmobile, nihil ad hoc
7 quod de anima astruitur pertinebit. Quod et ipse Aristoteles
videns, postquam docuit esse aliquid inmobile, hoc esse animam
vult docere: et incipit adserere nihil esse quod ex se moveri
possit, sed omnia quae moventur ab alio moveri. Quod si vere
probasset, nihil ad patrocinium Platonicae sectae relinqueretur:
quemadmodum enim credi posset ex se moveri animam, si con-
staret nihil esse quod ex se possit moveri? In hac autem Ari-
stotelica argumentatione huiusmodi divisionis ordo contexitur.
8 *Ex omnibus quae moventur*, inquit, *alia per se moventur, alia ex
accidenti. Et ex accidenti*, inquit, *moventur quae, cum ipsa non
moveantur, in eo tamen sunt quod movetur, ut in navi sarcina
seu vector quiescens: aut etiam cum pars movetur quiescente inte-*

Mss. BFSPR12G.]

F. — *aliqua non moveri* add. in mg. R1. — *aliqua non moveri* ... *et alia numquam moveri* om. F. — *aut alia numquam* R1. — *simul omnia* F. — *non* (sup. *nunc*) *quiescere aut non* (sup. *nunc*) *moveri* R1. 5. *perpetuum motum non videmus* B. 6. *esse aliquid* (om. *inmobile*) B. — *neque si* BF (R1 a sec. m.) G. *neque enim si* S (R1 a p. m.) R2 Edd.P. — *nec dicit* (sup. add. *qui*) R1. — *universa moveri* R2. — *vero aliud* (sup. add. *est*) R1. *vero est aliquid* F. — *de anima movetur* (sup. *astruitur*) R1. 7. *docuit aliquid esse* R1s-bP. — *docere vult* O. *vult dicere* Edd.P. — *a se moveri* F. — *ad platonicae patrotinium sectae* R1. — *moveri possit* R1G. *moveri posset* (sup. *i*) R. *posset moveri* FD. — *in hac enim* F. 8. *Ex his omnibus* (del. *his*) R1. — *et ex* (del. *et*) R1. — *accidente* (altero tantum loco) cah. — *quiescentem* R1.

quid magis verum sit] sc. quam reliqua.

6. *sectae Platonicae*] cum verbo *repugnat* coniunctam idem fere est, quod *rationi* vel *doctrinae Platonis*, ut in sequentibus § 7. *ad patrocinium Platonicae sectae*, et I, 13, 5. *Haec secta et praeceptio Platonis est.*

7. *omnia quae moventur ab alio moveri*] Cf. Phys. VIII, cap. 4 extr. *ἅπαντα ἂν τὰ κινούμενα ὑπό τινος κινοῖτο*, quae sententia fusius tractatur cap. 5.

8. *alia per se moventur, alia ex accidenti*] Cf. Phys. VIII, cap. 4 init. et de an. I, 3 init.

sarcina seu vector quiescens] Aristot. de an. l. c. *ὅσα κινεῖται τῷ ἐν κινουμένῳ εἶναι, οἷον πλωτῆρες, οὐ γὰρ ὁμοίως κινοῦνται τῷ πλοίῳ.* Si praeterea comparamus quae dicit idem ibid. II, 1 extr.: *εἰ οὕτως ἐντελέχεια τοῦ σώματος ἡ*

gritate, ut si quis stans pedem manumve vel caput agitet. Per se 9
autem movetur quod neque ex accidenti neque ex parte sed et to-
tum simul movetur, ut cum ad superiora ignis ascendit. Et de his
quidem quae ex accidenti moventur nulla dubitatio est quin ab alio
moveantur: probabo autem, inquit, *etiam ea quae per se moventur*
ab alio moveri. Ex omnibus enim, ait, *quae per se moventur alia* 10
causam motus intra se possident, ut animalia, ut arbores, quae
sine dubio ab alio intelleguntur moveri, a causa scilicet quae in
ipsis latet; nam causam motus ab eo quod movetur ratio seque-
strat: alia vero aperte ab alio moventur, id est aut vi aut natura.
Et vi moveri dicimus omne iaculum, quod cum de manu iaculantis 11
recessit, suo quidem motu ferri videtur, sed origo motus ad vim [172]
refertur. Sic enim nonnumquam et terram sursum et ignem deor-
sum ferri videmus, quod alienus sine dubio cogit inpulsus. Natura 12
vero moventur vel gravia, cum per se deorsum, vel levia, cum sur-
sum feruntur: sed et haec dicendum est ab alio moveri, licet a quo
habeatur incertum. Ratio enim, ait, *deprehendit esse nescio quid* 13
quod haec moveat. Nam si sponte moverentur, sponte etiam sta-
rent: sed nec unam viam semper agerent, immo per diversa move-

[Edd. vicahgspdzb.

9. *ex accidente* R2. — *nec ex parte* add. a sec. m. F. — *sed totum* (om. *et*) Bch. — *simul* sup. add. R2. — *Probabo* ... (§ 13.) *referri* om. I. — *probabo* (om. *autem*) G. — *ex se moventur* viag. 10. *Ex his enim omnibus* R1. — *ait* add. a sec. m. R2. — *aliam causam* R1 v. 11. *dicimus moveri* Edd.P. — *cum* om. F; R2 add. a sec. m. — *recesserit* s-b. *excessit* B. *discessit* „1 Ox." — *ignem* (sup. add. *et*) R1. 12. *cum vel gravia* F. *vel gravia cum* (corr. in *vel cum grav.*) R1. — *cum sursum* (del. *cum*) R1. — *sed haec* (om. *et*) F. *sed et hoc* R1 a p. m.; v-g. 13. *ait* add. sup. R1G. — *ferentur*

ψυχὴ, ὥσπερ πλωτὴρ πλοίου, et Polit. 3, 4. *τῶν δὲ πλωτήρων ὁ μέν ἐστιν ἐρέτης, ὁ δὲ κυβερνήτης, ὁ δὲ πρωρεύς,* non tam de vectore (quem Cicero opponit gubernatori, ut eum qui navi vehatur, Phil. VII, 9, 27., ad Att. II, 9, 3., quibuscum congruunt ea quae habet Macrobius Sat. II, 5, 9.), quam de nauta videtur cogitasse Aristoteles.

quiescente integritate] i. e. quiescente toto. Cf. § 21. et h. lib. fin. et Sat. VII, 16, 12.

9. *ut cum ad superiora ignis ascendit*] Cf. Phys. VIII, 2. *οἷον τὸ πῦρ ἄνω φέρεται.*

10. *ut animalia, ut arbores*] Cf. Phys. VIII, 4. *ἔοικε γὰρ .. καὶ ἐν τοῖς ζώοις εἶναι διῃρημένον τὸ κινοῦν καὶ τὸ κινούμενον, καὶ οὕτω τὸ πᾶν αὐτὸ ἑαυτὸ κινεῖν,* et c. 5.: *ἔνεισιν ἄλλαι κινήσεις φυσικαὶ τοῖς ζώοις, ἃς οὐ κινοῦνται δι' ἑαυτῶν, οἷον αὔξησις, φθίσις, ἀναπνόη,* et de an. I, 5. Plantae cum animalibus commemorantur de an. II, 3.

11. *omne iaculum*] Hoc exemplum apud Aristotelem frustra quaesivi.

et terram sursum et ignem deorsum ferri videmus] Cf. Phys. VIII, 4. *καὶ τῶν μὲν φύσει κινουμένων τὰ μὲν φύσει κινεῖται, τὰ δὲ παρὰ φύσιν· παρὰ φύσιν μὲν, οἷον τὰ γεηρὰ ἄνω καὶ τὸ πῦρ κάτω.* Senec. Natur. Quaest. II, 13, 2 seq. *Non aliqui ignes in inferiora ferri solent? .. Fateor: non eunt tamen, sed feruntur. Aliqua eos potentia deprimit,* et ibid. c. 24.

12. *Natura vero .. habeatur incertum*] Cf. l. c. *εἰς δὲ τοὺς οἰκείους (τόπους) τὸ μὲν κοῦφον ἄνω, τὸ δὲ βαρὺ κάτω φύσει (κινεῖται)· τὸ δ' ὑπὸ τίνος οὐκ ἔστι φανερόν.*

haec dicendum est ab alio moveri] Mireris non tam constructionem quam ordinem verborum. Vid. proleg. c. 3.

13. *sponte etiam starent*] Cf. ibid. *τότε γὰρ αὐτὰ ὑφ' αὐτῶν (κινεῖσθαι) φάναι ἀδύνατον .. καὶ ἱστάναι ἂν ἐδύνατο αὐτά.*

nec unam viam semper agerent] Cf. ibid. *ἄλογον δὲ καὶ τὸ μίαν κί-*

rentur, si spontaneo ferrentur agitatu. Cum vero hoc facere non possint, sed levibus semper ascensus et descensus gravibus deputatus sit, apparet eorum motum ad certam et constitutam naturae neces-
14 *sitatem referri.* Haec sunt et his similia quibus Aristoteles omne quod movetur ab alio moveri probasse se credidit. Sed Platonici, ut paulo post demonstrabitur, argumenta haec arguta magis
15 quam vera esse docuerunt. Nunc sequens eiusdem iungenda divisio est, qua non posse animam ex se moveri, etiamsi hoc alia res facere posset, laborat ostendere. Et huius rei primam pro-
16 positionem ab illis mutuatur quae sibi aestimat constitisse. Sic enim ait: *Cum igitur omne quod movetur constet ab alio moveri, sine dubio id quod primum movet, quia non ab alio movetur (neque enim haberetur iam primum, si ab alio moveretur), necesse est,*
17 inquit, *ut aut stare dicatur aut se ipsum movere. Nam si ab alio*
[178] *moveri dicatur, illud quoque quod id movet dicetur ab alio moveri, et illud rursus ab alio, et in infinitum inquisitio ista casura est, numquam exordia prima repperiens, si semper aliud ea quae*
18 *putaveris prima praecedit. Restat igitur,* inquit, *ut, si quod primum movet non dicatur stare, ipsum se movere dicatur. Et sic erit in uno eodemque aliud quod movet, aliud quod movetur: siquidem in omni,* ait, *motu tria haec sint necesse est, id quod movet*
19 *et quo movet et quod movetur. Ex his quod movetur tantum movetur, non etiam movet, cum illud quo fit motus et moveatur et mo-*

Mss. BFSPR12G.]

R2. — *haec facere* G. — *deputasset* R1 a p. m. 14. *Haec et his similia sunt* R2. — *probasse credidit* (om. *se*) P. *se probasse crediderit* R1. — *paulo post*] c. 15. — *docuere* v-gG. 15. *divisio est iungenda* B. *iungenda est divisio* FR1I. — *res alia* R2. — *posset facere* R1. — *propositionem primam* R2. — *extimat* v1. *existimat* Sv3-g. — *constituisse* ag (g in mg. *constitisse*). *extisse* (sup. *vel con*) R1. 16. *dicetur* (sup. *vel constet*) R1. — *ab alio non* F. — *neque enim moveretur* F. — *semet ipsum* R2. *se ipsam* v. 17. *moveri ab alio dicatur* Bv-gGDIO. *moveri dicatur* (post haec add. *ab alio*) R1. — *quod id movet* BF (R1 a sec. m.) „Ox." *quod eum movet* S (R1 a p. m.) R2Gv1DIO. *quod ipsum movet* c-bP. — *dicetur rursus* G. — *ab alio moveri sine dubio* BF (R1 a sec. m.) „Ox." Cf. § 16. — *in* (om. *et*) vichg — *reperies* v-gbD. „Recte." Zeun. — *eam qua* G. 18. *sic in* (om. *erit*) F. — *quod movet* (sup. add. *et quo movet*) R2. — *siquidem* ... (§ 21.) *auctorem* om. I. — *ait in omni* R1. — *id est quod* P R12. — *et quo movet* add. a sec. m. R2. — *et quo* (sup. *quod*) *movetur* G. 19. *Ex his tribus* v. — *quod fit motus* R1. *quo motus fit*

νησιν κινεῖσθαι μόνον ὑφ' αὑτῶν, εἴγε αὐτὰ ἑαυτὰ κινοῦσιν.

15. *eiusdem*] sc. Aristotelis.

16. *necesse est .. se ipsum movere*] Cf. Phys. VIII, 5. *οὐκ ἄρα ἀνάγκη ἀεὶ κινεῖσθαι τὸ κινούμενον ὑπ' ἄλλου καὶ τούτου κινουμένου· στήσεται ἄρα. ὥστε ἤτοι ὑπὸ ἠρεμοῦντος κινηθήσεται τὸ κινούμενον πρῶτον ἢ αὐτὸ ἑαυτὸ κινήσει.*

17. *numquam exordia prima repperiens*] Cf. ibid. init. *ἀδύνατον γὰρ εἰς ἄπειρον ἰέναι τὸ κινοῦν καὶ τὸ κινούμενον ὑπ' ἄλλου αὐτό. τῶν γὰρ ἀπείρων οὐκ ἔστιν οὐδὲν πρῶτον.* Constructio verborum *inquisitio .. nusquam exordia prima repperiens* omnino convenit cum Macrobii more dicendi. (Vid. not. ad I, 18, 3. et proleg. c. 3.) Zeunius, qui comprobavit *reperies*, non videtur observasse ita nasci asyndeton, quod Macrobium fugere, illo quidem loco non recte, ipse adnotavit ad hoc ipsum caput § 31.

18. *Et sic erit in uno eodemque .. quod movetur*] Cf. Phys. VIII, 5. *εἴπερ ἡ ὅλη αὐτὴ ἑαυτὴν κινεῖ, τὸ μὲν κινήσει αὐτῆς, τὸ δὲ κινηθήσεται.*

veat: illud vero quod movet non etiam movetur, ut ex tribus sit
commune quod medium, duo vero sibi contraria intellegantur.
Nam sicut est quod movetur et non movet, ita est, inquit, *quod* 20
movet et non movetur: propter quod diximus, quia, cum omne
quod movetur ab alio moveatur, si quod movet et ipsum movetur,
quaeremus semper motus huius, nec umquam inveniemus exordium.
Deinde, si quid se movere dicatur, necesse est, inquit, *ut aut to-* 21
tum a toto aut partem a parte aut partem a toto aut totum a
parte existimemus moveri: et tamen motus ille, seu a toto seu a
parte procedat, alterum sui postulabit auctorem. Ex his omnibus 22
in unum Aristotelica ratiocinatio tota colligitur hoc modo: *Omne*
quod movetur ab alio movetur: quod igitur primum movet, aut stat
aut ab alio et ipsum movetur: sed si ab alio, iam non potest hoc
primum vocari, et semper quod primum moveat requiremus: restat,[174]
ut stare dicatur: stat igitur quod primum movet. Contra Plato- 23
nem ergo, qui dicit animam motus esse principium, in hunc
modum conponitur syllogismus: *Anima principium motus est:*
principium autem motus non movetur: igitur anima non movetur.
Et hoc est quod primo loco violenter obiecit, nec eo usque per-
suadere contentus animam non moveri, aliis quoque rationibus
non minus violentis perurget. *Nullum,* inquit, *initium idem potest* 24
esse ei cuius est initium. Nam apud geometras principium lineae
punctum dicitur esse, non linea: apud arithmeticos principium nu-
meri non est numerus. Item causa nascendi ipsa non nascitur; et

[Edd. vicahgapdzb. R2. — *non etiam movetur* BSR1viagDO. *non etiam movet* FR2. *non etiam moveatur* ch–bP. — *ut tribus* (sup. *ex*) R1. *ut etiam ex tribus* R2. — *commune sit* v. 20. *quod non movet et non movetur* R1. — *si quod … movetur* om. D. — *si quod* FSPR2GO „4 Angl.“ *sic quod* B. *si quo* R1. *si quid* vi. *si hoc quod* c–b. — *etiam ipsum* a–b „1 Angl.“ — *moveatur* R1. — *motus eius* v. 21. *est inquit* add. a sec. m. F. — *estimemus* B. — *procedit* (sup. *at*) F. — *sui* (sup. *sibi*) F. — *actorem* B. 22. *Ex omnibus his* a–bP. — *colligitur. Hoc modo omne* R1. — *quid primum moveat* FSR2GvO*H2* „Ms.“ *quod prim. mov.* R1i–bBPDI. 23. *opponitur* a–bP. — *anima … motus non movetur* add. a sec. m. F. — *adiecit* R1. — *animam moveri* (om. *non*) R1. — *aliis quoque argumentis* F. — *perurguet* R1*H2*. 24. *Nullum … (§ 35.) syllogismum* om. I. — *potest ei esse* R2. — *nam et apud* Bar. — *punctus* „Ms.“ — *esse dicitur* F. — *sine* (sup. *non*) *linea*

18. 19. *siquidem in omni motu tria haec sint necesse est .. non etiam movetur*] Cf. ibid. *τρία γὰρ ἀνάγκη εἶναι, τό τε κινούμενον καὶ τὸ κινοῦν καὶ τὸ ᾧ κινεῖ. τὸ μὲν οὖν κινούμενον ἀνάγκη μὲν κινεῖσθαι, κινεῖν δὲ οὐκ ἀνάγκη. τὸ δ' ᾧ κινεῖ καὶ κινεῖν καὶ κινεῖσθαι,* ubi videntur excidisse ea quae pertinent ad *καὶ τὸ κινοῦν,* nisi forte huc referas ea quae paulo infra sequuntur: *τὸ δὲ κινοῦν οὕτως, ὥστ' εἶναι μὴ ᾧ κινεῖ, ἀκίνητον.* Illud quo movet vel *quo fit* motus est instrumentum motus, ut in iis quae leguntur apud Aristotelem in huius capitis principio baculum est instrumentum quo manus movet lapidem, manus instrumentum quo homo movet baculum. Cf. § 28.

20. *diximus, quia .. quaeremus*] Vid. not. ad I, 6, 62.

21. *necesse est, ut aut totum a toto, .. existimemus moveri*] Cf. ib. *τὸ γὰρ ὅλον εἰ κινεῖται αὐτὸ ὑφ' αὑτοῦ, ἤτοι ὑπὸ τῶν αὑτῶν τινος κινηθήσεται, ἢ ὅλον ὑπὸ ὅλου* etc.

22. *stat igitur quod primum movet*] Cf. Phys. VIII, c. 6. *καὶ τὸ πρῶτον κινοῦν ἀκίνητον.*

24. *nam apud geometras .. principium numeri non est numerus*] Cf.

ipsa ergo motus causa vel initium non movetur: ergo anima, quae
25 *initium motus est, non movetur.* Additur hoc quoque: *Numquam,* inquit, *fieri potest, ut circa unam eandemque rem uno eodemque tempore contrarietates ad unum idemque pertinentes eveniant: scimus autem, quia movere facere est et moveri pati est: ei igitur quod se movet simul evenient duo sibi contraria, et facere et pati:*
26 *quod inpossibile est: anima igitur non potest se movere.* Item dicit: *Si animae essentia motus esset, numquam quiesceret a motu, nihil est enim quod recipiat essentiae suae contrarietatem; nam ignis numquam frigidus erit nec nix sponte umquam calescet: anima autem nonnumquam a motu cessat, non enim semper corpus videmus agitari: non igitur animae essentia motus est, cuius con-*
27 *trarietatem receptat.* Ait etiam: *Anima si aliis causa motus est, ipsa sibi causa motus esse non poterit: nihil est enim,* inquit,
[175] *quod eiusdem rei sibi causa sit, cuius est alii: ut medicus, ut exercitor corporum, sanitatem vel valentiam, quam ille aegris hic*
28 *luctatoribus praestat, non utique ex hoc etiam sibi praestant.* Item dicit: *Omnis motus ad exercitium sui instrumento eget, ut singu-*

Mss. BFSPR12G.]

R1. — *ut initium non moveatur* v. — *ergo* sup. add. R1. 25. *eveniunt* B. — *est impossibile* R2. 26. *nihil enim est* R12v–g. — *sponte umquam* BFSR2GD*H*1 „1 Ox." *umquam sponte* PR1viagO „3 Ox." *sponte* (om. *umquam*) Bar. *umquam sponte sua* chs–b. — *calescit H*1. — *non enim animae* R1. — *semper videmus corpus* R2. *videmus semper corpus* R1. — *sibi receptat* R1. *recipiat* G. 27. *ipsa* om. s–z. — *potest* (sup. *poterit*) R2. — *nihil enim est* R2h–bP. — *causa sibi sit* R1. — *exercitator* F a sec. m.; R12v–gO „M Ox." — *ex hoc* (om.

I. 5, 7., I, 6, 7., II, 2, 8. Hic si Macrobius respexit ad lib. de an. I, 4., non intellexit Aristotelis verba: is enim dicit: *πολι δὲ ἀλογώτατον τὸ λέγειν ἀριθμὸν εἶναι τὴν ψυχὴν κινοῦνθ' ἑαυτὸν· .. πῶς γὰρ χρὴ νοῆσαι μονάδα κινουμένην καὶ ὑπὸ τίνος καὶ πῶς ἀμερῆ καὶ ἀδιάφορον οὖσαν; εἰ γάρ ἐστι κινητικὴ καὶ κινητή, διαφέρειν δεῖ. ἔτι δ' ἐπεί φασι κινηθεῖσαν γραμμὴν ἐπίπεδον ποιεῖν στιγμὴν δὲ γραμμὴν, καὶ αἱ τῶν μονάδων κινήσεις γραμμαὶ ἔσονται* etc.

ergo anima, quae initium motus est, non movetur] Vid. not. ad I, 20, 8. et cf. Phys. VIII, 5. *εὔλογον, ἵνα μὴ ἀναγκαῖον εἴπωμεν, καὶ τρίτον εἶναι ὃ κινεῖ ἀκίνητον ὄν· διὸ καὶ Ἀναξαγόρας ὀρθῶς λέγει τὸν νοῦν ἀπαθῆ φάσκων καὶ ἀμιγῆ εἶναι, ἐπειδήπερ κινήσεως ἀρχὴν ποιεῖ αὐτὸν εἶναι· οὕτω γὰρ μόνως ἂν κινοίη ἀκίνητος ὢν, καὶ κρατοίη ἀμιγὴς ὤν,* et de an. III, 10 seq.

25. *scimus .. quia*] Vid. not. ad I, 6, 62.

simul evenient duo sibi contraria, et facere et pati: quod inpossibile est] Cf. de an. I, 3 extr. *διὰ τὴν γὰρ κοινωνίαν τὸ μὲν ποιεῖ τὸ δὲ πάσχει, καὶ τὸ μὲν κινεῖται το δὲ κινεῖ, τούτων δὲ οὐθὲν ὑπάρχει πρὸς ἄλληλα τοῖς τυχοῦσιν.* Phys. VIII, 4. *ὅταν ἅμα τὸ ποιητικὸν καὶ τὸ παθητικὸν ὦσι, γίνεται ἐνίοτε ἐνεργείᾳ τὸ δυνατὸν, .. κωλύεται δὲ, ὅταν ἐν τῷ ἐναντίῳ ᾖ,* et c. 5. *ὅλον κινεῖ αὐτὸ ἑαυτὸ, κινούμενόν τε καὶ κινοῦν, τῷ αὐτοῦ τι εἶναι τὸ κινοῦν καὶ τὸ κινούμενον, οὐ γὰρ ὅλον κινεῖ οὐδ' ὅλον κινεῖται, .. ἀδύνατον γάρ.*

26. *Si animae essentia motus esset*] Cf. de an. I, 3. *εἰ δ' ἐστὶν ἡ οὐσία τῆς ψυχῆς τὸ κινεῖν ἑαυτὴν, οὐ κατὰ συμβεβηκὸς αὐτῇ τὸ κινεῖσθαι ὑπάρξει, ὥσπερ τῷ λευκῷ ἢ τῷ τριπήχει,* et paulo infra: *ἔνιοι δὲ καὶ κινεῖν φασι τὴν ψυχὴν τὸ σῶμα ἐν ᾧ ἐστιν, ὡς αὐτὴ κινεῖται, .. ἡμεῖς δὲ ἐρωτήσομεν, εἰ καὶ ἠρέμησιν ποιεῖ ταὐτὰ ταῦτα. πῶς δὲ ποιήσει, χαλεπὸν ἢ καὶ ἀδύνατον εἰπεῖν.* — Quae sequuntur §§ 27, 28. ea apud Aristotelem frustra quaesivi.

27. *exercitor*] Vox est Plautina. Cf. Trinum. II, 1, 8. et IV, 8, 9.

larum artium usus docet: ergo videndum, ne et animae ad se movendum instrumento opus sit: quod si inpossibile iudicatur, et illud inpossibile erit, ut anima ipsa se moveat. Item dicit: *Si movetur* 29
anima, sine dubio cum reliquis motibus et de loco et in locum movetur. Quod si est, modo corpus ingreditur modo rursus egreditur, et hoc frequenter exercet: sed hoc videmus fieri non posse: non igitur movetur. His quoque addit: *Si anima se movet, necesse* 30
est, ut aliquo motus genere se moveat: ergo aut in loco se movet aut se ipsam pariendo se movet aut se ipsam consumendo aut se augendo aut se minuendo: haec sunt enim, ait, *motus genera. Horum,* inquit, *singula quemadmodum possint fieri, requiramus.* 31
Si in loco se movet, aut in rectam lineam se movet aut sphaerico motu in orbem rotatur. Sed recta linea infinita nulla est; nam 32
quaecumque in natura intellegatur linea quocumque fine sine dubio terminatur: si ergo per lineam terminatam anima se movet, non semper movetur; nam cum ad finem venitur et inde rursus in exordium reditur, necesse est interstitium motus fieri in ipsa permutatione redeundi. Sed nec in orbem rotari potest, quia omnis 33
sphaera circa aliquid inmobile, quod centron vocamus, movetur: si

[Edd. vicahgspdzb.

etiam) B. *et hoc sibi etiam* R1. 28. *videndum est* F. — *erit impossibile* R2. 29. *in locum* (om. *et*) B. — *hoc fieri videmus* R1 G. — *non igitur anima movetur* v-g. 30. *sunt enim inquit* v-g. 31. *Horum, inquit, singula* BFSR1DO. *horum singula, inquit* PR2s-z. *horum autem singula inquit* b. *horum autem singula* (om. *inquit*) i-gG. „Quod est melius et auctori convenientius, qui asyndeta fugit." Zeun. *haec autem singula* (om. *inquit*) v. — *possunt* v-g. — *rotatus* vl. 32. *natura* (om. *in*) *H2*. — *intelligitur* ch. — *sine* add. a sec. m. F. — *pervenitur* R1. — *venerit* viag. — *inde* om. B. — *motus* om. F. 33. *circa* add. a sec. m. F. — *aliquod* ch-bP. — *inmobile* om. *H2*. —

29. *Si movetur anima .. modo rursus egreditur*] Cf. de an. I, 3.: *ἐπεὶ φαίνεται κινοῦσα τὸ σῶμα, .. ἣν τὸ σῶμα κινεῖται (κίνησιν), ταύτην καὶ αὐτή. τὸ δὲ σῶμα κινεῖται φορᾷ· .. εἰ δὲ τοῦτ' ἐνδέχεται, καὶ ἐξελθοῦσαν εἰσιέναι πάλιν ἐνδέχοιτ' ἄν, τούτῳ δὲ ἕποιτ' ἂν τὸ ἀνίστασθαι τὰ τεθνεῶτα τῶν ζώων.*

30. *ergo aut in loco se movet .. haec sunt enim, ait, motus genera*] Cf. de an. I, 3. *νῦν ἐπισκοποῦμεν περὶ τῆς ψυχῆς εἰ καθ' αὐτὴν κινεῖται καὶ μετέχει κινήσεως· τεσσάρων δὲ κινησεων οὐσῶν, φορᾶς ἀλλοιώσεως φθίσεως αὐξήσεως, ἢ μίαν τούτων κινοῖτ' ἂν ἢ πλείους ἢ πάσας,* et Phys. VII, 2. *ἐπεὶ δὲ τρεῖς εἰσὶ κινήσεις, ἥ τε κατὰ τόπον καὶ κατὰ τὸ ποιὸν καὶ κατὰ τὸ ποσὸν, ἀνάγκη καὶ τὰ κινούμενα τρία· ἡ μὲν οὖν κατὰ τόπον φορά, ἡ δὲ κατὰ τὸ ποιὸν ἀλλοίωσις, ἡ δὲ κατὰ τὸ ποσὸν αὔξησις καὶ φθίσις.*

aut se ipsam pariendo se movet aut se ipsam consumendo] Haec referuntur ad *ἀλλοίωσιν*; conf. c. 12, § 13. et Phys. VIII, 9. *τὴν γένεσιν καὶ τὴν φθορὰν ἀλλοίωσιν λέγουσιν* (*οἱ φυσιολόγοι*), et de gener. et corr. I, 1. *τοῖς μὲν οὖν ἐξ ἑνὸς πάντα κατασκευάζουσιν ἀναγκαῖον λέγειν τὴν γένεσιν καὶ τὴν φθορὰν ἀλλοίωσιν.*

32. *sed recta linea infinita nulla est etc.*] Cf. Phys. VIII, 8. *μάλιστα δὲ φανερὸν ὅτι ἀδύνατον εἶναι συνεχῆ τὴν ἐπὶ τῆς εὐθείας κίνησιν, ὅτι ἀνάκαμπτον ἀναγκαῖον στῆναι.*

33. *quia omnis sphaera circa aliquod inmobile .. movetur*] Cf. I, 20, 14. et 22, 4.; Phys. VIII, 9. *τὴν μὲν οὖν κύκλῳ ἐνδέχεται ἀΐδιον εἶναι· .. αἴτιον δ' ὅτι πάντα συμβέβηκε ταῦτα τῷ κέντρῳ· καὶ γὰρ ἀρχὴ καὶ μέσον τοῦ μεγέθους καὶ τέλους ἐστιν.* Sed anima ibi semel tantum memoratur. Quae Macrobius addit ea apud Aristotelem frustra quaesivi. De an. I, 3. relatae Timaei de anima sententiae ille subiicit haec: *ἄδηλος δὲ καὶ τοῦ κύκλῳ φέ-*

[176]*ergo et anima sic movetur, aut intra se habet quod inmobile est, et ita fit, ut non tota moveatur, aut, si non intra se, sequetur aliud non minus absurdum, ut centron foris sit, quod esse non*
34 *poterit: constat ergo ex his*, ait, *quod in loco se non moveat. Sed si ipsa se parit, sequitur, ut eandem et esse et non esse dicamus: si vero se ipsa consumit, non erit inmortalis: quod si se aut auget aut minuit, eadem simul et maior se et minor reperietur.* Et ex
35 his talem colligit syllogismum: *Si anima se movet, aliquo motus genere se movet: nullum autem motus genus quo se moveat invenitur: non se igitur movet.*

XV. Contra has tam subtiles et argutas et verisimiles argumentationes accingendum est secundum sectatores Platonis, qui inceptum quo Aristoteles tam veram tamque validam defini-
2 tionem magistri sauciare temptaverat subruerunt. Neque vero tam inmemor mei aut ita male animatus sum, ut ex ingenio meo vel Aristoteli resistam vel adsim Platoni: sed ut quisque magnorum virorum qui se Platonicos dici gloriabantur aut sin-
[177]gula aut bina defensa ad ostentationem suorum operum reliquerunt, collecta haec in unum continuae defensionis corpus coacervavi, adiecto, si quid post illos aut sentire fas erat aut au-
3 dere in intellectum licebat. Et quia duo sunt quae adserere

Mss. BFSPR12G.]
habeat R1 (R2 del. *a*) viaG „4 Ox.“ *continet* F. — *quid inmobile est* H2. *necesse est quod inmobile sit* „1 Ox.“ — *si non intra se habet* Edd.G. — *sequitur* S a p. m.; Edd.FD. — *se moveat* (sup. add. *non*) R2. 34. *eandem esse* (om. *et*) F. — *se ipsa* BEdd.P. *ipsa se* F GO. *se ipsam* SR12. — *consumpsit* R1. — *se auget et minuit* (sup. add *aut ... aut*) R1. — *maior* (sup. add. *se*) R1. 35. *Ex his* (om. *et*) v-g. *Et e hisdem* O. — *non igitur se* Fv-gD.
XV. *Caput XV. Quibus argumentis Platonici magistrum suum adversus Aristotelem tueantur, ostendentes utique esse aliquid quod a se ipso moveatur; idque necessario esse animam: quibus probatis, enervata est prima obiectio Aristotelis.* ch-b. 1. *tam* om. F. — *ac verisimiles* F. — *diffinitionem* FR12IO. — *obruerunt* H1. 2. *Neque enim* R2. — *atque ita* R2. — *male* om. v. — *dici* om. F. — *ostensionem* H1. — *defensiones* G. — *fas est* R1 a p. m. *fas erit* H2 a p. m. — *audere in intellectum* R1i-bPGDI (O a p. m.; *H1 aud.* corr. in *add.*). *audere inintellectum* H2. *in intellectum audere* F. *audire in intellectum* v (O a p. m.). *audere intellectum* (om. *in*) BS. *addere intellectum* (prius *d* o

ρεσθαι τὸν οὐρανὸν ἡ αἰτία· οὔτε γὰρ τῆς ψυχῆς ἡ οὐσία αἰτία τοῦ κύκλῳ φέρεσθαι, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκὸς οὕτω κινεῖται. οὔτε τὸ σῶμα αἴτιον ἀλλ' ἡ ψυχὴ μᾶλλον ἐκείνῳ. Nec magis argumentationem quae in extrema huius capitis parte inest usquam apud illum inveni.

XV, 1. *accingendum est*] i. e. „oportet accingi,“ nisi forte mavis statuere Macrobium hoc verbum ea vi usurpavisse, qua Virgilius usurpavit Aen. II, 235. *Accingunt omnes operi.*

sauciare] Praeivit Plautus Bacch. I, 1, 30. *facta et famam sauciant.*

Cf. Sat. III, 10, 1. *inscientiae Virgilianae vulnera.*

2. *inmemor mei*] i. e. mediocritatis mei ingenii.

aut bina] Cf. § 3. *Et quia duo sunt quae adserere conatus est* etc.

aut audere in intellectum] Haec sic interpretor: „aut pronuntiare, quo melius res intelligeretur, cf. lib. II, c. 12, § 10. *in imitationem dei.* Videtur Macrobius ante oculos habuisse verba Ciceronis p. Mil. 38, § 105. *Vos oro obtestorque, iudices, ut in sententiis ferendis quod sentiatis id audeatis*, ubi audeatis explicatur *audacter libereque*

conatus est, unum quo dicit nihil esse quod ex se moveatur, alterum quo animam hoc esse non posse confirmat, utrique resistendum est, ut et constet posse aliquid ex se moveri et animam hoc esse clarescat. In primis igitur illius divisionis oportet 4
nos cavere praestigias, in qua enumerans aliqua quae ex se moventur et ostendens illa quoque ab alio moveri, id est a causa interius latente, videtur sibi probasse omnia quae moventur, etiamsi ex se moveri dicantur, ab alio tamen moveri. Huius 5
enim rei pars vera est, sed est falsa conclusio. Nam esse aliqua quae, cum ex se moveri videantur, ab alio tamen constet moveri nec nos diffitemur: non tamen omnia quae ex se moventur hoc sustinent, ut ab alio ea moveri necesse sit. Plato enim cum di- 6
cit animam ex se moveri, id est cum αὐτοκίνητον vocat, non vult eam inter illa numerari quae ex se quidem videntur moveri sed a causa quae intra se latet moventur: ut moventur animalia auctore quidem alio sed occulto, nam ab anima moventur: aut ut moventur arbores, quarum etsi non videtur agitator, a natura tamen eas interius latente constat agitari: sed Plato ita animam dicit ex se moveri, ut non aliam causam vel extrinsecus accidentem vel interius latentem huius motus dicat auctorem. [178]
Hoc quemadmodum accipiendum sit, instruemus. Ignem calidum 7

[Edd. vicalıgspdzb. corr.) R2. 3. *quod dicit* R2Edd.DI. *quod dixit* (sup. *vel dicit*) R1. — *movetur* g. — *ad animam* g. — *et constet* (sup. add. *ut*) R1. — *ex se* sup. add. R2. 4. *aliqua ex se* (sup. add. *quae*) R2. — *causa* (erasa praeposit.) R1. — *credantur* (sup. *vel dicantur*) R1. 5. *Cuius* G. — *falsa conclusio est* F. — *constat* R1 a p. m., *H*2. — *nec tamen* F. 6. *dixit* (sup. *vel dicit*) R2. — *id est* (om. *cum*) *H*1. *quidem aliquo* R2. — *constat eas agitari* R1. — *animam ex se dicit* R1. *dicit animam ex se* Edd.PIO. *dicat an. ex se* D. 7. *sit accipien-*

dicatis, licet et illo loco et de Or. III, 24, 94. *Hos vero novos magistros nihil intelligebam posse docere, nisi ut auderent* (sc. dicere) verbum *audere* propriam vim magis retineat, quam hoc loco. Sat. VII, 5, 3. hoc verbum neque auctoritate codicum neque sententiarum nexu aeque ac hoc loco commendatur. Verbum *addere*, quod e correctura tantum legitur in duobus codd. mss., nimia facilitate est suspectum. Vocem *intellectum* A. Iahnius explicavit Animadv. in Basil. Magn. p. 172.

4. *enumerans aliqua quae ex se moventur*] Cf. c. 14, § 10., ubi quidem dicitur *quae per se moventur*, non *ex se;* sed cf. §§ 4 et 10. et schol. in cod. R2: „Hic utitur Macrobius vocabulo Platonis *ex se* in eandem significationem, in quam utitur Aristotelis supra *per se*, et paria hic accipit *per se* et *ex se*.“

5. *hoc sustinent, ut ab alio ea moveri necesse sit*] i. e. ea sunt quae ab alio moveri necesse sit. Cf. § 16.

6. *Plato .. cum dicit animam ex se moveri, id est cum αὐτοκίνητον vocat*] Cf. Phaedr. p. 245 seq. *εἰ δ' ἔστι τοῦτο οὕτως ἔχον μὴ ἄλλο τι εἶναι τὸ αὐτὸ ἑαυτὸ κινοῦν ἢ ψυχήν, ἐξ ἀνάγκης ἀγένητον καὶ ἀθάνατον ψυχὴ ἂν εἴη*. Paulo supra (p. 245 E) legitur: *Ψυχὴ πᾶσα ἀθάνατος, τὸ γὰρ ἀεικίνητον ἀθάνατον*. Vox *αὐτοκίνητον* apud Platonem non invenitur. Plutarchus de plac. philos. IV, 2. Thaleti eam tribuit, idemque ibi dicit Platonem statuere animam esse *οὐσίαν νοητὴν ἐξ ἑαυτῆς κινητήν*.

7. *instruemus*] Hoc verbum absolute positum idem fere valet, quod c. 14, §§ 2 et 6. *astruere*.

vocamus, sed et ferrum calidum dicimus: et nivem frigidam et saxum frigidum nuncupamus: mel dulce, sed et mulsum dulce vocitamus: horum tamen singula de diversis diversa significant.
8 Aliter enim de igne aliter de ferro calidi nomen accipimus: quia ignis per se calet, non ab alio fit calidus, contra ferrum non nisi ex alio calescit: ut nix frigida, ut mel dulce sit, non aliunde contingit, saxo tamen frigus vel mulso dulcedo a nive vel melle
9 proveniunt. Sic et stare et moveri tam de his dicitur quae ab se vel stant vel moventur quam de illis quae vel sistuntur vel agitantur ex alio: sed quibus moveri ab alio vel stare contingit, haec et stare desinunt et moveri: quibus autem idem est et esse et moveri, numquam a motu cessant, quia sine essentia sua esse non possunt: sicut ferrum amittit calorem, ignis vero calere non
10 desinit. Ab se ergo movetur anima, licet et animalia vel arbores per se videantur moveri: sed illis, quamvis interius latens, alia tamen causa, id est anima vel natura, motum ministrat: ideo et amittunt hoc quod aliunde sumpserunt: anima vero ita per se movetur ut ignis per se calet, nulla adventitia causa vel illum
11 calefaciente vel hanc movente. Nam, cum ignem calidum dicimus, non duo diversa concipimus, unum quod calefacit alterum quod calefit, sed totum calidum secundum suam naturam vocamus: cum nivem frigidam, cum mel dulce appellamus, non aliud
[179] quod hanc qualitatem praestat aliud cui praestatur accipimus.
12 Ita et, cum animam per se moveri dicimus, non gemina consideratio sequitur moventis et moti, sed in ipso motu essentiam eius

Mss. BFSPR12G.]

dum R2. — *adstruemus* g in mg. — *vocamus* R1 sup. *vel nuncup.*; R2 sup. *vel vocit.* — *diversis* (om. *de*) R1. — *diversa* BFSR12vDIO „Mss." Gron. *diverse* i-bPG. 8. *accipiemus* va. — *ab* (sup. *ex*) *alio calescit* R1. — *mel ut* R1. *et mel* B. — *contingit* BFSPR12vliab*H*12 „Mss." Gron. „Ms." *contigit* gG. *continxit* v3. *contingit, sed per naturam* chs-z. „Verba *sed per naturam* nec necessaria sunt nec ab ullo Ms. probantur." Gron. — *procedunt* O. 9. *moveri* (sup. add. *ab alio*) R1. — *contigit* (sup. add. *n*) R2. — *haec stare* (om. *et*) B. *et stare* (om. *haec*) R1. — *desistunt* cb-bP. 10. *moveri videantur* c-g. — *causa est ... quae motum ministrat* s-z. „Brevius et non paulo concinnius Mss. *causa, i. e. an. v. nat., motum ministrat.*" Gron. — *hoc* om. F. — *sumpsere* v-g. 11. *quod calescit* (sup. *calefit*) R1. — *sec. naturam suam* BGs-z. *secundum unam naturam* (chg in mg.) b, quod probat Zeun. Vid. not. — *aliud quam* R1. 12. *etiam*

8. *per se calet*] i. e. *φύσει*, natura, cui opponit Aristoteles de an. I, 3. *κατὰ συμβεβηκός*, i. e. *adventitia causa*, cf. § 11.

9. *haec et stare desinunt et moveri*] Cf. Plato l. c. *τὸ δ᾽ ἄλλο κινοῦν καὶ ὑπ᾽ ἄλλου κινούμενον, παῦλαν ἔχον κινήσεως, παῦλαν ἔχει ζωῆς. μόνον δὴ τὸ αὑτὸ κινοῦν .. οὔποτε λήγει κινούμενον.*

11. *secundum suam naturam*] i. e. *φύσει*. Zeunio *secundum unam naturam* videtur verissima lectio, quod non modo haec verba permutentur cum sequentibus (§ 12.) *non gemina consideratio moventis et moti*, sed et opponantur antecedentibus *non duo diversa concipimus*: at non opponitur una natura naturae duplici, sed id quod res in se habent *secundum suam naturam* opponitur ei quod *aliunde sumptum et adventitia causa* provocatum est. Vid. not. ad § 8.

accipimus] respondet antecedenti *concipimus* et sequenti *agnoscimus*, ut *appellamus* bis posito verbo *dicimus*. Cf. § 7. et Sat. I, 4, 11.

agnoscimus, quia quod est in igne nomen calidi, in nive vocabulum frigidi, appellatio dulcis in melle, hoc necesse est de anima *αὐτοκινήτου* nomen intellegi, quod Latina conversio significat *per se moveri*. Nec te confundat, quod *moveri* passivum verbum 13
est: nec, sicut *secari* cum dicitur, duo pariter considerantur, quod secat et quod secatur, item cum *teneri* dicitur, duo intelleguntur, quod tenet et quod tenetur, ita hic *moveri* duarum rerum significationem putes, quae movet et quae movetur. Nam 14
secari quidem et *teneri* passio est, ideo considerationem et facientis et patientis amplectitur: *moveri* autem cum de his quidem dicitur quae ab alio moventur, utramque considerationem similiter repraesentat; de eo autem quod ita per se movetur, ut sit *αὐτοκίνητον*, cum *moveri* dicitur, quia ex se non ex alio movetur, nulla potest suspicio passionis intellegi. Nam et *stare*, 15
licet passivum verbum non esse videatur, cum de eo tamen dicitur quod stat alio sistente, ut *stant terrae defixae hastae* significat passionem: sic et *moveri* licet passivum sonet, quando tamen nihil inest faciens, patiens inesse non poterit. Et, ut ab- 16
solutius liqueat non verborum sed rerum intellectu passionem significari, ecce ignis cum fertur ad superna nihil patitur, cum deorsum fertur sine dubio patitur, quia hoc nisi alio inpellente non sustinet: et cum unum idemque verbum proferatur, pas- [180]
sionem tamen modo inesse modo abesse dicemus. Ergo et *mo*- 17
veri idem in significatione est quod *calere*, et cum ferrum calere dicimus vel stilum moveri, quia utrique hoc aliunde provenit, passionem esse fateamur: cum vero aut ignis calere aut moveri

[Edd. vicahgspdzb.
(sup. *essentiam*) B. — *agnovimut* G. *accipimus* R1. — *AYTOKYNHTY* R1. *AYTOKINHTI* BFR2G*H*2. *αὐτοκίνητι* (sup. *ου*) S. *autocineti* D. *αὐτοκίνητον* Edd.P. „Lege *αὐτοκινήτου*, ut praecedit *nomen calidum, vocabulum frigidi*. Et Mss. quoque id exigunt.“ Gron. — *significat* om. R2. 13. *duo pariter intelleguntur* R2. — *itemque* FS. (R2 a sec. m.) DIO „3 Ox.“ — *ita hic in moveri* v-gb. *ita hic* (om. *moveri*) R1. 14. *nam secari ... (§ 19.) praestitisse dicatur* om. I. — *et facientis et pacientis considerationem* R2. — *de eo* (om. *autem*) BG. — *non ab alio* R1Tr. 15. *sedente* (sup. *vel sistente*, om. *ut*) R1. — *stant*] Virgil. Aen. VI, 652. — *terra*, ut edd. recentt. Virg. l. c., „4 Ox.“ *terris* hs-bP. 16. *intellectui* R1. — *significari passionem* R2. — *non alio (... non sustinet)* v. — *implente* F. — *verbum* add. a sec. m. F. — *tantummodo* R1. — *modo incsse* add. a sec. m. F. — *dicimus* v-g. 17. *et calere cum ferrum* R1. *et cum calere ferrum* v-g. — *hoc* om. vag. — *pervenit* v-g (g in mg. *pravenit*). — *fatemur*

12. *appellatio*] idem est quod *nomen*. Vid. not. ad Sat. I, 4, 3.

αὐτοκινήτου] Aut sic aut cum cod. D legendum est *autocineti*. In iis quae sequuntur malim: *quod Latina conversio significat* per *per se moveri*. Sed in nullo meorum codicum mss. iteratur praepositio.

16. *ut absolutius liqueat non verborum sed rerum intellectu passionem significari*] i. e. ut plenius liqueat, passionem significari non forma, sed vi verborum, vel rebus quae intelligantur. Cf. c. 16, § 2. *facilis est absoluta responsio*, et I, 20, 3. *obscuritatem definitionis huius liquidius absolvens*.

ecce] Vid. not. ad c. 10, § 8.

ignis ... nihil patitur] Cf. c. 14, § 11.

anima dicitur, quia illius in calore et in motu huius essentia est, nullus hic locus relinquitur passioni, sed ille sic calere sicut
18 moveri ista dicetur. Hoc loco Aristoteles argutam de verbis calumniam sarciens Platonem quoque ipsum duo, id est quod movet et quod movetur, significasse contendit dicendo: *Solum igitur quod se ipsum movet, quia numquam deseritur a se, numquam ne moveri quidem desinit;* et aperte illum duo expressisse proclamat his verbis: *quod movet* et *moveri*. Sed videtur mihi vir tantus nihil ignorare potuisse, sed in exercitio argutiarum talium
19 coniventem sibi operam sponte lusisse. Ceterum quis non ad-

Mss. BFSPR12G.]

R1 a p. m., Edd. — *cum ergo* F. — *dicitur* BFgbP*H2*. *dicetur* S (R1 sup. *a*) Gv-ha-zR2. — *et motu* (om. *in*) F. — *est essentia* S. — *sic moveri ut esse dicentur* R12 (R1 sup. *ut* add. *ista*). 18. *nec moveri quidem* (sed *c* additum videtur a sec. m.) R1. — *et moveri* Mss.aDO P4H2M1*H2*. *et movetur* H1M2vich-b. — *ignorare potuisse nihil* F. — *coniventem* FOM1Bar.Ben. *conniventem* R2 a sec. m., c-gbB; coni. Gron. „Recte.“ Zeun. Vid. not. *conivente* L2V2 (Lond a p. m.). *connivente H*1 „membranae“ Gron. *conhibentem* PD „Ms.“ *cohibentem* (R1 sup. *vel conibente*) R2 a p. m., Gis-z*H2*M2. *convenientem* SvH2 „Ox.“ *conveniente* Tr. (Lond. a sec. m.). — *opera* O „membr.“ Gron. (L2V2) Tr. — *iussisse* F a p. m., G. *latuisse* R1 a p. m. 19.

18. *sarciens*] Hoc verbum h. l. non, ut alias, idem valet quod *ἀνασκευάζειν*, sed quod *παρασκευάζειν*, ut apud Graecos *ῥάπτειν*, apud Terentium Phorm. III, 2, 6. *suere*, apud Plautum Amphitr. I, 1, 214. et Pseudol. I, 5, 126. *consuere*.

Solum igitur .. numquam ne moveri quidem desinit] Plato Phaedr. p. 245. *μόνον δὴ*, inquit, *τὸ αὑτὸ κινοῦν, ἅτε οὐκ ἀπολεῖπον ἑαυτὸ, οὔποτε λήγει κινούμενον.* Quo referenda esse videntur verba Aristotelis Phys. VII, 5. *ἀδύνατον δὴ τὸ αὐτὸ αὑτὸ κινοῦν πάντῃ κινεῖν αὐτὸ ἑαυτό· φέροιτο γὰρ ἂν ὅλον καὶ φέροι τὴν αὐτὴν φορὰν, ἓν ὂν καὶ ἄτομον τῷ εἴδει, ἀλλοιοῖτο καὶ ἀλλοιοῖ.*

vir tantus] dicitur Aristoteles, ut cap. 16, § 15. Magni Macrobium hunc quoque philosophum aestimasse, licet sententiam eius refellere conatus sit, apparet etiam ex iis quae dicit § 2. et c. 16, § 26.

conivente sibi operam sponte lusisse] „Quia nondum concoquo, quae de verbo *cohibere* a viris summis notantur, sequor membranarum scripturam, quae dictat *conniventem*. Est quidem ibi *connivente sibi opera* et potest utcunque defendi. Attamen vox *operam* verbo *lusisse* non videtur posse deberi. Plautus Casina [II, 7, 1.] *Si nunc me suspendam, meam operam luserim.* Pseudolo [I, 3, 149.] *In pertusum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.* Sic ergo Macrobius: *in exercitio minutiarum talium coniventem sibi, operam sponte lusisse.* Hoc est indulgentem et ignoscentem sibimet ipsum. Ut faciunt maxima quaeque ingenia. M. Seneca controv. 10. de Ovidio: *Verbis minime licenter usus est, nisi in carminibus, in quibus non ignoravit vitia sua sed amavit* etc. Macrobius cap. seq. [§ 13.] *quoniam spontanea coniventia concessimus.*“ Gron. — Maximam difficultatem non attigit homo doctissimus. Nam cum praecedat: *Sed videtur mihi vir tantus nihil ignorare potuisse,* dicendum erat non *coniventem*, sed *conivens;* nempe *coniventem sibi operam* iungendum esse nemo contenderit. Quod aliis locis (vid. not. ad I, 13, 16.) cum verbo *fertur* et similibus iungitur pro nominativo accusativus cum infinitivo, id hanc constructionem non excusat cum praecedat nominativus. At si scripseris *conivente*, hac difficultate sublata oriuntur aliae paene non minores. Quaeritur, quo referendum sit hoc participium, ad *sponte* an ad *exercitio?* Ut iungatur cum *sponte*, videtur suadere locus a Gronovio allatus (c. 16, § 13.): *quoniam spontanea coniventia concessimus;* nam si-

vertat, cum quid dicitur se ipsum movere, non duo intellegenda? Sicut et cum dicitur ἑαυτὸν τιμωρούμενος, id est se puniens, non alter qui punit, alter est qui punitur, et cum se perdere se involvere se liberare quis dicitur, non necesse est unum facientem alterum subesse patientem; sed hoc solum intellectu huius elocutionis exprimitur, ut qui se punit aut qui se liberat non ab alio hoc accepisse sed ipse sibi aut intulisse aut praestitisse dicatur: sic et de αὐτοκινήτῳ cum dicitur *se ipsum movet*, ad hoc dicitur, ut aestimationem alterius moventis excludat. Quam vo- 20
lens Plato de cogitatione legentis eximere his quae praemisit expressit. *Nam quod semper*, ait, *movetur, aeternum est: quod* [181] *autem motum adfert alicui quodque ipsum movetur aliunde, quando finem habet motus, vivendi finem habeat necesse est.* Quid his 21
verbis invenietur expressius, clara significatione testantibus non

[Edd. vicahgspdzb.

quis v-gbBG. „Recte. Nam est interrogatio.“ Zeun. *qui* FSPe-zR12D OP4. — *advertant* O. — *se puniens* (sup. add. *ipsum*) R1. — *alter qui punitur* (R1 del. *est*) v-gb. „Illud *est* turbare mihi videtur sensum. Igitur vel cum ed. vet. *est* delendum esse arbitror, vel in locum eius substituendum *que*.“ Zeun. — *sed solum* (add. a sec. m. *hoc*) R2. — *sibi hoc aut H*1. — *αὐτοκινητῳ* (sup. *ου*) S. *autOKINHTO* B. *AYNTOKINHTO* O. *αὐτοκίνητον* v-g. — *extimationem* v. 20. *de cogitatione legentis plato* R2. — *movetur, ait* R1. — *alicunde* FD*H*2. — *quando habet motus finem videndi* (sup. *v*) R2. 21. *Quod* R1. — *invenitur* F (R1 sup. add. *e*) v-gbPD. „Melius.“ Zeun. — *ad hoc*

mili modo Macrobius orationem variavit scribendo § 16. *ut absolutius liqueat* et I, 20, 3. *liquidius absolvens.* At quis umquam scriptor Latinus nomen defectivum *sponte* sic iunxit cum participio? Nec minus quam sensus obstat verborum collocatio. Quas ob causas mallem iungere: *in exercitio argutiarum conivente sibi*, praesertim quum Macrobius saepe substantivis abstractis iungat verba, quae proprie ad homines tantum possint referri, ut I, 18, 3. *quae contentio sibi fingit detractans fidem* (ubi vid. not.), hoc sensu: „quum tales exerceret argutias et propterea sibi conniveret.“ Sed huius loci ratio durior est, quum verbum *lusisse* ad ipsum hominem referatur, ad quem proprie pertineant verba *conivente sibi*, et refragantur codices plerique: quapropter Macrobius pro *videtur mihi* verbum *existimo* vel simile ob oculos habuisse et scripsisse *coniventem* putandus est. Planudes difficultatem vitavit vertendo: ἀλλ' εἰς γυμνασίαν τοιούτων λεπτολογιῶν ἑκὼν πεπαιχέναι. — *Conhibens* pro *connivens* legitur etiam apud Martian. I, § 25., ubi vid. Kopp.

19. *quis non advertat*] Recepi suadente Zeunio pronomen interrogativum, licet non satis codicum auctoritate firmatum sit: nam pronomen *qui* excusare nescio.

alter qui punit alter est qui punitur] Sic, ubi duo membra sunt sententiae, saepius verbum apud Macrobium ponitur in secundo, ut paulo infra: *unum facientem, alterum subesse patientem:* id quod neglexisse videtur Zeunius, qui tamen c. 16, § 21. hanc verborum collocationem non tentavit, ubi optimi libri eam reprobant. Idem nos delegat ad Cic. Tusc. III, 27, 64. *Quid ille Terentianus ipse se poeniens, id est ἑαυτὸν τιμωρούμενος.*

ad hoc] i. e. eo consilio. Cf. Hand. Tursell. I, p. 126.

20. *expressit*] sc. sententiam suam, vel id quod volnit, quod intelligi potest ex antecedentibus.

Nam quod semper .. necesse est] Platonis verba l. c.: τὸ γὰρ ἀεικίνητον ἀθάνατον· τὸ δ' ἄλλο κινοῦν καὶ ὑπ' ἄλλου κινούμενον, παῦλαν ἔχον κινήσεως, παῦλαν ἔχει ζωῆς, Macrobius reddidit verbis Ciceronis Somn. VIII, 3., nisi quod *movetur aliunde* scripsit pro *agitatur aliunde.*

aliunde moveri quod se ipsum movet, cum animam ob hoc dicat
aeternam, quia se ipsam movet et non movetur aliunde? Ergo
se movere hoc solum significat, non ab alio moveri: nec putes,
quod idem moveat idemque moveatur, sed moveri sine alio mo-
22 vente se movere est. Aperte ergo constitit, quia non omne
quod movetur ab alio movetur. Ergo *αὐτοκίνητον* potest non
ab alio moveri: sed ne a se quidem sic movetur, ut in ipso aliud
sit quod movet aliud quod movetur: nec *ex toto* nec *pro parte*,
ut ille proponit, sed hoc solum, *se ipsum movere*, dicitur, ne ab
23 alio moveri existimetur. Sed et illa de motibus Aristotelica di-
visio, quam supra retulimus, subripienti magis apta est quam
probanti, in qua ait: *Sicut est quod movetur et non movet, ita est*
24 *quod movet et non movetur*. Constat enim, quod omne quicquid
movetur movet alia: ut dicitur aut gubernaculum navim aut na-
vis circumfusum sibi aerem vel undas movere. Quid autem est
quod non possit aliud, dum ipsum movetur, inpellere? ergo, si
verum non est ea quae moventur alia non movere, non constat
25 illud, ut aliquid quod moveat nec tamen moveatur invenias. Illa
igitur magis probanda est in decimo de legibus a Platone mo-
[182]tuum prolata divisio. *Omnis motus*, inquit, *aut et se movet et*

Mss. BFSPR12G.]
(sup. *ob*) R1. — *sese movere* G. *movere* (sup. add. *se*) R1. *se moveri* h. — *ab alio movere* h. — *est aperte.* BFGO. 22. *quia omne* (om. *non*) F. — *ab alio moveatur* Tr. — *sit aliud* R1. — *quod movetur aliud quod movet* F. — *nec ex parte* R1 a p. m., v-gbPO „libri omnes" Gron. — *sed hoc* BSR12GIO „Tr. et Ms." *sed ob hoc* FEdd.PD. — *extimetur* vl. *aestimetur* R2s-bPD. 23. *Sed et* ... (§ 27.) *non movetur* om. I. — *supra*] Cf. c. 14, § 20. — *magis est* (sup. add. *apta*) R1. — *ita est* ... *quicquid movetur. movet* (§ 24.) sup. add. R1.
24. *omne quod movetur* F (R2 a sec. m.). — *ut* Mss.DO „Ox.LTr.B." *uti* v-g. *sicut* s-h. — *navem* Edd.PGDO. 25. *in decimo*] p. 893 sqq. — *in decimo libro* „Ox." — *a* (sup. *de*) *legibus in decimo de* (sup. *a*) *platone* R1. — *prolata* om. h. — *aut et se* FP (R1 a p. m.) R2II2

21. *nec putes, quod*] Vid. not. ad I, 13, 18.

22. *constitit, quia .. movetur*] Vid. not. ad I, 6, 62. — *Constitit quod* c. coni. legitur I, 20, 30.; *constat quod* c. ind. infra § 24. et ibid. *non constat illud, ut .. invenias.* Alias iungitur accusativus cum infinitivo, ut §§ 26, 27, 30., c. 16, § 6.

sed hoc solum, se ipsum movere, dicitur] Sic scripsi cum codd. mss. plerisque. Possunt autem haec verba ita tantum intelligi, ut verba *se ipsum movere* habeantur pro appositione verborum *hoc solum*, et ut *ipsum* opponatur antecedentibus *ex toto* et *pro parte*. Praepositio *ob*, quae legitur in omnibus edd. et in nonnullis codd. mss., addita esse videtur, ut verba *ob hoc solum* referrentur ad sequentia: *ne ab alio moveri existimetur*. Sed si comparaveris § 19. *ad hoc dicitur, ut aestimationem alterius moventis excludat*, et § 21. *ob hoc dicat aeternum, quia se ipsam movet*, concedes praepositionem *ad* potius fuisse inserendam, quae quidem post *sed* facile poterat excidere.

existimetur] Obsecutus sum codicum plerorumque auctoritati, licet usu Macrobii atque in primis verbis (§ 19.) ut *aestimationem alterius moventis excludat* commendetur *aestimetur*.

23. *subripienti*] sc. alteri victoriam fictio argumentis.

24. *Constat enim quod*] Vid. not. ad § 22. et ad I, 13, 18. Infra, ubi sequitur *ut*, idem valet *constat* atque *efficitur argumentatione*.

alia, aut ab alio movetur et alia movet. Et prior ad animam, ad omnia vero corpora secundus refertur. Hi ergo duo motus et differentia separantur et societate iunguntur: commune hoc habent, quod et prior et secundus movent alia; hoc autem differunt, quod ille a se hic ab alio movetur. Ex his omnibus, 26
quae eruta de Platonicorum sensuum fecunditate collegimus, constitit non esse verum omnia quae moventur ab alio moveri: ergo nec principium motus ad deprecandam alterius moventis necessitatem stare dicetur, quia potest se ipsum, ut diximus, movere alio non movente. Enervatus est igitur syllogismus, quem prae- 27
missa varia et multiplici divisione collegerat, id est: *Anima principium motus est: principium autem motus non movetur: igitur anima non movetur.* Restat, ut, quia constitit posse aliquid per se moveri alio non movente, animam hoc esse doceatur: quod facile docebitur, si de manifestis et indubitabilibus argumenta sumamus. Homini motum aut anima praestat aut corpus aut de 28
utroque permixtio. Et quia tria sunt de quibus inquisitio ista procedit, cum neque a corpore neque a permixtione praestari hoc posse constiterit, restat, ut ab anima moveri hominem nulla dubitatio sit. Nunc de singulis ac primum de corpore loqua- 29
mur. Nullum inanimum corpus suo motu moveri manifestius est quam ut adserendum sit: nihil est autem quod, dum inmobile sit, aliud possit movere: igitur corpus hominem non movet. Videndum, ne forte animae et corporis ipsa permixtio hunc sibi 30

[Edd. vicahgspdzb. „Ms. et Ox.“ *aut se* (om. *et*) B (R1 a sec. m.). Edd.SGDO. — *motus differentia* (om. *et*) viag. 26. *Ex omnibus his* R1. — *ulterius* c-g (ch in mg. *alternis*) *H*2. „Utrumque repudiandum est.“ Zeun. Vid. not. — *dicetur stare* B. — *quia post* c. *quia post potest* hg. *qui potest* a. — *se ipsum* Mss.v-gbDO „4 Angl.“ „Sensus postulat, nempe principium motus.“ Zeun. *se ipse* s-z. 27. *est ergo* FS „4 Angl.“ *ergo est* R2. — *hoc est* s-bP. — *Anima* etc.] Cf. c. 14, § 23. — *motus autem* G. — *igitur ... movetur* add. a sec. m. R1. — *hoc esse animam* B. — *sumamus argumenta* B. 28. *ista inquisitio* R1. 29. *inanimatum* „Ta.B.“ — *quam asserendum* (sup. add. *ut*) R1. 30. *an forte* F. — *ipsa commixtio* B. *permixtio* (sup. add. *ipsa*) R1. —

25. *Omnis motus .. et alia movet*] Cf. Plat. de legg. l. X, p. 894.: *Ἔστω τοίνυν ἡ μὲν ἕτερα δυναμένη κινεῖν κίνησις, ἑαυτὴν δὲ ἀδυνατοῦσα ἀεὶ μία τις, ἡ δ' ἑαυτήν τ' ἀεὶ καὶ ἕτερα δυναμένη.*

prior ad animam] Cf. ibid. p. 895 seq. *Ὧι δὴ ψυχὴ τοὔνομα, τίς τούτου λόγος; ἔχομεν ἄλλον πλὴν τὸν νῦν δὴ ῥηθέντα, τὴν δυναμένην αὐτὴν αὑτὴν κινεῖν κίνησιν;* et quae sequuntur.

ad omnia vero corpora secundus refertur] Cf. ibid. p. 896. *Ἆρ' οὖν οὐχ ἡ δὲ ἕτερον ἐν ἄλλῳ γιγνομένη κίνησις, αὐτὸ δὲ ἐν αὑτῷ μηδέποτε παρέχουσα κινεῖσθαι μηδὲν δευτέρα, .. σώματος οὖσα ὄντως ἀψύχου μεταβολή;*

26. *ad deprecandam alterius moventis necessitatem stare*] „Haec formula eandem vim habet, quae est [§ 19.] in illa *aestimationem alterius moventis excludere. Deprecari* enim significat valde precari, et sensus loci remotis tropis paulo insolentioribus hic est: Principium motus, seu illud *αὐτοκίνητον*, alterius rei, quae moveat, vi et ope non eget.“ Zeun. — Vid. not. ad I, 5, 4.

29. *nullum inanimum corpus suo motu moveri*] Vid. not. ad c. 14, § 2.

[183]motum ministret. Sed quia constat motum corpori non inesse, si nec animae inest, ex duabus rebus motu carentibus nullus motus efficitur: sicut nec ex duabus dulcibus amaritudo nec ex duabus amaris dulcedo proveniet, nec ex gemino frigore calor aut frigus ex gemino calore nascetur: omnis enim qualitas geminata crescit, numquam ex duplicatis similibus contrarietas emergit: ergo nec ex duabus inmobilibus motus erit: hominem igitur
31 permixtio non movebit. Hinc inexpugnabilis syllogismus ex confessarum rerum indubitabili luce colligitur: *Animal movetur: motum autem animali aut anima praestat aut corpus aut ex utroque permixtio: sed neque corpus neque permixtio motum*
32 *praestat: igitur anima motum praestat.* Ex his apparet animam initium motus esse: initium autem motus tractatus superior docuit per se moveri: animam ergo *αὐτοκίνητον* esse, id est per se moveri, nulla dubitatio est.

XVI. Hic ille rursus obloquitur et alia de initiis disputatione confligit: eadem enim hic solvendo repetemus quae supra in ordinem obiecta digessimus. *Non possunt*, inquit, *eadem initiis suis esse quae inde nascuntur, et ideo animam, quae initium mo-*
[184]*tus est, non moveri, ne idem sit initium et quod de initio nasci-*
2 *tur, id est ne motus ex motu processisse videatur.* Ad haec facilis et absoluta responsio est, quia, ut principia et haec quae de principiis prodeunt in aliquo nonnumquam inter se differre fateamur, numquam tamen ita sibi possunt esse contraria, ut ad-
3 versa sibi sunt stare et moveri. Nam si albi initium nigrum vocaretur, et siccum esset humoris exordium, bonum de malo, ex

Mss. BFSPR12G.]

ministrent BR12v. — *motum constat* G. — *non esse* BPG. — *si nec anima inest* *H*2. *sine animi vi* ch in mg. — *enim* om. (add. post *qualitas*) R1. — *geminata qualitas* s–b. 31. *concessarum* *H*2. 32. *tractatus superior*] c. 14, § 18. — *anima ergo* B. — *est dubitatio* R2.

XVI. *Quem in modum reliquae Aristotelis obiectiones a Platonicis refellantur.* ch–b. 1. *Hic* (sup. add. *n*) R1. — *et alia de propositis disputatione* P. *in aliam de initiis disputationem* „membr. optima" Gron. *in aliam de initiis stipationem* „membr. media" Gron. (L2). „Lectio vulgata, quae commodum efficit sensum, tentanda non est." Zeun. — *Eadem enim* ... (§ 10.) *est quaestionis* om. I. — *colligit* „Ox." — *eadem ergo* B. — *repetimus* c–b. — *supra*] c. 14, § 24 sqq. — *in ordine* R1. — *Non possunt*] Cf. c. 14, § 24. — *nascantur* R1. — *anima* v. — *ne* sup. add. R2. 2. *facilis est et absoluta responsio nascitur* G. — *quia aut* *H*2. — *possunt sibi* s–bP. — *sunt sibi* v–h. *sint sibi* g. *sibi sint* B. 3. *Nam sic* BS (FO eraso c; R2 c add. a sec. m.) Bzn. — *nigri* h. — *humoris esset* R2. *esse humoris* F. —

XVI, 1. *ille*] i. e. Aristoteles.

alia .. disputatione confligit] Cf. Cic. p. Caes. 3, 8. *Potuisti enim leviore actione confligere.*

ideo animam .. non moveri] Transitur ab oratione recta in orationem obliquam, ut intelligendum sit ex antecedenti *inquit* verbum *dicit*.

2. *absoluta responsio*] i. e. definita vel paucis verbis concepta. Cf. Ammian. Marc. XXX, 2. *responsum absolutum et unius modi perferentes*, et Scaevola Dig. XXXIII, 1, 13. *Respondi, non posse absolute responderi, cum multa oriri possint, quae pro bono sint aestimanda.*

3. *si albi initium nigrum vocaretur*] Cf. Arist. Phys. VII, 1. εἴδει (κίνησις ἐστι) .. ἐκ τοῦ λευκοῦ εἰς τὸ μέλαν, ἢ ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ εἰς τὸ κακόν.

amaro initio dulce procederet. Sed non ita est, quia usque ad contrarietatem initia et sequentia dissidere natura non patitur, invenitur tamen inter ipsa nonnumquam talis differentia, qualis inter se origini progressionique conveniat: ut est hic quoque inter motum quo movetur anima et quo movet cetera. Non enim 4
animam Plato simpliciter *motum* dixit, sed *motum se moventem.* Inter motum ergo se moventem et motum quo movet cetera quid intersit, in aperto est: siquidem ille sine auctore est, hic aliis motus auctor est. Constitit ergo neque adeo posse initia ac de initiis procreata differre, ut contraria sibi sint, nec tamen hic moderatam differentiam defuisse: non igitur stabit principium motus, quod ille artifici conclusione collegit. His tertia, ut me- 5
minimus, successit obiectio: *uni rei contraria simul accidere non posse: et quia contraria sibi sunt movere et moveri, non posse animam se movere, ne eadem et moveatur et moveat.* Sed hoc superius adserta dissolvunt, siquidem constitit in animae motu duo non intellegenda, quod moveat et quod moveatur, quia nihil est aliud ab se moveri quam moveri alio non movente. Nulla est [185]
contrarietas, ubi quod fit unum est, quia fit non ab alio circa alium, quippe cum ipse motus animae sit essentia. Ex hoc ei, 6
ut supra retulimus, nata est occasio quarta certaminis. *Si animae essentia motus est,* inquit, *cur interdum quiescit, cum nulla alia res contrarietatem propriae admittat essentiae? Ignis, cuius essentiae calor inest, calere non desinit: et quia frigidum nivis in*

[Edd. vicahgspdzb.

et amaro S. — *consequentia* s-bP. — *et quod* (corr. in *quo*) R2.
4. *Plato*] Phaedr. p. 246. — *hic aliis motus auctor est* om. P. — *constat* s-bD. — *moderatam differentiam hic* B. — *artifici* Mss.v-gb. „Sic lege cum Mss." Gron. Vid. not. „Recte." Zeun. *artificii* h-zD.
5. *ut meminimus*] Cf. c. 14, § 25. — *accedere* vch. — *ut quia* BSR1vO. — *moveri et movere* R1. — *eadem moveatur* (sup. add. *et*) R1. — *Sed haec* H1. — *superius*] c. 15, § 6–12. — *aliud est* Edd.P. — *quam movere* h. — *est ergo contrarietas* R1s-bP. *ergo contrarietas est* (sed *ergo* videtur esse a sec. m.) R2. *ergo est contr.* O. — *quia non fit* R2.
6. *supra*] c. 14, § 26. — *quarti* dzb. — *quarta nimis* (sup. *certaminis*) B. — *motus* (om. *est*) R1. — *Ignis enim* H1. — *cuius essentia calor est* chg in mg. „Hoc malim ego. Supra [§ 5.] dixit: *Cum ipse motus ani-*

4. *motum se moventem*] Cf. c. 13, § 6 sqq.

artifici conclusione] „I, 6 [§ 47.] *artifex fabricatoris providentia*, ib. [§ 63.] *artifex natura.* Sic I Saturn. 24 [§ 18.] *artifici dissimulatione.* Male illic quoque *artificii.* II Sat. 9 [III, 13, 4.] *artifex nodus.* Aliquid etiam notavit Salmasius ad Solinum." Gron. — A Salmasio p. 417 a C. *artifex* explicatur „quae cum artificio facta est"; sed I, 6, §§ 47 et 63. *artifex* idem est ac „quae arte utitur." Cf. Cic. N. D. II, 22, 58. *Ipsius mundi natura non artificiosa solum, sed plane artifex,* et Plin. N. H. II, 65, s. 66, § 166. *quod ita formasse artifex natura credi debet,* et, quem locum Gronovius attulit, Ovid. Met. XV, 218. *Artifices natura manus admovit.*

5. *ut meminimus*] i. e. ut memoravimus. Cf. Cic. Phil. II, 36, 92. *Meministi ipse de exulibus, scis de immunitate quid dixeris,* al.

ab alio circa alium] Videtur praestare *aliud*, cum antecedat: *duo non intellegenda, quod moveat et quod moveatur.* At cf. § 12. *ut sit inter motum moventemque discretio.*

essentia eius est, non nisi semper est frigida: et anima igitur eadem ratione numquam a motu cessare deberet. Sed dicat velim,
7 quando cessare animam suspicatur? *Si movendo se*, inquit, *moveat et corpus, necesse est utique, quando non moveri corpus videmus, animam quoque intellegamus non moveri.* Contra hoc in
8 promptu est gemina defensio. Primum quia non in hoc deprehenditur motus animae, si corpus agitetur; nam et cum nulla pars corporis moveri videtur in homine, tamen ipsa cogitatio aut in quocumque animali auditus visus odoratus et similia, sed et in quiete ipsa spirare somniare, omnia haec motus animae sunt.
9 Deinde quis ipsum corpus dicat inmobile, etiam dum non videtur agitari, cum incrementa membrorum aut, si iam crescendi aetas et tempus excessit, cum saltus cordis cessationis inpatiens, cum cibi ordinata digeries naturali dispensatione inter venas et viscera sucum ministrans, cum ipsa collectio fluentorum perpetuum corporis testetur agitatum? Et anima igitur aeterno et suo motu, sed et corpus, quamdiu ab initio et causa motus anima-
10 tur, semper movetur. Hinc eidem fomes quintae ortus est quae-

Mss. BFSPR12G.]

mae sit essentia." Pont. — *in essentia cuius* (del. *cuius*) R1. — *semper frigida est* R1. *frigida semper est* R2. — *quando cessare* BGvs-bP. *quando cessare a motu* FSR1D (R2 *quandone*). *quando a motu cessare* i-gO. *quando a motu calere H*1. 7. *movendo inquit se* SR1s-b P. — *videmus* FSP (R1 a p. m.) R2D*H*12. *videamus* BEdd.GO. — *intellegimus* FD. 8. *nam etiamsi nulla* F. *nam et nulla* (sup. add. *cum*) R1. — *videatur* B (R1 a sec. m.). — *cogitatio est* Tn. — *odoratus et tactus* R1. *gustus odoratus tactus* Tn. — *et his similia* B. — *sed in* (sup. add. *et*) R2. — *sperata somniare* v. — *haec omnia* R1. — *animae motus* R2. 9. *membrorum incrementa* R2. — *cessit* cahg (chg in mg. *excessit*). *concessit* coni. Gron. Vid. not. — *collectio ipsa* R1. — *fruentorum* c in mg. — *testentur* s-b. — *Et animal igitur* B (F a p. m.) *H*1. *Anima igitur et* R2. — *externo* R2. — *agitatur*

6. *quando cessare animam suspicatur?*] Facile ex antecedentibus intelligitur *a motu*, quod in nonnullis libris Mss. ab interpolatore additum videtur.

7. *Si movendo se* etc.] Cf. c. 14, § 26. *anima autem nonnumquam a motu cessat, non enim semper corpus videmus agitari.*

8. *quia .. deprehenditur*] *Quia* ut multis aliis locis, cf. not. ad I, 6, 62., ponitur pro *quod.*

9. *quis ipsum corpus dicat inmobile*] Aristoteles et ipse non negat hos corporis motus, cf. Phys. VII, 2., VIII, 2.; de an. I, 2.

si iam crescendi aetas et tempus excessit] „Sicubi reperiretur in libris veteribus *concessit*, quod tamen mihi non contigit, sine ulla mora reponendum censerem, quippe et melius conveniens et suavius. Ovid. Met. VI, 719. *Ergo ubi concessit tempus puerile iuventae.* Virgilius Aen. VIII, 40. *Tumor omnis et irae Concessere deum.*" Gron. — Non vidit vir doctissimus multo aliam rem esse *tempus puerile concessit iuventae*, ac *iam crescendi aetas excessit*, et illud *concessere* idem potius valere ac *resedere*. Non tamen infitias eo singularem esse hunc verbi *excedendi* usum, quo eadem via ei tribuitur atque *exeundi* vel *praetereundi* verbis. Videtur autem Macrobius imitatus esse locos qualis hic est Ciceronis Parad. V, 3, 40.: *Quum cupiditatum dominatus excessit.*

quamdiu .. animatur] i. e. quamdiu vivit.

stionis. *Si anima*, inquit, *aliis causa motus est, ipsa sibi causa* [186] *motus esse non poterit, quia nihil est quod eiusdem rei et sibi et aliis causa sit.* Ego vero, licet facile possim probare plurima esse quae eiusdem rei et sibi et aliis causa sint, ne tamen studio videar omnibus quae adserit obviare, hoc verum esse concedam: quod et pro vero habitum ad adserendum motum animae non nocebit. Etenim animam initium motus et causam vocamus. 11
De causa post videbimus. Interim constat omne initium inesse rei cuius est initium: et ideo quicquid in quamcumque rem ab initio suo proficiscitur hoc in ipso initio reperitur. Sic initium caloris non potest non calere. Ignem ipsum, de quo calor in alia transit, quis neget calidum? *Sed ignis*, inquit, *non se ipse* 12
calefacit, quia natura totus est calidus. Teneo quod volebam, nam nec anima ita se movet, ut sit inter motum moventemque discretio, sed tota ita suo motu movetur, ut nihil possis separare, quod moveat. Haec de initio dicta sufficient. De causa 13
vero, quoniam spontanea coniventia concessimus, ne quid eiusdem rei et sibi et aliis causa sit, libenter adquiescimus, ne anima, quae aliis causa motus est, sibi causa motus esse videatur. His enim causa motus est, quae non moverentur nisi ipsa

[Edd. vicabgspdab.

(sup. *anim.*) R2. 10. *inquit*] Cf. c. 14, § 27. — *aliis inquit* F. — *causa est motus* Edd.P. — *potest* R2. — *eiusdem* (om. *rei*) R1. — *rei sibi* (om. *et*) v1. — *nec tamen* R1. — *videar a studio* B. — *quae adfert* *H*1. 11. *post*] § 13. — *post docebimus* Tr. — *inesse ... initium* add. in mg. a sec. m. F. — *non potest calere* (sup. add. *non*) R2.
12. *inquit*] Cf. c. 14, § 26. — *calidus est* F. — *motum moventemque* Edd. PGIO. *motum et moventem* B. *motumque moventem* R1. *motam moventemque* FSR2D; sed cf. § 21. — *ita tota* s-bPR1. — *a se movetur* (om. *suo motu*) F. — *sufficiant* R1 a sec. m., *H*2Tr. 13. *concessimus*] Cf. § 10. — *coniventia* SR12O. *conniventia* c-bBP. *cohibentia* G*H*2. *conhibentia* D. *convenientia* v. *consensione* F. — *ac sibi* BSR1 (R2 del. *ac*) v-gGIO. *etiam sibi* s-bPD. *videatur sibi causa motus esse* F. — *moventur* (sup. *re*) F. — *ni ipsa* v.

10. *Hinc ei fomes quintae ortus est quaestionis*] i. e. hinc elicita est quinta quaestio. *Fomes* vi translata legitur etiam I, 9, 8. et Sat. II, 8, 4.

studio] i. e. cupide, ut apud Cic. p. Rosc. Am. 32, 91. *ut omnes intelligant me non studio accusare sed officio defendere.*

11. *post videbimus. Interim*] Est dicendi formula in Senecae epistolis frequens, nisi quod hic dicere solet *postea*. Conf. ep. 14, § 13.; 83, 17.; 87, 1.; 94, 49 et 52.; 109, 16.; 110, 2.; 113, 20. Sat. I, 24, 5. legitur *post videbimus*, nunc.

omne initium inesse rei cuius est initium] Potius dicendum fuisse videtur: *in omni initio inesse rem.* Cf. quae sequuntur: *hoc in ipso initio reperitur*, et: *Sic initium caloris non potest non calere*, pro quibus poterat dicere: „Sic in initio caloris non potest non inesse calor.“

13. *spontanea coniventia*] Vid. not. ad c. 15, § 18.

libenter adquiescimus, ne anima, quae aliis causa motus est, sibi causa motus esse videatur] Particulam *ac*, quae legitur in plerisque codd. mss., defendere nescio. Nam si ita distinxeris: *quae aliis causa motus est ac sibi*, sensum omnino perturbabis, nisi iteraveris pronomen *sibi*. Idcirco eam eieci, ut additam ab eo qui sensu non satis perspecto illa ipsa ratione haec verba putaret esse iungenda. Verba *concessimus ne quid eiusdem rei et sibi et aliis causa sit*, videntur

praestaret: illa vero ut moveatur non sibi ipsa largitur, sed es-
14 sentiae suae est quod movetur. Ex hoc quaestio quae sequitur
iam soluta est. Tunc enim forte concedam, ut ad motus exerci-
[187] tium instrumenta quaerantur, quando aliud est quod movet
aliud quod movetur. In anima vero hoc nec scurrilis iocus sine
damno verecundiae audebit expetere, cuius motus est in essen-
tia: cum ignis, licet ex causa intra se latente moveatur, nullis
tamen instrumentis ad superna conscendat, multoque minus haec
15 in anima quaerenda sint, cuius motus essentia sua est. In his
etiam quae secuntur vir tantus et alias ultra ceteros serius si-
milis cavillanti est. *Si movetur*, inquit, *anima, inter ceteros mo-
tus etiam de loco in locum movetur: ergo modo*, ait, *corpus egre-
ditur, modo rursus ingreditur, et in hoc exercitio saepe versatur,*
16 *quod fieri non videmus: non igitur movetur.* Contra hoc nullus
est qui non sine haesitatione respondeat non omnia quae mo-
ventur etiam de loco in locum moveri. Aptius denique in eum
similis interrogatio retorquenda est. Moveri arbores dicis?
Quod cum, ut opinor, annuerit, pari dicacitate ferietur: *Si mo-
ventur arbores, sine dubio, ut tu dicere soles, inter alios motus
etiam de loco in locum moventur: hoc autem videmus per se eas*
17 *facere non posse: igitur arbores non moventur.* Sed ut hunc syl-
logismum additamento serium facere possimus, postquam dixeri-

Mss. BFSPR12G.]

14. *Ex hoc ... movetur* om. I. — *quae sequitur*] c. 14, § 28. — *quae nascitur* v. — *iam soluta est* BFSR12GDO*H*12. „Repono ex membranis vestratibus pariter et nostratibus.“ Posthio archiatro Wirzeburgensi scribit Mod. ep. 20, p. 92. „Cui quia accedunt membranae nostrae, libenter assentire possum, quamvis vulgatum defendatur I, 20 [3.] *obscuritatem absolvens*, II, 8 [8.] *pro absolvenda hac quaestione*, Sat. I, 6 [15.] *qui ambiguitatem absolverat.*“ Gron. *absoluta est* (om. *iam*) Edd.P. — *vero nec* (om. *hoc*) R1. — *iracundiae* v. — *cuius est motus* B. — *latente* om. F. — *querenda sunt* Edd.P. — *essentia est* (om. *sua*) B (R1 del. *sua*). *est in essencia sua* H2. 15. *quae secuntur*] c. 14, § 29. — *et talis ac* (sup. *alias*) F. — *gravis* (sup. *serius*) F. *saevus* v. *serius ac lenius H*2. — *cavillanti similis* B. — *Si movetur* ... (§ 20.) *veniamus* om. I. — *corpus ait* F. — *semper versatur* FD*H*1 Bodl. — *non igitur anima movetur* v-g. 16. *retorquenda* (om. *est*) ch. *requirenda est* via, quod emendavit Modius ep. 20, p. 92. — *moveri arbores*] Cf. c. 14, § 10. — *dices* B. — *opiner* (om. *ut*) F. — *soles* add. a sec. m. R1. — *motus inter alios* R2. — *per se ipsas* v-g. 17. *in adflagitare*, ut aut *etiam* aut *et* scribatur. Hoc posterius eo commendatur, quod ab eo qui coniungeret *aliis* — *et* facile poterat mutari in *ac*, sed codicum mss. auctoritate caret omnino: *etiam*, si modo legitur in codd. mss., nam non nisi tacite duos invenies consentientes, interpolatori deberi existimo. Ceterum et hoc loco et in iis quae antecedunt, *concessimus, ne .. causa sit*, ponitur *ne* pro *ut non*, vel pro accusativo cum infinitivo, qui legitur § 10. post *concedendi* verbum. Vid. not. ad I, 17, 8., et infra § 19.

De hoc verbi *adquiescendi* usu cf. c. 14, § 2.

essentiae suae] i. e. suae ipsius. Cf. § 14. *cuius motus essentia sua est.*

14. *sine damno verecundiae*] i. e. quia is qui expetat, parum verecundus esse videatur.

15. *vir tantus*] Vid. not. ad c. 15, § 18.

alias] Cf. Sat. V, 19, 2. *vir alias doctissimus.*

16. *pari dicacitate*] Haec respondent voci *cavillanti*, § 15. Cf. Sat. I, 7, 2. *erat enim amarulenta di-*

mus, *ergo arbores non moventur*, adiciemus. *Sed moventur arbores: non igitur omnia quae moventur etiam de loco in locum moventur.* Et ita finis in exitum sanae conclusionis evadet: *Si ergo arbores fatebimur moveri quidem, sed apto sibi motu, cur hoc animae negemus, ut motu essentiae suae conveniente moveatur?*
Haec et alia valide dicerentur, etiamsi hoc motus genere moveri 18
anima non posset: cum vero et corpus animet accessu et a [188]
corpore certa constituti temporis lege discedat, quis eam neget
etiam in locum, ut ita dicam, moveri? Quod autem non saepe 19
sub uno tempore accessum variat et recessum, facit hoc dispositio archana et consulta naturae, quae ad animalis vitam certis vinculis continendam tantum animae iniecit corporis amorem, ut amet ultro quo devincta est, raroque contingat, ne finita quoque
lege temporis sui maerens et invita discedat. Hac quoque ob- 20
iectione, ut arbitror, dissoluta ad eas interrogationes quibus nos videtur urguere veniamus. *Si movet*, inquit, *se anima*, *aliquo*

[Edd. vicahgepdzb.

*ditamento H*1. — *evadit* a-z. „Ed. vet. *evadet.* Recte; nam praecedit *adiiciemus.*" Zeun. — *moveri quidem*, *sed apto quidem* B. — *commonente natura moveatur H*1. 18. *valde* dz. „*valide* libb. vett." Gron. ad c. 12, § 14. „Repone *valide*, quod et ed. vet. et Macrobii consuetudo iubet." Zeun. — *vero corpus* (om. *et*) B. *corpus vero* F. — *constituta* G. 19. *sub uno tempore non saepe* R2. — *facit* (om. *hoc*) G. *facit in hoc* h. — *terminandam* (sup. *continendam*) R1. — *iniecit amorem corporis* R2. — *quo devincta* scripsi e coni. Vid. not. *quod vincta est* PD*H*2Bᴇɴ. Mod. l. c. *quod iuncta est* BFSR1 (R2 sup. *vel vincta*) v-p1GO. *cui devincta est* hg in mg. *quo vincta est* p2-b. *cui iuncta est* coni. Zeun. Vid. not. — *racioque H*2. — *ne infinita H*2. 20. *ut arbitror obiectione* R2G. — *inquit*] Cf. c. 14, §§ 30-35. — *se incacitate*, et Comm. I, 2, 3. *amarius cavillatus est.*

17. *ut .. facere possimus*] Dicendum erat aut *ut faciamus*, aut *facere possumus*.

19. *ut amet ultro quo devincta est*] „Omnino legerim *quo vincta est.* Amat, inquit, corpus anima; et eo licet carcere veluti quodam teneatur, arcano nihilominus naturae consulto, amat tamen. In Lugdunensi erat *cui devincta est.* Quod suffragatur. Et ipse Macrob. lib. I, cap. 11 [§ 3.] *Nam ut constet animal*, *necesse est in corpore anima vinciatur.* Et nunc [in ed. 2.], quia ita quoque habeat membranae Modianae, in textum recepimus." Pᴏɴᴛ. — „Edit. vet. *quod iuncta.* Vitiose. Veruntamen, cum ed. Lugd. habeat *cui devincta est*, forte legendum est *cui iuncta est.* Nam repetitio τοῦ *vinciri*, cum ante *vinculis* positum sit, videtur abhorrere a studio commutate dicendi, cui rei magnam operam dedisse Macrobium constat." Zᴇᴜɴ. — Mihi ex iis quae in libris mss. inveni, eliciendum esse videbatur *quo devincta est*, i. e. vincula sua. Tale quid, quod exprimat rem odio dignam, a Macrobio scriptum esse indicant verba *amet ultro.* Cf. Terent. Eun. IV, 7, 43. *Nolunt ubi velis*, *ubi nolis cupiunt ultro*, et Horat. Carm. IV, 4, 51 seq. *Sectamur ultro quos opimus Fallere et effugere est triumphus.* Repetitionem sine causa aversari Zeunium docent verba: *amorem*, *ut amet ultro*, *devinciendi* autem verbum commendatur hisce exemplis: Cic. de fat. 9, 20. *ii mentem hominis voluntate libera spoliatam necessitate fati devinciunt*, et Brut. 12, 45. *in impeditis ac regum dominatione devinctis*, et Terent. Heaut. I, 2, 34. *verum animus ubi semel se cupiditate devinxit mala.*

contingat, *ne .. discedat*] Cf. sup. § 13. et vid. not. ad I, 17, 8.

finita quoque lege temporis sui] i. e. finito tempore legitimo.

motus genere se movet. Dicendumne est igitur animam se in locum movere? Ergo ille locus aut orbis aut linea est. An se pariendo seu consumendo movetur? Sene auget an minuit? Aut proferatur, ait, *in medium aliud genus motus quo eam dicamus*
21 *moveri.* Sed omnis haec interrogationum molesta congeries ex una eademque defluit male conceptae definitionis astutia. Nam quia semel sibi proposuit omne quod movetur ab alio moveri, omnia haec motuum genera in anima quaerit in quibus aliud est quod movet, aliud quod movetur, cum nihil horum cadere in animam possit, in qua nulla discretio est moventis et moti.
22 *Quis est igitur*, dicit aliquis, *aut unde intellegitur animae motus, si horum nullus est?* Sciet hoc quisquis nosse desiderat vel Platone dicente vel Tullio: *quin etiam ceteris quae moventur hic fons*
23 *hoc principium est movendi.* Quanta sit autem vocabuli huius
[189]expressio, quo anima *fons motus* vocatur, facile repperies, si rei invisibilis motum sine auctore atque ideo sine initio ac sine fine prodeuntem et cetera moventem mente concipias: cui nihil similius de visibilibus quam fons potuerit repperiri, qui ita principium est aquae, ut cum de se fluvios et lacus procreet, a nullo nasci ipse dicatur: nam si ab alio nasceretur, non esset ipse
24 principium. Et sicut fons non semper facile deprehenditur, ab ipso tamen qui funduntur, aut Nilus est aut Eridanus aut Hister aut Tanais, et ut illorum rapacitatem videndo ammirans et intra

Mss. BFSPR12G.]
quit F. — *se genere* R1. — *in locum se* R2. — *locus ille* F. — *an separando* v3. *an reparando* H2. — *vel consumendo* F. — *aut minuit* Sc-b DIO. — *in medium ait* Bv-g. *in medium* (om. *ait*) R1. — *motus genus* R2Edd.PGO. — *moveri dicamus* F. 21. *definitionis* SEdd.P. *diffinitionis* BFR12GDO. — *semel* om. P. — *motuum haec* R1. — *est aliud quod movet, aliud* SI. *aliud quod movet, aliud est* cahs-z. — *in animam cadere* Bs-bP. 22. *dicet* Edd.PI. — *aliquid* B. — *Platone*] de legg. X, p. 895, Phaedr. p. 245 Steph. — *Tullio*] Somn. VIII, 3. — *hic fons* (sup. add. *est*) R1. 23. *autem sit* „2 Ox.“ „*Quanta sit autem* legitur in omnibus quas vidi editionibus. At in membrana utraque *iam* pro *autem*. Quod notandum, quia placuit ea vocula veteribus in connectendo. Cf. Iustin. VI, 8 [§ 9.]; XLI, 5 [§ 6.]; V, 4 [§ 4.], ubi habetur *iam multis* etc. in Mss. Bongarsianis et Lugdunensi.“ Gron. *sit iam* OL2. — *mente capias* „Ms.“ — *poterit* FS (R1 sup. add. u) R2DI O. — *inveniri* F. — *principium esse* B. — *procreet et lacus* F. — *esset principium* (om. *ipse*) P. *esset ipsum principium* v. 24. *Etsi est fons* P4. — *facile semper* R1v-g. — *aut nullus est* R1. — *hister* BFSD IO. *hyster* R12. *Ister* Edd.PG. — *rapacitatem* BFR1v (ch in mg.) s-z DH12 (P4 a p. m.) M12. *rapiditatem* SR2i-gbPGIO (P4 a sec. m.) P6

20. *aliquo motus genere*] De generibus motus, quae h. l. commemorantur, vid. not. ad c. 14, § 30.
se in locum movere] Supra c. 14, §§ 30, 31, 33. dicitur *in loco*, sed ibid. § 29. *de loco et in locum*.
21. *male conceptae definitionis astutia*] qua scilicet Platonis de anima sententiam studeret evertere. Cf. Cic. de off. III, 17, 71.: *Quocirca astutiae tollendae sunt, eaque malitia quae vult illa quidem videri se esse prudentiam, sed abest ab ea distatque plurimum.*
in qua nulla discretio est etc.] Cf. § 5. et c. 15, § 6 sqq.
23. *Quanta sit .. expressio*] i. e. quae sit vis.
24. *qui funduntur*] sc. omnes facile deprehenduntur.
illorum rapacitatem] „Mss. *rapiditatem*; utrumque bonum et quod innumeris apud poetas exemplis adstrui facile est. Sed ultimum,

te tantarum aquarum originem requirens cogitatione recurris ad fontem et hunc omnem motum intellegis de primo scaturiginis manare principio: ita cum corporum motum, seu divina seu terrena sint, considerando quaerere forte auctorem velis, mens tua ad animam quasi ad fontem recurrat, cuius motum etiam sine corporis ministerio testantur cogitationes gaudia spes timores.
Nam motus eius est boni malique discretio, virtutum amor, cu- 25
pido vitiorum, ex quibus effluunt omnes inde nascentium rerum meatus: motus eius est quicquid irascimur et in fervorem mutuae collisionis armamur, unde paulatim procedens rabies fluctuat praeliorum: motus eius est quod in desideria rapimur, quod cupiditatibus alligamur: sed hi motus si ratione gubernentur, proveniunt salutares, si destituantur, in praeceps et rapiuntur et rapiunt. Didicisti motus animae quos modo sine ministerio cor- 26
poris modo per corpus exerceat. Si vero ipsius mundanae ani- [190]
mae motus requires, caelestem volubilitatem et sphaerarum subiacentium rapidos impetus intuere, ortum occasumve solis, cursus siderum vel recursus, quae omnia anima movente proveniunt: inmobilem vero eam dicere, quae movet omnia, Aristoteli non

[Edd. vicabgepdzb. H2 „Mss." Gron. Vid. not. — *intra* (om. *te*) F. *intra se* P16. — *primo* om. B. — *corporum motus* FchDP6. — *forte* om. PR1. 25. *eius boni* (om. *est*) R1P6. — *motus eius ... rapiunt* om. f. — *motus est* (om. *eius*) FP6. *motus enim eius est* Edd.P. — *in cupiditatibus* F. — *agitamur* „Ms." — *in praeceps rapiuntur* (om. *et*) B. 26. *subiacentium sphaerarum* R2. — *rapides cursus* H1. — *omnia* (om. *quae*) B. —

quia id agnoscunt libri antiqui, praeferendum censeo. Quintilianus Inst. VI, 2 [6.] *Aestu fertur et velut rapido flumini obsequitur.*" Gron. — „Recte. Sic [§ 26.] *sphaerarum rapidi impetus occurrunt.*" Zeun. — Apud prosae orationis scriptores nonnisi *rapiditas fluminis* invenitur; cf. Caes. B. G. IV, 17, 2.; B. C. I, 62, 2.; Frontin. Strateg. I, 6, 2.; apud poetas autem nomen quidem substantivum, *rapacitas*, quod sciam, nusquam hac vi usurpatum legitur, sed fluvii vel amnes dicuntur saepius *rapaces*, ut Lucret. I, 18., V, 342.; Virgil. Georg. III, 142.; quamobrem apud Macrobium vox rarior videtur esse praeferenda, praesertim cum non tam celeritas quam vis aquarum respiciatur.

videndo .. considerando] Vid. not. ad I, 9, 5.

scaturiginis] Freundius hanc vocem plurali tantum numero commemorat, sed in exemplaribus certe vulgaribus, id quod Schellerus attulit, legitur apud Colum. III, 3, § 8. *scaturigo palustris.*

gaudia .. timores] Aurea Latinitatis aetate non nisi poetis usitatus est in his vocabulis numerus pluralis. Sed facile patet non temere eo usum esse Macrobium, ut varios atque singulos animae significaret affectus. Ceterum cf. Aristot. de an. I, 4. *εὐλογώτερον δὲ ἀπορήσειεν ἄν τις περὶ αὐτῆς ὡς κινουμένης εἰς τὰ τοιαῦτα ἀποβλέψας· φαμὲν γὰρ τὴν ψυχὴν λυπεῖσθαι χαίρειν θαῤῥεῖν φοβεῖσθαι, ἔτι δὲ ὀργίζεσθαί τε καὶ αἰσθάνεσθαι καὶ διανοεῖσθαι· ταῦτα δὲ πάντα κινήσεις εἶναι δοκοῦσιν. ὅθεν οἰηθείη τις ἂν αὐτὴν κινεῖσθαι.*

25. *quicquid*] idem fere est quod *quotiescumque*. Est accusativus ille Graecus, quem vocant. Simili loco (I, 10, 11.) modo accusativus obiecti modo nominativus est.

caelestem volubilitatem] Cf. I, 18, §§ 8 et 16. *mundana volubilitas.*

convenit, qui quantus in aliis sit probatum est, sed illi tantum, quem vis naturae, quem ratio manifesta non moveat.

XVII. Edocto igitur atque adserto animae motu Africanus, qualiter exercitio eius utendum sit, in haec verba mandat et
2 praecipit: *Hanc tu exerce optumis in rebus: sunt autem optumae curae de salute patriae, quibus agitatus et exercitatus animus velocius in hanc sedem et domum suam pervolabit: idque ocius faciet, si iam tum, cum erit inclusus in corpore, eminebit foras et ea quae extra erunt contemplans quam maxime se a corpore abstrahet.*
3 *Namque eorum animi qui se corporis voluptatibus dediderunt earumque se quasi ministros praebuerunt inpulsuque lubidinum voluptatibus obedientium deorum et hominum iura violaverunt, cor-* [191] *poribus elapsi circum terram ipsam volutantur, nec hunc in lo-*
4 *cum nisi multis exagitati seculis revertuntur.* In superiore huius operis parte diximus alias otiosas alias negotiosas esse virtutes, et illas philosophis has rerum publicarum rectoribus convenire, utrasque tamen exercentem facere beatum. Hae virtutes interdum dividuntur, nonnumquam vero miscentur, cum utrarumque
5 capax et natura et institutione animus invenitur. Nam si quis ab omni quidem doctrina habeatur alienus, in re publica tamen et prudens et temperatus et fortis et iustus sit, hic a feriatis remotus eminet tamen actualium vigore virtutum, quibus nihilo-
6 minus caelum cedit in praemium. Si quis vero insita quiete na-

Mss. BFSPR12G.]

fit h. — *probatum est*] Cf. c. 15, § 18. — *naturacque miratio* G. — *manifeste* BGchD.

XVII. *Caput XVII. Scipionem ab avo suo Africano tam ad otiosas quam ad* (*ad* om. chg) *negotiosas virtutes incitatum fuisse: tum de tribus philosophiae partibus, quarum nullam Cicero intactam praeterierit.* ch-b.

1. *Edocto* (om. *igitur*) B. — *et praecipit dicens* P „Me."
2. *in optimis rebus* B. — *de salute patriae usque nec in locum* (§ 3 om. interiectis Ciceronis verbis) F. — *de quibus* G. — *exercitus* g. — *vel otius* B. — *si et iam tunc* BR2. *suam tum* R1. — *extrahet* BI.
3. *animi* om. v. — *voluptatibus corporis* s-bP. — *dederunt* vDI (O a p. m.). — *praebuere* vchg. — *libidinis* (sup. *um*) R2. — *et omnium* B. — *violavere* vichg. — *hunc* om. FR1. — *exagitati seculis* BaI. *exagitati seclis* FS (R1 *scl'is*) R2. *agitati seculis* vich-b. *agitati seclis* O. *seclis agitati* G. *seculis exactis* P. *seculis* (om. *exagitati*) D*H*2.
4. *diximus*] I, 8, § 12. — *et illas virtutes* F. 5. *temperans* B.

26. *Aristoteli non convenit*] Cf. I, 5, 1. *si Scipioni convenerit talia somniare.* Cicero dicit *res convenit in aliquem.* Cf. Phil. IX, 4, 8. *Quid enim minus in hunc ordinem convenit?* in Verr. II, 1, 49, 128. *quae vitia videntur in quemvis potius quam in istum convenire.* Potuerit quis dicere nihil facere ad nostrum locum, illos in quibus non infinitivus verbo convenit iungatur sed nomen substantivum. At sic quoque Macrobius addidit dativum c. 17, § 4. *has rerum publicarum rectoribus convenire.*

illi tantum] Videtur significare Epicurum eiusque sectam. Cf. I, 2, 3.

XVII, 5. *hic a feriatis remotus eminet tamen actualiam vigore virtutum*] *Feriatae* virtutes eaedem sunt, quae suprà § 4. dicuntur *otiosae; actuales* quae ibi dicuntur *negotiosae.*

turae non sit aptus ad agendum, sed solum optima conscientiae dote erectus ad supera doctrinae supellectilem ad exercitium divinae disputationis expendat, sectator caelestium, devius caducorum, is quoque ad caeli verticem otiosis virtutibus subvehetur. Saepe tamen evenit, ut idem pectus et agendi et disputandi per- 7
fectione sublime sit, et caelum utroque adipiscatur exercitio virtutum. Romulus nobis in primo genere ponatur, cuius vita 8
virtutes numquam deseruit, semper exercuit: in secundo Pythagoras, qui agendi nescius fuit artifex disserendi et solas doctrinae et conscientiae virtutes secutus est: sit in tertio ac mixto genere apud Graecos Lycurgus et Solon, inter Romanos Numa Catones ambo multique alii qui et philosophiam hauserunt altius et firmamentum rei publicae praestiterunt; soli enim sapientiae otio deditos ut abunde Graecia tulit ita Roma nescivit. Quoniam 9
igitur Africanus noster, quem modo avus praeceptor instituit, ex [192] illo genere est quod et de doctrina vivendi regulam mutuatur et statum publicum virtutibus fulcit, ideo ei perfectionis geminae

[Edd. vicahgspdzb.

6. *insita virtute* (sup. *v* add. *q*) B. — *opima H2.* — *ereptus* via (g in mg.); Modius ep. 20, p. 93. restituit *erectus.* — *ad superna* FDI „lectio scripta" Mod. l. c. „membranae" Pont. „Ox." — *disputationis divinae* R2. — *caducorum devius* F. *de huius caducorum* B. — *subvehetur* BS R12viagGDIO*H*12 „4 Ox." *subvehitur* Fch-bP. 7. *idem aptus* F. — *perfectione sublimis* F. *sublime perfectione* B. — *utraque adipiscatur exercitatio* R1. 8. *cuius virtutes* (sup. add. *vita*) R1. — *numquam* sup. add. ante *virtutes* F. — *deserit* (sup. add. *u*) R1. *disseruit* G. — *semper* (sup. add. *sed*) F. — *secutus est virtutes* R2. — *sint* Edd.PR1. *sic* D. — *admixto* B. — *auxerunt* (F corr. in *haus.*) *H*1. — *otio sapientiae* R1. *sapientiae* (add. a sec. m. *otio*) F. *sapientia otio* F. *sapienti otio* „membranae" Mod. l. c. — *deditos. ut abunde deditos* F. — *nescivit* Mss.DIO*H*2 „membranae" Mod. l. c. *non nescivit* Edd. Vid. not. 9. *quem ad modum* (sup. *modo*) F. — *mutatur* R1. — *ideo*

6. *optima conscientiae dote erectus ad supera*] Cf. I, 8, 8. *qui decrevit se a corporis cogitatione purgare et quadam humanorum fuga solis se inserere divinis.* — *Conscientia* h. l. refertur ad animi indolem, cf. § 8. De alio huius substantivi et adiectivi *conscius* usu vid. not. ad Sat. I, 9, 8.

devius caducorum] Cf. I, 8, 8. *quadam humanorum fuga.* Huius constructionis poeticae haec afferuntur exempla: Sil. I, 57. *Exsuperans astu, sed devius aequi,* VIII, 318. *pectora devia recti,* et Mart. Capell. III, § 222. *devius promissi es.* Similiter Macrobius I, 18, 2. dixit *literarum profanis.*

subvehetur] Qui scripserunt *subvehitur*, ii propter antecedens verbum *cedit* (§ 5.) hoc fecisse videntur. At temporum dissensio neminem offendet, qui quidem consideraverit alterum verbum ad virtutes, alterum ad ipsum hominem referri.

8. *conscientiae*] Vid. not. ad § 6.

multique alii] „Talis ille apud Tacitum [Hist. IV, 5.) Priscus: *Helvidius Priscus*, inquit, *ingenium inlustre altioribus studiis iuvenis admodum dedit: non ut plerique, ut nomine segne otium velaret, sed quo firmior adversus fortuita rem publicam capesseret* etc." Pont. — Omnes fere, qui h. l. nominantur cum aliis nonnullis commemorat Cicero de orat. III, 15, 56.

ita Roma nescivit] „Nos receptam lectionem [*non nescivit*] non mutavimus: et placet ea ob praecedentia, ubi inter Romanos memorantur Numa, Catones ambo, multique alii qui et philosophiam hauserunt altius et firmamentum rei publicae praebuerunt." Pont. — At de illis iam non est sermo, sed de iis qui *soli sapientiae otio dediti* fu-

10 praecepta mandantur. Sed ut in castris locato ac sudanti sub armis primum virtutes politicae suggeruntur his verbis: *Sunt autem optumae curae de salute patriae, quibus agitatus et exercitatus*
11 *animus velocius in hanc sedem et domum suam pervolabit.* Deinde quasi non minus docto quam forti viro philosophis apta subduntur, cum dicitur: *idque ocius faciet, si iam tunc, cum erit inclusus in corpore, eminebit foras et ea quae extra erunt contem-*
12 *plans quam maxime se a corpore abstrahet.* Haec enim illius sunt praecepta doctrinae quae illam dicit mortem philosophantibus appetendam ex qua fit ut adhuc in corpore positi corpus ut alienam sarcinam, in quantum patitur natura, despiciant: et facile nunc atque oportune virtutes suadet, postquam quanta et
13 quam divina praemia virtutibus debeantur edixit. Sed quia inter leges quoque illa inperfecta dicitur in qua nulla deviantibus poena sancitur, ideo in conclusione operis poenam sancit extra haec praecepta viventibus, quem locum Er ille Platonicus copiosius executus est secula infinita dinumerans, quibus nocentum animae in easdem poenas saepe revolutae sero de tartaris permittuntur emergere, et ad naturae suae principia, quod est cae-
14 lum, tandem impetrata purgatione remeare. Necesse est enim
[193] omnem animam ad originis suae sedem reverti: sed quae corpus tamquam peregrinae incolunt, cito post corpus velut ad patriam revertuntur: quae vero corporum illecebris ut suis sedibus

Mss. BFSPR12G.]

et (om. *ei*) v. — *geminae mandata iubentur* F. 10. *et sudanti* Edd.P. — *primum virtutes* om. B. — *provolabit* h-zFS. 11. *Dehinc non* (om. *quasi*) F. — *non quasi non* B. — *tunc* Mss. et Edd. *tum* § 1. et Somn. l. c. — *extrahet* F. 12. *sunt illius praecepta doctrinae* B. *illius praec. sunt doctr.* G. *illius praec. doctr. sunt* R1. — *ex qua fit* (sup. add. *ut*) R1. *ut* (sup. add. *ex qua fit*) R2. — *ad alienam* *H*1. — *in quantum* (sup. add. *idem*) R1. — *oportuneque* P „Ms." 13. *quoque* om. F. — *Ermagoras* vl. *Hermagoras* v3-g. — *executus est*] Plat. de rep. X, p. 615 Steph. — *denumerans* R1. — *nocentium* BFD*H*2. — *permittuntur emergere* R1GDO. *permittunt emergere* B. *dimittuntur emergere* F. *emergere permittuntur* SEdd.PR2. — *remeare purgatione* B. 14. *Necesse est* (om. *enim*) B. — *tan-*

erint: quibus Romam caruisse nemo negaverit.

12. *ex qua fit*] Haec verba non, ut fortasse quis putaverit, ad *illius .. doctrinae*, sed ad verba *illam .. mortem* referenda sunt, in quibus alioqui pronomen *illam* non habent quo referatur. De re conf. I, 13, 5 sqq.

et facile nunc .. virtutes suadet] Subiectum non est *doctrina* sed *avus praeceptor* (cf. § 9.) vel *Africanus* (cf. § 1.) vel, ut legitur c. 12, § 2., *Tullianus Scipio*. Vid. not. ad I, 20, 8. Haec ratio commendatur sequentibus *postquam .. edixit* (§ 13.) *ideo in conclusione operis poenam sancit* etc.

13. *deviantibus*] Cf. Sat. V, 15, 1. *in nonnullis paululum a gravitate Homerica deviavit.* Absolute, ut h. l., ponitur hoc verbum ab Ausonio Profess. v. 37. *errore deviantis filiae.*

extra haec praecepta viventibus] „Petronius [c. 125.]: *Dii deaeque, quam male est extra legem viventibus.*" PONT.

Er] Cf. I, 1, 9.

animae .. permittuntur] Graecorum, ut saepius, usum admisit Macrobius.

quod est caelum] Vid not. ad c. I, 20, 8.

14. *Necesse est enim*] Cf. praeter Platonem l. c. supra lib. I, c. 11. et c. 13, § 9 sqq.

post corpus] Vid. not. ad I, 1, 7.

inhaerent, quanto ab illis violentius separantur, tanto ad supera serius revertuntur.

Sed iam finem somnio cohibita disputatione faciamus hoc 15
adiecto quod conclusionem decebit: quia, cum sint totius philosophiae tres partes, moralis naturalis et rationalis, et sit moralis quae docet morum elimatam perfectionem, naturalis quae de divinis corporibus disputat, rationalis, cum de incorporeis sermo est quae mens sola complectitur, nullam de tribus Tullius in hoc somnio praetermisit. Nam illa ad virtutes amoremque patriae 16
et ad contemptum gloriae adhortatio quid aliud continet nisi ethicae philosophiae instituta moralia? cum vero vel de sphaerarum modo vel de novitate sive magnitudine siderum deque principatu solis et circis caelestibus cingulisque terrestribus et oceani situ loquitur et harmoniae superum pandit archanum, physicae secreta commemorat: at cum de motu et inmortalitate animae disputat, cui nihil constat inesse corporeum cuiusque essentiam nullus sensus sed sola ratio deprehendit, illic ad altitudinem philosophiae rationalis ascendit. Vere igitur pronuntian- 17
dum est: nihil hoc opere perfectius, quo universa philosophiae continetur integritas.

[Edd. vicahgspdzb.

tum F. 15. *Sed finem* (sup. add. *iam*) R1. — *somno* F. — *concessionem* H2. — *vel rationalis* F. — *perfectionem elimatam* R1. — *incorporeis* Mss. (R1 *incorpereis*, sup. *incorporalibus*) v-gbDIO „Ms. et 4 Angl.“ „Quod est elegantius.“ Zeun. Cf. Sat. VII, 15, 14. *incorporalibus* s-z. 16. *Nam illam* G — *exhortatio* „Ms.“ — *vel magnitudine* G. — *secreta* Mss.v-gbDIO „libri omnes“ Gron. Vid. not. *decreta* s-z. — *nullus sensus* BFSDIO. *nullius sensus* Edd.PR12G. — *comprehendit* (sup. *dat*) F. — *rationalis* om. s-z „Supple ex Mss. et antiquis edd. *philosophiae rationalis*, quem tertium philosophandi modum dixit, isque hic desideratur.“ Gron. „Rectissime vidit Gronovius addendum esse *rationalis*.“ Zeun. — *rationalis philosophiae fastigia comprehendit* R2. 17. *universae* P6.

15. *hoc adiecto .. quia*] Vid. not. ad I, 6, 62.

morum elimatam perfectionem] Cf. I, 12, 17. *ubi meruerit contagione vitiorum penitus elimata purgari*, et Act. Soc. Gr. Lips. I, p 33 A.

16. *illa ad virtutes amoremque patriae .. adhortatio*] Cf. Somn. II, III, VII, 5., IX, 2. *ad contemptum gloriae*] VI sq. *de sphaer. modo*] IV sq. *de novitate siderum*] III, 7. *de princ. solis*] IV, 2. *circis caelestibus*] III, 6. *cingulisque terrest.*] VI, 2 sq. *oceani situ*] VI, 3. *harmoniae superum*] V. *de motu animae*] VIII, 2 sqq.

superum] i. e. „superorum.“ Cf. § 6. *erectus ad supera*, et I, 12, 3. *videntur iam a superis recessisse*.

physicae secreta] „Lactantius V, 17. *Voluit ostendere latere in abdito veritatem, ut decretum disciplinae suae tueretur.* Arnobius lib. II [c. 56.] *Cunctis tamen argumenta non desunt, quibus et sua decreta confirment et aliorum subvertant et labefaciant scita.* Libri tamen omnes *secreta*.“ Gron. — „Etsi non negamus *decreta* quoque commodum efficere sensum: *secreta* tamen, quae extant in edit. vet., praeferenda hic esse videntur. Etenim non solum id nomen rei naturae, de qua sermo est, accommodatius est, sed etiam auctor, cum ante in distributione philosophiae, tum hic in definienda physice haud dubie illud Ciceronis [de orat. I, 16, 68.] imitatus est: *Philosophia in tres partes distributa est: in naturae obscuritatem, in disserendi subtilitatem, in vitam atque mores.* Vides igitur *naturae obscuritatem* et *physicae secreta* satis sibi respondere, quod de decretis non idem est statuendum.“ Zeun.

17. *integritas*] Vid. not. ad c. 14, § 8.

Ambrosii Macrobii Theodosii super somnium Scipionis commentum explicit. P. *Explicit Macrobius.* R1. Nulla subscriptio est in BFSR2. *Macrobii Theodosii Ambrosii viri illustris et clarissimi commentum ex Cicerone in somnium Scipionis explicit foeliciter.* P4. *Macrobii ambrosii commenta ex Cicerone In somnium Scipionis. H2. Macrobii Ambrosii V. Cl. et inl. commenta ex ciceronis soni vox Scipionis expliciunt feliciter. Amen.* I. *Explicit liber Macrobii Ambrosii Theodosii super somnium Scipionis feliciter.* V2. *Macrobii Aurelii Theodosii viri cons. et illustris in somnium Scipionis expositionis quam elegantissimae libri secundi et ultimi finis.* L1v1. *Finit expositio in somnium Scipionis.* v3i. *Expositionis in somnium Scipionis finis.* chg. *Finis libri secundi.* s. Nulla subscriptio est in ap-b.

EXCURSUS

AD COMMENTARIORUM IN SOMNIUM SCIPIONIS

LIB. I, CAP. 20, § 18 sqq.

De magnitudine solis disputaturus Macrobius l. c. haec praemittit: *Sciendum et hoc, quod umbra terrae, quam sol post occasum in inferiore hemisphaerio currens sursum cogit emitti, ex qua super terram fit obscuritas, quae nox vocatur, sexagies in altum multiplicatur ab ea mensura quam terrae diametros habet: et hac longitudine ad ipsum circulum per quem sol currit erecta exclusione luminis tenebras in terram refundit.*

In his verbis duas posuit res nullis argumentis probatas, primum umbram terrae aequare sexagies multiplicatam eius diametrum, deinde umbram illam ad ipsum circulum per quem sol currat pertinere (conf. § 21.).

In cod. R2 huic loco adscriptum est scholion quo eadem haec ratio inter cuiusvis corporis umbram eiusque diametrum intercedere dicitur his verbis: *In hac regula dat intelligi, quod diametros uniuscuiusque sexagies multiplicata facit mensuram umbrae eiusdem corporis, si illa umbra recte in oppositam partem ierit nec disturbetur ab aliquo.* Hoc verum non esse liquet. Paulo cautiorem se praestitit idem scholiasta in scholio quod legitur adscriptum ad § 21.: *Nota quod liber vult secundum hoc quod dicit, quod umbra terrae tendit usque ad circulum solis: quodsi aliquod luminosum corpus facit aliud corpus umbram iacere in oppositam partem, quod illa umbra tantum debet tendere in longum, quantum corpus luminis distat ab eo quod facit umbram. Quod quamvis satis videatur falli, tamen est verum, si corpus luminis eiusdem proportionis sit ad corpus cuius umbra est, cuius proportionis est corpus solis ad terram.* Accuratius etiam rem tractavit Plinius N. H. II, 8, s. 11.: *Namque cum sint tres umbrarum figurae, constetque, si par lumini sit materia quae iactat umbram, columnae effigie iaci nec habere finem: si vero maior materia quam lumen, turbinis recti, ut sit imum eius angustissimum et simili modo infinita longitudo: si minor materia quam lux, metae exsistere effigiem in cacuminis finem desinentem*, qui quidem ibid. s. 7. statuit terrae umbram non excedere lunae altitudinem. Inde apparet ne veteribus quidem fuisse incognitum magnitudinem umbrae quam corpus aliquod iaciat pendere et a magnitudine et a positione alterius corporis quo illud illustretur. Videtur ergo esse petitio, quam dicunt, principii, si magnitudo umbrae terrae adhibetur ad demonstrandam magnitudinem solis. Ceterum Macrobii computatio aliquatenus certe constat, si ad ultima exigimus prima. Solis diametros § 31. dicitur paene duplex esse quam terrae diametros. Quod si ponimus, umbram terrae necesse est

aequare spatium quod interest inter solem et terram: si ergo terra in centro esse ponitur circuli solis, umbrae eius mucronem necesse est tangere circulum solis. Sed cur terrae umbram statuat aequare sexagies multiplicatam longitudinem diametri terrae, ne sic quidem liquet. Aliam viam monstravit incertus auctor excerpti mathematici quod praefationi editionis suae subiecit Iac. Gronovius. Is enim retulit Aegyptios terram primo esse dimensos, deinde solis altitudinem, et ita eos reperisse magnitudinem diametri circuli solaris et ipsius circuli; adhibito tum vase horescopico magnitudinem diametri solis ipsiusque solis inde eruisse, denique dimensis diametris terrae et solis et circuli solaris pervenisse ad aestimandam umbrae terrenae magnitudinem. Ipsa umbrae terrenae dimensio requiritur.

Illi excerpto (I) Gronovius duo alia adiunxit. Praemisit unum, in quo sermo est de nominibus quibus designentur lineae quibus planae figurae determinentur, e quo protuli verba illuc pertinentia in adnotatione ad Comm. II, 5, 25.; reliqua, ut quae non facerent ad Macrobium interpretandum, omisi; subiecit alterum (II) illi simile. In duobus his quum eaedem res, quae a Macrobio in Commentariorum lib. I capite 20. tractantur, accuratius explicentur, et quae ille summatim attigit iustis numeris computentur, hic paucis locis emendata ea ponenda esse putavi.

INCERTI AUCTORIS

EXCERPTUM MATHEMATICUM I.

1 *Deinceps ad cosmimetriam persequendam accingamur. Mensura mundi a centro medio inchoans in diametris et circumferentiis caelestis sphaerae et sub istorum circulorum omnium proportione excrescente discurrit, et in his omnibus, quae ad haec probata consecuntur, speculationem exercet certos limites principii et finis omnibus assignans et intervallorum spatia cunctorum in certa proportione et quantitate constituens. Cuius speculationem nos a centro medio inchoantes ad reliquum ordinem progrediamur.*

2 *Terra igitur in hoc mundi sensilis globo medio constituta loco vicem*

1. *Deinceps* etc.] Hoc excerptum Gronovius desumptum esse adnotavit e Geometria Anonymi scripta vetere manu „in membrana quam possideret ipsius pater." Deinde: „Auctor, inquit, saepius et Boethii et Augustini mentionem facit, et quia etiam huius, cui cummaxime attendimus, Macrobii non semel, non me teneo, quin aliquid ex eo excerpam et hac occasione evulgem, praecipue quia tractat materiam eandem, quae est Macrobii lib. I, cap. 20., quod et legisse eum res ac verba demonstrant; tum quia Macrobii rara est apud vulgatos auctores memoria."

consecuntur] „Forte *conferuntur*." Gron.

2. *sensilis*] Videtur legendum esse *sensibilis*. Nam *sensile* apud Lucret. II, 833. est id quod praeditum est sensu.

constituta] „Ms. *constitute*." Gron.

puncti obtinet qui in circumferentia circuli aequali undique distantia am-
bitus centrum vocatur. Haec igitur, licet ad aliam incomprehensibilem 3
sphaerae caelestis, quae omnia suo ambitu includit, immensitatem compa-
rata quodammodo secundum naturam puncti indivisibilis videatur, in se ta-
men considerata nostris angustiis inaestimabilem magnitudinem praefert.
Ab hac igitur totius huius investigationis excursus exordium sumet. Et 4
primum ambitus terrae totius quantus sit, explicandum videtur, et quemad-
modum humanus sensus ad hunc comprehendendum accesserit, revolvendum.

Terrae igitur ambitus a veteribus in occulta naturae dispositione per- 5
quirenda studiosis ducenta quinquaginta duo milia stadia continere probatus
est. Stadium autem octava pars est miliarii, habens passus CXXV. Du-
centa igitur et quinquaginta duo milia stadia faciunt miliaria XXX, et
unum milia et quingenta. Quae si per trecentos sexaginta gradus dividan-
tur, eveniunt unicuique stadia septingenta, hoc est octoginta septem milia-
ria et semis unum, i. e. dimidium. Huius investigationis primus auctor 6
Eratosthenes fertur: qui in hac disciplina spectabilis et sagacissimus eorum
quae latent scrutator extitit. Hic itaque cum terrae ambitum aestimare dis-
poneret, tali arte viam sibi fecisse dicitur, et hoc argumento satis mirabili
ingenio excogitato usus memoratur. Nam a mensoribus regis Ptolemaei 7
adiutus, qui totam Aegyptum tenebat, a Syene usque ad Meroen horoscopi-
cis vasis cum aequali gnomonum dimensione dispositis et per singula vasa
singulos gnomonicae supputationis doctissimos ordinans, una die omnes um-
bram meridianam observare praecepit: qua per singulos gnomones compu-
tata comperit, quod ultra septingenta stadia ad unius longitudinis gnomo-
nem umbra non respondit. Post haec altiori ingenio veritatem huius rei 8
persequens, sub stellatae noctis tempore sumpto astrolapsu qui secundum am-

vicem puncti obtinet etc.] Conf. Comm. I, 16, 6 et 10. et 20, § 14.

qui] locus an punctus? Cf. Plin. N. H. II, 68, § 174., ubi quidem *punctus* videtur esse genitivus. Vide ne scribendum sit *quod*.

distantiae] „Ms. *distanti a*.“ Gron.

ambitus] Edd. *distanti a e ambitu*.

5. *ducenta .. stadia*] Cf. Comm. I, 20, 20. et II, 6, 3.

6. *excogitato*] „Ms. *excogito*.“ Gron.

7. *Nam a mensoribus .. respondit*] Cf. Martian. VI, §§ 598 et 610. Eadem iisdem fere verbis leguntur in cod. R2 ad Comm. I, 20, 20. margini adscripta: „*Eratosthenes philosophus idemque geometra subtilissimus magnitudinem terreni orbis nosse volens, tali dicitur usus argumento. Nam a mensoribus regis Ptolomei qui totam Aegyptum tenebat adiutus a Syene usque Meroen stadiorum numerum invenit, dispositisque per intervalla locorum a septentrione meridiem versus horoscopicis vasis simili dimensione et gnomonum aequa longitudine informatis totidem doctos gnominicae* (sic!) *supputationis homines, quot vasa fuerant, singulis quibusque locis imposuit, et una die omnes umbram meridiani temporis observare fecit, notarique unumquemque sui gnomonis umbram, quantae fuerit longitudinis. atque ita comperit, quod ultra septingenta stadia ad unius longitudinis gnomonem umbra non respondet. Hoc numero per partes zodiaci, quae sunt CCC et LX, multiplicato absolvit universi orbis ambitum optinere stadia ducenta milia et quinquaginta duo milia.*

8. *sumpto astrolapsu*] i. e. astrolabio. Cf. Excerp. II, 3. *Astrolapsum* vocatur in similis argumenti scholio quod in cod. R2 invenitur adscriptum ad Comm. I, 20, 9.: *Terrae mensura oculis iuvantibus ita inventa est per astrolapsum. In principio noctis oriente aliqua stella erectum est astrolapsum in plana terra, et elevato mediclinio ipsius astrolapsi notata illa stella per foramen illius, et facto puncto in illa parte astrolapsi recondito astrolapso coepit ire in oppositam partem recta linea. Verbi gratia notata stella artico* (sic!) *polo occ-*

bitum firmamenti in CCCLX gradus per circuitum dividitur, et per utrum-
que mediclinii foramen polo inspecto gradum, in quo mediclinium stetit, di-
9 *ligenti adnotatione signavit. Et profectus inde recta linea a meridie con-*
tra septentrionem rursus subsequenti nocte polum per utrumque foramen me-
diclinii contemplatus, et tertia similiter, tandem uno gradu mediclinium ad
superiora promotum invenit. Tunc dictante ratione huius itineris spatium
diligenter emensus, invenit DCC stadia, sive miliaria octoginta septem et
10 *semis unum, hoc est dimidium. Post haec datis unicuique de trecentis*
sexaginta totius circuli gradibus totidem, inventus est totius terrae ambitus
ducenta quinquaginta duo stadia sive XXXI et quingenta miliaria conti-
nere. Atque ita probabili ratione conclusit, quod partes sive gradus
CCCLX, quibus omnis zodiaci circuli tractus ac caelestis sphaerae circuitus
dividitur, ad terras usque proveniunt, ut pars quaeque incompertae et in-
aestimabilis mensurae in terra sub certam mensuram cadat.
11 *Terrae ambitu comperto quantitatem diametri inquiramus. Omne dia-*
metrum triplicatum et addita septima parte circulum facit. Igitur de omni
circulo ablata vicesima secunda parte et eius quod remanet sumpta tertia
12 *quantitas diametri est. Sic ergo de ducentis quinquaginta duobus milibus*
*stadiis vicesima secunda auferatur, quae constat in XI.*ccccliiii *semis, vi-*
*cesima secunda unius, remanent CCXL.*dxlv *et decem vicesimae secundae.*
Cuius summae pars tertia sumpta facit diametrum terrae in octoginta mili-
bus stadiis CLXXXI et semis unius stadii et septem vicesimae secundae
unius stadii, quamvis Macrobius idem diametrum LXXX stadia, vel non

pit ire recta linea versus antarticum polum et principio sequentis noctis erexit astrolapsum, et per mediclinium notata stella oportuit ipsum mediclinium vel elevare vel deprimere, et tunc notata stella per mediclinium et facto ibi puncto in astrolapso mensuratum est spatium inter duo puncta, et notatum est, quota pars esset totius astrolapsi. Quota pars illud erat totius astrolapsi, tanta (sic!) pars erat totius terrae illud spacium quod erat inter locum ubi in prima nocte erexerat astrolapsum et inter illum ubi in secunda erexerat: et mensurata illa parte per stadia, per illam partem scitum est, quot stadia essent in ambitu totius terrae oculis ad illam partem mensurandam iuvantibus.

Addo aliud scholion ad c. 20, § 10. adscriptum, quod etiam ad lib. II, cap. 7, § 15 potest referri: *Ratio illa Aegyptiorum iuvans visum talis est. Habent enim Aegyptii ipsi quasdam civitates sub aestivali tropico, sicut Meroen et Syenen. Ubi in solstitio aestivali acceus (i. e. ἄσκιος) est locus ille circa meridiem, i. e. non iacit umbram in aliquam partem. In sequenti vero die sol incipit descendere, et habet locus ille tunc umbram quantulamcumque: tunc illi qui ultra illum locum, i. e. tropicum, manent accei sunt in illa die, sole recta linea super eos existente in meridie: tunc qui sunt sub tropico, qui in praecedenti die fuerunt accei modo, habent umbram, i. e. sequenti die vadunt ultra tropicum et locum carentem umbra infra tropicum: et post computant dies anni naturales, in quibus sol totum firmamentum circuit, et tantum spatium terrae attribuunt singulis diebus, et ita totius habent mensuram multiplicando stadia per CCCLXV dies. Est autem stadium CXXV passus.*

gradus] „Ms. *gradibus*." Gron.

10. *stadia*] Immo *milia stadiorum*, et infra *milia miliariorum*. Cf. §§ 5 et 11.

ut pars quaeque] Edd. *et pars quae*.

sub certam mensuram] Edd. *sub certa mensura*.

11. *Omne diametrum .. circulum facit*] Cf. Comm. I, 20, 16. — Nota neutrum genus in vocibus *omne diametrum*. Cf. § 12. et II, 8.

12. *XI .. secunda*] i. e. 11454 $+ \frac{1}{2} + \frac{1}{22}$ ($= \frac{12}{22}$).

CCXL .. secundae] i. e. 240545$\frac{10}{22}$.

octoginta .. secundae] i. e. 80181 $+ \frac{1}{2} + \frac{7}{22}$ ($= \frac{18}{22}$).

Macrobius] Comm. I, 20, 20.

multo amplius habere dicat. Nunc iam consequenter pandendum est, qua- 13
liter ad altitudinem solis comprehendendam prisca sagacitas pervenerit.
Sole medio die desuper constituto et suae lucis radios in omnem partem 14
spargenti trianguli forma pari proportione circumquaque exsurgit, uno in
medio omnium triangulorum, ad quamcumque partem sumantur, catheto, qui
est altitudo solis: hypotenusae vero ex omni parte sunt radii oblique ductu
a sole in terram porrecti, et unam aliquam partem deorsum in superficie
terrae inter se et cathetum pro basi apprehendentes. Quodcumque ergo cor- 15
pus pro catheto erectum sub radio solis in compositam partem umbram pro-
iicit, triangulum format in eadem proportione manens, cum sit orthogonium
sub eadem hypotenusa constitutum. Qualis ergo proportio inter umbram 16
deorsum iacentem et corpus illud quodcumque erectum, a quo umbra for-
matur, fuerit, talis procul dubio inter spatium illud, quod a fine umbrae
ulteriori retrorsum usque ad sub solem iure basis protensum est, et ipsam
altitudinem solis proportio erit. Hac consideratione altitudo solis primum 17
comperta ab Aegyptiis creditur, quod et aequalitate regionis et vicinia solis
adiuti mensuram interiacentis spatii facile comprehendere potuerunt. In- 18
venta est igitur altitudo solis super terram stadia quater mille milia octin-
genta et XX milia, quod est quadragies octies centena milia et viginti mi-
lia. Si ergo ab altera quoque parte usque ad solis circulum par mensura 19
tenditur, dupla quantitas exsurgit nonagies sexies centena milia et quadra-
ginta milia. Quibus si diametros terrae media coniungatur, quae est octo-
ginta milia stadia CLXXXI S. et VII vicesimae secundae erit, integra so-
laris circuli diametros a circumferentia in circumferentiam per medium cen-
trum stadia nonagies septies centena milia et XX milia CLXXXI S. et
VII vicesimae secundae. Quae si secundum rationem circuli triplicationi 20
suae septimam adiecerit, faciet trigies mille milia et quinquies centum
XLIX, et CXLII et dextantem et septimam unius sextantis. Et haec est
perfecta quantitas circuli solaris. Hanc vero computationem quam ob cau- 21
sam Macrobius ita negligenter praeterierit, ignoro, sive quia apud philoso-
phos diametrum centri quasi punctum indivisibile ad mensuram computatum
non est. Ergo, ut breviter in unum dicta colligamus, diametrus terrae con- 22
tinet stadia octoginta milia et CLXXXI S. et VII vicesimas secundas unius:
Ambitus terrae continet stadia ducenta quinquaginta duo milia: altitudo
solis quadragies octies centena milia et XX milia: diametrus circuli solaris
continet stadia nonagies septies centena milia et XX milia et CLXXXI et
S. et VII vicesimas secundas unius: circulus solaris continet stadia trigesies
mille milia et quinquies centum XLIX, et CXLII et dextantem et septimam
unius sextantis. Sed antequam ad reliqua quae sequuntur progrediamur, 23

15. *umbram*] Sic necessario scribendum. Gron. *umbra*.

19. *sexies*] Sic e coniect. scripsi, cum legeretur *septies*. Nempe 4820000 + 4820000 = 9640000.

quae est etc.] Cf. § 12.

per medium centrum] „Ms. *per medium per medium centvum*." Gron.

nonagies . . secundae] i. e. 9720181 + $\frac{1}{2}$ + $\frac{7}{22}$ (= $\frac{18}{22}$).

20. *quinquies centum XLIX*] In edd. non recte legitur *quinquies CXLIX*, et infra *unius* S; quod natum esse videtur ex *unius VI* i. e. unius sextantis, nam numerus est $30549142\frac{726}{847}$ (i. e. $\frac{10}{12} + \frac{1}{42}$, non $\frac{10}{12} + \frac{1}{72}$). Cf. § 22.

21. *Macrobius*] Comm. I, 20, 23.

sive] „Sic Ms. Forte *nisi*." Gron.

22. *diametrus terrae*] Cf. § 12.

ambitus terrae] Cf. § 5.

altitudo solis] Cf. § 18.

diametrus circuli solaris] Cf. § 19.

circulus solaris] Cf. § 20. In edd. legitur *stadia trigesies mille millia et quinquies C millia XLVIV et*

*adhuc de altitudine solis, qualiter ab his etiam qui remoti sunt in qualibet
terrae regione comprehendi possit, manifestandum est. Ad quod duos mo-
dos propono, unum secundum umbram gnomonis, alium secundum medicli-
24 nium et radium solis. Secundum gnomonem sic. Erigatur orthogonaliter
gnomo cuiuslibet quantitatis ad radium solis in media die. Deinde umbra
quam gnomo proiicit diligenter cum ipso comparetur: et eadem proportio
25 inter altitudinem solis et spatium quod interiacet esse pronuncietur. Et
quia illius spatii quantitas propter sui immensitatem actu vestigari non
26 potest, arte retrorsum est metiendum. Quapropter mensor ad secundam sta-
tionem retrorsum pergat et iterum supra dicto gnomone erecto umbram ad
comparationem adducat, iterumque eandem inter altitudinem solis et spatium
quod interiectum est comparationem esse pronuntiet, quae fuerit inter gno-
monem et umbram eius comparatio inventa; et videat, quantum basis secunda
primam basin superet, quia hoc est spatium quod est inter primam et se-
27 cundam stationem. Quo diligenter emenso per eius quantitatem cetera om-
nia facile patescunt. Haec breviter transcurrimus propterea quod omnia ex
28 supra dictis certissime constent. Est autem alius modus longe isto facilior
nec tantum laborem expetens, in quo id magis mireris, quod tam difficilis
tamque sublimis res sine grandi argutione et sine laboriosa scrutatione ma-
29 nifesta fiat. Ambitus firmamenti totius, qui in trecentos sexaginta gradus
divisus est, terrae ambitum ita medio libratum loco complectitur, ut a sin-
gulis suae divisionis interstitiis rectis lineis deorsum deductis in totidem
partes ipsum ambitum terreni globi distinguere videatur. Quo fit, ut illae
caelestis partes globi, licet incomprehensibilis sint magnitudinis, his tamen,
quae in ambitu terrae sub certa tenentur mensura, partibus aequa circuitio-
30 nis parilitate respondeant. Si ergo a quibuslibet duobus gradibus ex
CCCLX firmamenti gradibus lineae rectae usque ad terram deducantur,
quot gradus desuper ex gradibus firmamenti inter se continent, deorsum to-
tidem ex minoribus gradibus terreni ambitus complectentur: et quam pro-
portionem earum intervallum desuper ad totum firmamenti ambitum habue-
rit, eandem procul dubio distantia ipsarum deorsum ad totum terrae circu-
31 lum continebit. Sole igitur in linea meridiana desuper constituto sublevato
astrolapsu contra eius radium mediclinium disponamus, cumque eum nor-
maliter per utraque mediclinii foramina in directum transire viderimus, re-
ducto statim instrumento, quos gradus inter mediclinium et lineam meridia-
32 nam desuper numerentur, perquiramus. Quibus inventis totidem inter solem
et verticem nostrum de CCCLX totius firmamenti gradibus nullatenus dubi-
temus, ac per hoc deorsum quoque inter nos et eum locum qui recta linea
desuper solem suspicit totidem de CCCLX gradibus quos ambitus terrae
33 continet verissime affirmamus. Cumque trecentesimae sexagesimae partis
terreni ambitus mensura nota sit, numero graduum invento consequenter
omnium similis mensura nota erit. Si autem basis mensura et catheti pro-*

CXLII et 555 et *septimam unius* 3, ut 555 positum sit pro dextante et 3 pro sextante. Quod unde venerit dicere nescio.

23. *Ad quod*] Edd. *quos.*

26. *pronuntiet*] Edd. *pronuntiat.* Cf. § 24 extr.

28. *argutione*] „Ms. *argutione.*" Gron. Fortasse verum est *argutatione.*

31. *meridianam*] Edd. *meridianum.*

32. *totidem .. dubitemus*] sc. esse, vel: quin sint.

suspicit] „Ms. *suscipit*, sed illud suprascriptum." Gron.

quos .. continet] „Ms. *quos ambitus terrae continet ambitus.*" Gron.

portio nota fuerit, et mensura catheti secundum supra dictam regulam nota erit. Et de altitudine quidem solis haec ad praesens dicta sint. 34 *Nunc de perquirenda magnitudine solaris globi et diametro eius subsequens sermo exordium sumit.*

35 *Die aequinoctiali ante solis ortum cosmimetra vas horoscopicum cum certis horarum interstitiis signatum gnomone adhibito ita disposuit, ut primum emergentis solis radium stilus excipiens umbram in oppositum super primam lineam primae horae limitem signantem dirigeret, locusque ipse qui primum umbrae venientis adiactum excepit notae impressione signatus est, observatusque diligenter est procursus umbrae, donec solis orbis totus ab horizonte ita integer emersisset, ut adhuc ima summitas horizonti videretur insidere:* 36 *et locus quem tunc umbra de stilo cadens occupavit notatus, habitaque dimensione inter primam et secundam umbrae notam, quae integrum solis orbem, hoc est diametrum, natae de duabus eius summitatibus metiebantur, inventa est pars nona eius spatii, quod inter primum et secundum limitem primae horae continebatur.* 37 *Unde certum est, quod unam aequinoctialem horam integram faciat solaris orbis novies repetitus accessus. Et quia totum caelestis ambitus hemisphaerium duodecim integris horis aequinoctialibus involvitur, tota autem sphaera XXIIII horis circumagitatur, XXIIII vero novem unicuique datis ducenti sedecim complentur, solis diametros sui circuli ducentesima sexta decima pars necessario consequente ratione probata est.* 38 *Et si cui haec ratio fortasse vacillare videatur propter motum solis eo quod in ulteriora sine cessatione progrediens amplieri, quam quantitas sua exigeret, in ortu suo mora mensuram fefellisse credatur, potest per astrolapsum huius rei certissimum capere experimentum.* 39 *Emergente solis sphaera et insidente adhuc horizontis margini si ipsum mediclinium ad eius summitatem levaverit et gradus qui subterius supra mediclinium apparent ad totum quadrantem comparaverit, eam quoque inter diametrum solis et circuli quadrantem esse dixerit proportionem.* 40 *Diametro solaris globi invento ratione circuli quantitas orbis eius facile cognoscitur, si secundum supra dictam regulam triplicationi diametri septima pars adiiciatur.* 41 *Diametros autem solis, quia verissima ratione solaris circuli circumferentiae ducentesima sexta decima pars probata est, terrae diametron multum excedere videtur, licet tamen ad duplarem proportionem nullatenus exsurgat:* 42 *XXIII milibus stadiis et eo amplius minus continet eius duplo, quamvis Macrobius*

35. *Die aequinoctiali* etc.] Conf. Macrob. Comm. I, 20, 26 sqq.

horizonte] Edd. *orizonte* et infra *orizonti*.

36. *dimensione*] „Sic Ms. ac si vellet *dimensino est*. Scribendum *dimensione*. Ad verbum haec desumpta ex Macrobii lib. I, c. 20." Gron. — Videtur Gronovius in codice suo legisse *dimensio ē*, et in adnotatione scripsisse *dimensio est*.

37. *ducentesima*] „Ms. *ducentesimo*." Gron.

necessario] Edd. *necessaria*.

probata est] Cf. §§ 5 et 41. Edd. *probatum est*.

38. *exigeret, in ortu suo*] Edit. Gron. *exier et in ortu suo*, additis verbis „Sic Ms."

40. *supra*] § 11.

41. *diametron*] Edd. *diametros*.

42. *XXIII milibus*] Scripsi e certissima coniectura. Namque si terrae diametros est $80181\frac{18}{22}$ stad., is numerus duplicatus efficit $160363\frac{14}{22}$. Solis diametrum si secundum auctoris rationem computamus, est $141431\frac{121}{10493}$, ut differentia paulo minus 23 milium sit; sed si cum Macrobio (cf. Comm. I, 20, 31.) solis diametrum dicimus esse 140000 stadiorum, differentia est $23363\frac{14}{22}$. — In ed. Gron. legitur *X. I. XII millibus*, in ed. Zeun. *X. XI. II millibus*.

duplam asserat habere proportionem ad aliam, temperamento quidem assertionis usus, in isto tam audax in adiiciendo quam prius in terrae diametro in detrahendo fuit, forsitan taedio lectorum parcens in multiplicandis
43 *numeris consummate. Nunc superest, ut per diametron solis et per diametron circuli solaris umbram terrae aestimemus ex diametro eius. Ponamus ergo summam in medium et videamus quid ratione dictante ex his consequatur.*

44 *Diametros solaris circuli, sicut supra dictum est, continet stadia nonagies septies centena milia et XX milia trecenta triginta tria et trientem unius. Diametros solis continet stadia C quadraginta unum milia ducenta triginta et quadrantem et semunciam unius et ducentesimam sextam decimam partem unius integri et unius semunciae et unius septimae partis semunciae unius stadii. Hic est integer diametros solis. Diametros terrae con-*
45 *tinet stadia octoginta milia trecenta tria et trientem unius. Si duo catheti ad eandem basin erigantur, alter in capite duplus et alter in medio subduplus, eandem hypotenusam contingunt eidem basi concurrentem. Quod si fuerint impares a duplo catheti, alia atque alia hypotenusa concurrit ad eandem basin a principio medio. Et minoris catheti hypotenusa a medio*
46 *vel secundo catheto et deinceps subterius tendet, maioris desuper. Exemplum utriusque subter formavimus sic. Sint duo catheti duplus et subduplus ad eandem basin a principio et medio taliter. Sint item duo catheti ad eandem basin a principe medio, impares a duplo, hoc est non dupli, primo primus maior duplo, hoc modo: deinde primus maior duplo, et sit figura talis.*

Macrobius duplam asserat] Conf. Comm. I, 20, 31. *unde paene duplex quam terrae diametros invenitur.*

audax] Edd. *audaci*, quod referendum esset ad *temperamento*. At quis dicit *temperamentum audax?* Immo temperamentum est illud, *paene*, cf. Comm. I, 19, 15.

prius] Cf. § 12.

lectorum] Scripsi e coni. Gronovii; in edd. legitur *lectorem*.

44. *Diametros solaris circuli* etc.] Quae sequitur computatio, ea et valde corrupta et mutila est, namque magnitudines diametri circuli solaris, diametri solis et diametri terrae, minime eaedem esse dicuntur ac supra §§ 19, 37, 12.; licet milia stadiorum congruant, numeri minores multo sunt alii: deinde argumentatio non perducitur ad finem, docetur tantum quae figura sit construenda, quid inde efficiatur, non additur.

supra] Cf. §§ 19 et 22.

trecenta .. trientem unius] i. e. $9720333\frac{1}{3}$; sed ll. cc. computantur stadia $9720181\frac{18}{22}$.

trientem] „Ms. *rigentem*." Gron.

C quadraginta .. semunciae unius stadii] i. e. $141230 + \frac{1}{4} + \frac{1}{24} + \frac{1 + \frac{1}{24} + \frac{1}{168}}{216}$; supra (vid. not. ad § 42.) computantur $141431\frac{121}{30492}$.

octoginta milia .. trientem unius] i. e. $80303\frac{1}{3}$, ubi videtur legendum esse *trecenta triginta tria*, ut sint $80333\frac{1}{3}$; supra §§ 12 et 19. computantur $80181\frac{18}{22}$.

45. *subduplus*] Cf. Boeth. Arithmet. I, 23. *Si bis maiorem numerum minor numerus metiatur, subduplus vocabitur.*

hypotenusam] Edd. ubique *ypotenusam*.

atque] „Ms. *adque*." Gron.

contingunt] scripsi e coniectura. Edd. *contigit*.

46. *deinde primus maior*] Videtur legendum esse *deinde alter minor*.

et sit figura talis] Haec sunt ultima huius Excerpti verba. Figuram quae desideratur construxi ipse (vid. fig. VII). Basis est *AE*, cathetus duplus *AB*, subduplus *CD*, duplo maior *AF*, duplo minor *AG*. Apparet verba (§ 45.) *a medio vel secundo catheto et deinceps subterius tendet*, referenda esse ad superiores hypotenusarum partes *CG*, *CB*, *CF*.

INCERTI AUCTORIS

EXCERPTUM MATHEMATICUM II.

Quamvis Ambrosii Theodosii auctoritate universi orbis ambitus notabilis habeatur, tamen quia ab illo auctoritatis ratio quasi praetermissa est, volentibus scire proponatur. Quod enim a modernis impossibile iudicatur, id a veteribus sapientia duce facillimum affirmatur, et quod corporis sensibus indagari non posse videtur, id rationis acumine luce clarius indagatum habetur. 1
Sumpto horoscopo sub stellatae noctis claritudine, inspectoque polo cum utroque mediclinii foramine notataque graduum, in quibus stetit mediclinium, multitudine, profectus est cosmimetra per directam lineam contra septentrionem a meridie, tamdiu donec in alterius noctis claritudine viso, ut prius, polo cum utroque mediclinii foramine stetit ipsum mediclinium altius gradus unius numerositate. 2
Post haec ratione dictante mensus est hoc itineris spatium et notata huius quantitate DCC *stadia sive* LXXXVII.S. *miliaria affirmant. Deinde datis unicuique* CCCLX *astrolapsus graduum tot stadiis sive miliariis, inventus est ambitus terreni orbis. Nam multiplicato per alios gradus unius spatio quantum ex hac provenitur multiplicatione, tantum contineri probatur in totius mundi circuitione.* 3
*Eratosthenes philosophus geometricaeque sagacissimus totius orbis terrae circuitum per imitationem gnomonis umbrarum in terra secundum partes zodiaci ingeniose deprehensum CCLII stadia id est XXXI.*D *miliaria continere diffinit, unicuique* CCCLX *partium in zodiaco* DCC *stadia, id est* LXXXVII *miliaria et semissem deputans.* 4
*Ex his iuxta regulam circuli et diametri crassitudinem seu diametrum terrae sic comprehendere poteris. Aufer vicesimam secundam de circuitu terrae, id est de CCLII stadiis tolle XI.*CCCCLIIII *et semissem et vicesimam secundam partem unius stadii, et remanent CC * cum semisse et* XXI *partibus stadii unius: horum tertia pars, id est LXXX.*CLXXXI *semis et* VII *vicesimae secundae unius stadii, terreni orbis diametrum seu spissitudinem iuxta praedictam terrae circuitionem dubietate postposita continebit. Quod liquido satis caute supputanti patet.* 5
Quamvis Macrobius super somnium Scipionis idem diametrum LXXX stadiorum tantum vel non multo plus dicat habere. 6
*Ambitus terreni orbis CCLII stadiorum sive XXXI.*D *miliaria Eratosthene philosopho probatur auctore, cuius vicesimam quartam partem, i. e. X.*D *stadia sive* MCCCXII *semis miliaria sol una transcendit vel transcurrit* 7

II, 1. *Quamvis* etc.] Gronovius haec praemisit: „Eodem pertinent, Macrobiique mentionem habent, quae ex *Ms. Anglicano* incerti auctoris excerpsimus.

Ambrosii] Cf. Comm. I, 20, 13.

Quod enim] Scripsi e coniectura. Edd. *Quia enim.*

2. *Sumpto horoscopo*] Cf. supra I, § 8 sqq.

5. *et .. diametrum*] Edd. *et diametri crassitudinem seu diametri crassitudinem seu diametrum.*

vicesimam secundam] Edd. XXII.

CCLII] i. e. ducenta quinquaginta duo milia. Edd. CCLII.

tolle] Edd. *tollo.* At antecedit *aufer.*

CC .. partibus] Lege *CCXL.*DXLV *cum* X *vicesimis secundis partibus.*

6. *Macrobius*] Comm. I, 20, 20.

7. *vicesimam quartam*] Edd. *vicesimam secundam.* At quae sequuntur, ea non sunt pars XXII, sed pars XXIV, idque recte, cum hora sit XXIVma pars diei.

*i. e. X.*D] Edd. *in X.*D.

MCCCXII *semis miliaria*] Edd. *in* CCCXII *semis millia.*

8 hora. Horae autem parte quinta decima, hoc est unius ex CCCLX gradibus
ascensu vel descensu, solem DCC stadia sive LXXXVI semis miliaria trans-
9 currere praedicti terrae ambitus per CCCLX clarebit divisione. Diametrum
autem terrae iuxta circuli geometricalem regulam in LXXX.CLXXXI semis
stadiis, seu in X.XXII miliariis cum XI sextis decimis unius miliarii colligi
probatur, quamvis Macrobius idem diametrum LXXX stadiis vel non multo
10 plus esse fateatur. Sol unumquodque signum peragit XXX diebus et X ho-
ris et dimidia: tricesimam autem partem unius signi, id est gradum, trans-
currit per diem, inter revolutionem firmamenti de puncto ad punctum, quod
11 sunt XXIIII horae et tertia pars unius horae et ostentum. Si ergo volueris
scire, quotam partem unius infra diem transeat, divide totum spatium diei
in ostenta * rerum in CCCLX ostenta, quibus deinde adde trientem horae, id
12 est XX ostenta, et excrescet summa in ostenta I.CCCCLXI. Quia ergo sol in
tanto spatio unum gradum percurrit, sic etiam in singulis partibus huius
spatii, id est ostentis, peragit ipsius gradus singulas millesimas sexagesimas
13 primas partes. Infra spatium ergo unius diei percurrit sol MCCCCXL partes
unius gradus: XX vero partes et unam, quae supersunt, de toto gradu, tra-
14 volat sol infra trientem unius horae et ostentum. Itaque finita die restat
soli ad currendum de uno gradu sextula, id est septuagesima secunda pars
ipsius gradus, et bisse et semuncia unius millesimae quadringentesimae
sexagesimae primae partis unius gradus. In tanto igitur, id est in sextula
unius gradus et in bisse et in semuncia supra determinatae partis, gradus
15 firmamenti gradum diei superat. Cum ergo sol peragat unum gradum fir-
mamenti in uno die, excepto triente unius horae et ostento, constat, quia
CCCLX gradus firmamenti percurrit infra CCCLX dies excepto totiens triente
16 unius horae et ostento, unde colliguntur V dies et VI horae. Redit ergo sol
de puncto ad punctum per CCCLXV dies et insuper VI horas de quibus in
quarto anno bis sextus oritur.'

8. *parte quinta decima*] Scripsi e coniectura. Si enim sol una hora transcurrit 10500 stadia, sane quinta decima horae parte transcurrit stadia 700. Edd. *partem quintam decimam;* z etiam *Hora*.

9. *Macrobius*] Comm. I, 20, 20.

10. *per diem, inter*] Fortasse legendum est: *per diem, i. e.* Edd.: *per diem. Inter.*

ostentum] i. e. sexagesima horae pars. Cf. § 11.

11. *infra*] etiam in seqq. ponitur pro *intra*, quare nolui mutare.

in ostenta rerum in CCCLX *ostenta*] Fortasse: *in ostenta, horas* XXIV *in* MCCCCXL *ostenta.*

12. *sexagesimas*] Non legitur in edd. Sed necessario addendum est.

13. MCCCCXL] Scripsi e coniectura. Edd. MCCCCLXI.

XX] Edd. XXII.

quae] Edd. *quam.*

14. *bisse*] Quid hoc significet, nescio, nisi forte h. l. idem valet quod *bes* et infra idem quod *besse*.

16. *bis sextus*] Cf. Sat. I, 14, 6.

E
MACROBII
AMBROSII THEODOSII
LIBRO
DE DIFFERENTIIS ET SOCIETATIBUS
GRAECI LATINIQUE VERBI
EXCERPTA.

EX LIBRO

MACROBII AMBROSII THEODOSII
DE DIFFERENTIIS ET SOCIETATIBUS
GRAECI LATINIQUE VERBI.

Vol. II.

PRAEF. Graecae Latinaeque linguae coniunctissimam co- [289] gnationem natura dedit. Nam et isdem orationis partibus absque articulo, quem Graecia sola sortita est, isdem paene observationibus figuris constructionibusque uterque sermo distinguitur; ut propemodum qui utramvis artem didicerit ambas noverit: in multis tamen differunt, et quasdam proprietates habent, quae Graece idiomata vocantur.

[Ms. P. Edd. pdzb.

Ex libro Macrobii Ambrosii de differentiis et societatibus graeci latinique verbi. P. *Ex libro Ambrosii Macrobii Theodosii* etc. p–b.

PRAEF. *que graecia* P.

[Ms. V. Ed. s.

Incipiunt pauca excerpta de libro Macrobii Theodosii: Theodosius Symmacho suo salutem dicit. De verborum graeci et latini deferentiis vel societatibus. V.

PRAEF. (1.) *Cum vel natura vel usus loquendi linguas gentium multiplici diversitate* [1]) *variasset* [2]), *ceteris aut anhelatu aut sibilo explicantibus loqui suum: solis graecae latinaeque et soni leporem et artis disciplinam atque in ipsa loquendi mansuetudine* [a]) *similem cultum et coniunctissimam cognationem dedit. Nam et hisdem orationis partibus absque articulo, quem Graecia sola sortita est, hisdem penes singulas* [b]) *partes observationibus sermo uterque distinguitur; parcs fere in utroque conponendi figurae, ut propemodum qui utramvis artem didicerit ambas noverit. Sed quia ita natura fert, ne quid sic esse alteri simile possit, ut idem illi sit, (necesse est enim, omne quod simile est aliqua differentia ab eo, cui confertur, recedat); ideo cum partes orationis in utraque lingua arta inter se similitudine vincirentur, quasdam tamen proprietates, quibus seorsum insignirentur habuerunt* [c]), *quae Graeco nomine idiomata vocantur.* s (V [1]) vocem *diversitate* inter lineas

PRAEF. *absque articulo*] Cf. Quintil. I, 4, 19. et Priscian. XVII, p. 1049 P., qui docet pronomen demonstrativum usurpari pro articulo. Idem statuerunt Isidorus Etym. I, 7, 5. et Martian. III, § 249. Vid. quae adnotavit Kopp. ad III, § 238.

Graecia sola] Cf. c. 14, § 20.

sortita est] Eodem modo hoc verbum usurpatur c. 3, § 5., c. 17, § 1., c. 19, § 16.

idiomata] „Magna cum religione secuti sumus veteris codicis auctoritatem, ità ut Graeca vocabula Latinis litteris scripta iisdem hic quoque repraesentaverimus, ut *idiomata enclisis diathesis* et similia, quia τεχνικὰ ista Latinis satis trita sunt.“ Ops. — Quam rationem ego servandam esse putavi nisi ubi literis Latinis adnectendae essent terminationes Graecae.

Hanc praefationem in codice V servatam esse integriorem facile

[284] I. De verborum utriusque differentiis vel societatibus.

Accidunt verbis utriusque linguae persona numeri figura coniugatio tempus modus, quem Graeci enclisin vocant, Latini cum formis in qualitate posuerunt, genus, quod apud Graecos
2 diathesis nuncupatur. Eandem paene cum casibus constructionem servant, ut *misereor illius, pareo illi, veneror illum: Φροντίζω τοῦδε, πείθομαι τῷδε, φιλῶ τόνδε:* ablativum Graecia non

Ms. P.]

I, 1. *qualitatem* (om. *in*) Edd.P. 2. *pareo* P. — *ΦΙΛΩΝΤΩΝΔΕ* P.

Ms. V.]

a pr. m. adscriptam habet; [2]) *varietatesset*, literis superfluis punctis notatis; [3]) *hanelatu*). Endlicherus adnotavit: [a]) „*mansuetudine;* ita cod. Mansuetudinem loquendi barbaro sermoni opponere videtur, nisi sit legendum: *consuetudine.*“ — [b]) „lege *penes singulas orationis partes.*“ — [c]) „*habuerunt*, ita cod. bene; *habent* Edd.“

I, 1. (2.) *Item prima utriusque verbi societas in hoc est, quod neutrum eorum in casus flectitur; deinde quod utrumque comitatur persona, numeri, figura, coniugatio, tempus, modus quem (Graeci)* [1]) *enclisin* [2]) *vocant, Latini cum formis in qualitate* [2]) *posuerunt; genus quod apud Graecos diathesis nuncupatur. Horum singulis inspectis sollertius, quae in his diversa sunt, non latebunt. Circa casus* [3]), *ut diximus, utrisque perfecta communio est.* 2. (3.) *Prima utriusque verbi societas est in hoc; nam et neutrum casibus declinatur et utrumque similiter universis pene casibus servit*, ut misereor [4]) illius, pareo [5]) illi, veneror illum, venio ab illo, nitor illo. *Item φροντίζω τοῦδε, πείθομαι τῷδε* [6]), *φιλῶ τόνδε: ablativum enim vel quem dicunt septimum* [7]) *Graecia non re-*

patet, neque in singulis verbis inest quidquam quod abhorreat a Macrobii more dicendi. Verba *loqui suum* et *ita natura fert*, nec .., si quem offendant, is conferat quae adnotavimus ad Comm. I, 17, §§ 10 et 8.

I. *utriusque*] „Nisi culpa librariorum excidit, certe subintelligendum est *linguae*.“ Zeun.

1. *Latini cum formis in qualitate posuerunt*] Sic scripsi Endlichero auctore cum cod. V. *Formae* quae sint, intelligas e cap. 21. Praeterea conf. Diomedem lib. I. de qualit. verb. p. 333 P. Opsopoeus adnotavit concinniorem fore lectionem: „*modus quem Graeci ἔγκλισιν vocant, qualitas, formae sive species, genus quod apud Graecos διάθεσις nuncupatur. Latini eandem paene cum Graecis in casibus constructionem servant.*“ — Adiecit Zeunius: „Locum hunc esse mancum et corruptum libenter Opsopoeo largimur. Etenim cum hic summa sive argumentum disputationis de verbi Graeci Latinive ratione contineatur, utique desiderantur *species sive formae* de quibus infra deinceps disputatur. At negamus verba: *Latini cum formis qualitatem posuerunt* esse delenda, cum rationem *modi* grammatici explicare videantur. Nam hic *modus* sane significat qualitatem, uti etiam a quibusdam dicitur, h. e. conditionem quandam seu statum sub diversis formis. Hinc eundem Varro *species* vocavit. Itaque nos quidem locum ita putamus emendandum et distinguendum: *Modus quem Graeci ἔγκλισιν vocant (Latini cum formis qualitatem posuerunt), formae sive species, genus, quod apud Graecos διάθεσις nuncupatur. Eandem paene cum Graecis constructionem per casus servant.*“ — Uterque homo doctus parum intellexisse videtur verbi *servant* subiectum non esse *Latinos* sed *verba utriusque linguae*, et *cum casibus constructionem* esse iungenda.

2. *pareo*] Secutus sum editiones propter Graecum verbum *πείθομαι*. Nam quominus infra scribatur *φείδομαι*, impedit dativus *τῷδε*. Verba *misereor* et *φροντίζω* sibi respondere demonstravit Zeunius his verbis: „*Misereri* non tantum dicitur de illa animi aegritudine ex alterius miseria, sed et de *cura* et studio opem misero quem amamus ferendi.“

recipit. Eadem illis personarum similitudo: prima *voco*, secunda 3
vocas, tertia *vocat*: καλῶ καλεῖς καλεῖ. In numeris una dissensio est, quod δυϊκὸν, id est dualem, nulla Latinitas admisit, Graeci vero in verbis nominibusque δυϊκὰ videntur habere.

II. De figuris.

Figurae ambobus non sine discretione pares. Nos dicimus 1
curro percurro, illi τρέχω διατρέχω. Quattuor quoque modis et haec et illa conponuntur: ex duobus integris, *produco*; ex integro et corrupto, *perficio*; ex corrupto et integro, *accedo*; ex duobus corruptis, *occipio*. Similiter ἐκ δύο τελείων, συντρέχω· ἐκ τελείου καὶ ἀπολείποντος, προσκυνῶ· ἐξ ἀπολείποντος καὶ τελείου, συμβάλλω· ἐκ δύο ἀπολειπόντων, κωμῳδῶ. Sunt quaedam conposita quae non possunt resolvi, ut *suspicio conplector*: ita apud illos τὸ μὲν συντρέχω. Sunt apud Graecos admissa post 2
conpositionem, cum essent simplicia non recepta: νομῶ nihil [285]
significat, tamen οἰκονομῶ dicitur; similiter δομῶ et δομεύω, οἰκοδομῶ et βυσσοδομεύω conponuntur. Ita *facior* et *grego* non dicunt, *conficior* vero et *afficior* et *congrego* probe dicunt. Utrique verbo binae praepositiones iunguntur. Homerus προπρο-

[Edd. pdzb.

II, 2. *βοσσοδομεύω* dzb. — *Homerus*] Iliad. χ', 221.; Od. ρ', 525. —

[Ed. ε.

cipit. 3. *Eadem illis et in personis similitudo est, quia in utroque* [8]) *verbo III eaedem personae sunt: prima* voco, *II* vocas, *III* vocat, *et apud illos* καλῶ, καλεῖς, καλεῖ. *Haec sunt fere quae habent ita inter se communia, ut in illis omnino non differant* [9]). *At in numeris haec una dissensio est, quod* δυικὸν [10]) *usus in Latinitate nullus admisit. Nam qui putant* fecere, *dixere dualis esse numeri, subinepti sunt arguente Vergilio, qui verbis talibus universitatem vult contineri, ut* — Conticuere omnes [b]) — *et* — Una omnes fecere pedem [c]). ε (V [1]) om. *Graeci*; [2]) *nenclisin*, *n* iterum expuncto; [3]) *Circasus*; [4]) *mereor*; [5]) *parco*; [6]) *TΩIAE*; [7]) *VII*; [8]) *utro*; [9]) *deferant* corr. in *diferant*; [10]) *ΔYKON*). Adnotavit Endl.: [a]) „*In qualitate*; ita cod. pro eo quod Macrobii edit. habet *qualitatem*, recte, ut videtur; similiter Donatus p. 17 L: *Qualitas verborum est et in formis*, et paulo post: *Qualitas verborum etiam in formis est constituta*, *quas formas alii verborum generibus vel significationibus admiscent.*“ — [b]) „Virg. Aen. II, 1.“ — [c]) „Virg. Aen. V, 830. Ceterum §§ 1. 2. 3. editionis nostrae in codice ita sunt dispositi: 3. 2. 1.“

3. *Eadem illis* etc.] Cum his quodammodo possunt conferri quae leguntur de verb. cap. 1, § 13 sq., sed pertinent illa ad c. 13, § 9.

II. *De figuris.*] Cf. de verb. I, 15 sqq. et Charis. II, 4, 10. *Figura verborum aut simplex est, ut scribo: aut composita, ut inscribo.*

1. τὸ μὲν συντρέχω] Huc pertinent verba Opsopoei: „Exemplum non convenit: nam συντρέχω ἐκ δύο τελείων compositum, ut auctor ipse praemisit, et in duo integra resolvi potest: aliud itaque exemplum quaerendum erit,“ namque adiecit: „Vet. cod. habebat *TO MENCINTPEXΩ*.“ — A Pontano perperam haec relata sunt ad antecedentia: ἐκ δύο τελείων συντρέχω, quare Opsopoeus alucinari videtur Zeunio, qui ab hoc altero loco alienum esse verbum συντρέχειν probe intellexit, sed infelici conatu statuit substituendum esse μεσουρανεῖν. Quid verum sit, fateor me nescire.

2. δομῶ et δομεύω] „Δομεύω quidem nihil significat; at δομῶ Hesychio idem est quod compositum οἰκοδομῶ, *aedifico*: sed id apud maiorum gentium auctores vix reperias.“ Ops. — Lobeckius ad Phrynich. p. 587: „Verbi δομέω, inquit, auctoritas exigua et ab ipsis grammaticis imminuta est.“

3 *κυλινδόμενος*. Virgilius *pede prosubigit terram*. Latinitas conpositi verbi saepe primam syllabam mutat, *teneo contineo;* saepe non mutat, *lego neglego*. In Graeco verbo numquam prima syllaba adiecta praepositione violatur, *βάλλω ἀμφιβάλλω διαβάλλω καταβάλλω, ἄγω συνάγω προάγω διάγω, φέρω προφέρω διαφέρω ἀναφέρω, δέρω ἐκδέρω, φιλῶ καταφιλῶ*.
4 Ultro equidem intemerato verbo praepositio saepe corrumpitur, *λέγω συλλέγω, βάλλω συμβάλλω, τρέχω ἐκτρέχω*. Hoc idem in Latinis: *fero ecfero: Aufugio* et *aufero* a praepositione *ab* conponuntur, et in his solis *ab* movetur in **au** auctore Cicerone, sensumque habent retrorsum trahendi. Nigidius tamen putat verbum *autumo* eadem praepositione conponi, quasi *ab* et *aestimo*, sicut *abnumero* idem est et *numero: autumo* vero et *dico* et *censeo* significat.
5 Graeca verba quando conponuntur cum praepositione, eundem accentum sine dubio servant: *καταγράφω περιφέρω ἀναγλύφω ὑπομένω διατρέχω καταλαλῶ προορῶ*. Cum vero eis alia pars orationis adiungitur, modo mutant priorem modo tuentur accentum. Servant in his: *τίω ἀτίω, ὄσσω κακόσσω*, unde *κακοσσόμενος, νίπτω χερνίπτω*, unde est *χερνίψαντο δ' ἔπειτα, κιθαρίζω χοροκιθαρίζω*. In aliis mutant: *γλύφω καλαμογλυφῶ, γράφω χειρογραφῶ, σθένω εὐσθενῶ, σέβω εὐσεβῶ*. Latini similiter ser-
6 vant: *praepono praecurro;* mutant: *colligo affero*. Apud Lati-
[286]nos nulla praepositio adiuncta mutat coniugationem, *clamo cla-*

Ms. P.]

Homeros P. — *Virgilius*] Georg. III, 256. — *Vergilius* Edd. 3. *ΠΡΩΑΓΩ* P. 4. *Hoc item* P. — *in auctore* (om. au) PEdd. 5. *κακοσσόμενος*] Cf. Hom. Il. *ά*, 105. — *χερνίψαντο*] ib. 449. — *ΔΕ ΕΠΕΙΤΑ* P.

Ms. V.]

II. In Vr haec tantum leguntur ad § 4. pertinentia: (4.) *Nigidius in commentariis grammaticalibus verbum* autumo *compositum ait ex praepositione* ab *et verbo* aestimo, *dictumque intercise* autumo *tamquam si diceretur* abaestimo, *quod significaret* totum aestimo. *Sed* autumo *non id solum significat*, aestimo, *sed et* dico *et* censeo.

προκροκυλινδόμενος] „Eustathius [p. 1830, 53.] per *ἱκετευτικῶς ἀπὸ τόπου εἰς τόπον ἥκοντα* explicat. Vide quae de hoc verbo tradit Dionys. Halic. *περὶ συνθέσεως* § 15.“ Zeun.

prosubigit] „Plura si talia composita desideras, adi Quinctil. Inst. I, 9.“ Zeun. Immo I, 5, 65.

3. *δέρω ἐκδέρω*] Ferendum non est, quod h. l. *ἐκ* ponitur inter praepositiones non corruptas, infra, § 4., in *τρέχω ἐκτρέχω* inter praepositiones corruptas, ubi Zeunius coniecit legendum esse *χέω ἐγχέω*. Cum vero de verbo c. 1, § 16. *δέρω, ἐκδέρω* enumerata sint post *λέγω συλλέγω* inter ea verba quae composita sint cum praepositionibus corruptis: vix dubitandum est quin excerptor haec verba non suo posuerit loco.

4. *ab movetur in *au* auctore Cicerone*] Cum antea legeretur: *ab movetur in auctore Cicerone*, adnotavit Pontanus: „Turbat locum immissa vocula *in*. Delenda omnino ea: et verba quae aspexit Macrobius sunt in Oratore [47, 158.] Tullii ista: *Quid si etiam abfugit turpe visum est, et abfer noluerunt, aufer maluerunt, quae praepositio praeter haec duo verba nullo alio in verbo reperitur.* Indicavit Scriverius.“ — Sed *in au* esse scribendum docuit Endlicherus in adnot. ad fragm. de verbo c. 1, § 22.

6. *nulla praepositio .. mutat coniugationem*] „At vero ab hac regula

mas, declamo declamas: Graeci nonnumquam in conpositione mu-
tant coniugationem, *συλῶ συλᾶς, ἱεροσυλῶ ἱεροσυλεῖς· τιμῶ τι-
μᾶς, ἀτιμῶ ἀτιμοῖς· πειρῶ πειρᾶς, ἐμπειρῶ ἐμπειρεῖς*: licet sint
qui dicant haec non *σύνθετα* sed *παρασύνθετα*, id est non ipsa
conposita sed ex conpositis facta nominibus, ut *ἱεροσυλῶ* non sit
ἀπὸ τοῦ συλῶ sed *ἀπὸ τοῦ ἱερόσυλος*, et *ἀτιμῶ* non *ἀπὸ τοῦ
τιμῶ* sed *ἀπὸ τοῦ ἄτιμος*, et *ἐμπειρῶ* non *ἀπὸ τοῦ πειρῶ* sed
ἀπὸ τοῦ ἔμπειρος. Et haec vocant *παρασύνθετα* quae ex *συν- 7
θέτοις*, id est ex conpositis, veniunt. Nam *ἀβλεπτῶ* non *ἀπὸ
τοῦ βλέπω* derivatum est (ceterum *τ* non haberet), sed *ἀπὸ τοῦ
ἄβλεπτος*. Contra *χειροκοπῶ* non *ἀπὸ τοῦ κόπτω* (ceterum *τ*
haberet), sed *ἀπὸ τοῦ χειροκόπος*. Unde haec nomina *σύνθετα*
vocant, et verba ex ipsis facta *παρασύνθετα*. Sunt alia conposita 8
quae foris declinantur: *κιθαρῳδῶ ἐκιθαρῴδουν, δημηγορῶ ἐδη-
μηγόρουν, παιδαγωγῶ ἐπαιδαγώγουν, δυσφορῶ ἐδυσφόρουν*.
Intus vero declinantur *καταγράφω κατέγραφον, περιτρέχω περι-
έτρεχον, διαβάλλω διέβαλλον*: quae imperativo faciunt *κατάγραφε
περίτρεχε διάβαλλε*. Accentus autem de verbo non tolleretur, 9
nisi ei praecedentem partem orationis conpositio agglutinasset:
quod evenit et in aliis verbis in quibus modo longi temporis
pondus priorem retinet accentum modo correpti levitas sursum
repellit: *ἐνῆσαν ἔνεσαν, — Πολλοὶ δ' ἔνεσαν στονόεντες ὀϊστοί·
— ἀνῆσαν ἄνεσαν, — Ἀλλ' ὅτε δῆριν Ἄνεσαν· — κατεῖχε κάτ-
εχε, — Νὺξ δὲ μάλα δνοφερὴ κάτεχ' οὐρανόν*: item *συνήψας
σύναψον, συνῆξας σύναξον, συνεῖλον σύνελε, συνῆλθον σύν-*[287]
ελθε· οὕτως καὶ προεῖπον πρόειπε. Memineris nullam fere in- 10
veniri apud Latinos praepositionem quae nihil addat sensui, sicut
apud Graecos saepe praepositio nullam sensus facit permutatio-
nem: hoc est enim *εὕδω* quod *καθεύδω*, hoc *ἕζομαι* quod *καθ-
έζομαι*, hoc *μύω* quod *καμμύω*, sicut *surgo* et *consurgo*.

III. De coniugationibus.

Apud Graecos eorum verborum in quorum prima positione 1
circumflexus accentus ultimam syllabam tenet, tres sunt coniuga-

[Edd. pdzb.

6. *ΑΠΟ ΤΟΥ ΕΜΠΕΙΡΩC* P. 7. *nam ΑΠΟ ΤΟΥ ΚΟΠΤΩ* P. 9. *Πολλοὶ*] Od. φ', 12 et 60. — *Ἀλλ' ὅτε* Vid. not. *ΑΛΛΟΤΕ* P. *ἄλλοτε* Edd. — *ἀνῆσαν* Edd. — *Νὺξ*] Hom. Od. ν', 269. — *δνοφερὴ* proposuit Zeun. ex Hom. l. c. *ΑΝΟΦΕΡΗ* P. *ἀνωφερῆ* Edd. e coni. Scaligeri. Opsopoeus scripserat *ἄνω φέρει*. — *ΚΑΤΑΙΧ* P. — *σύνειλε* dzb.

[Ed. s.

III. In cod. V fol. 111. v. legitur breve excerptum ad hoc caput pertinens: *Theodosius Macrobius de Graecorum coniugationibus sic ait: Apud Graecos tres* 1) *sunt coniugationes verborum, in* 2) *quorum prima positione circumflexus accentus ultimam syllabam tenet, quibus discre-*

videtur excipiendum *reddere*, nisi forte noster grammaticus negaverit *re* vim praepositionis habere. At vero habemus *edere subdere* etc." Zeun.

9. *ἀνῆσαν ἄνεσαν*] Sine dubio scribendum erat *ἀνεῖσαν ἄνεσαν*. Sed nolui mutare quod fortasse ab ipso auctore profectum est. Unde sumptus sit locus qui sequitur, nescio, sed commodius mihi esse videbatur *ἀλλ' ὅτε* quam *ἄλλοτε*: utrumque inest in codicis scriptura *ΑΛΛΟΤΕ*.

III. *De coniugationibus.*] Cf. de verbo 1, 1 sqq., ubi coniugationes tractantur Latinae.

tiones, quibus discretionem facit secunda persona, quia prima
coniugatio habet in *ΕΙΣ* diphthongum desinentem, ut *λαλεῖς:*
secunda in *ΑΙΣ*, cui ascribitur quidem *I*, sed nihil sono con-
2 fert, ut *τιμᾷς:* tertia in *ΟΙΣ* diphthongum, ut *στεφανοῖς*. Eo-
rum vero verborum in quorum prima positione gravis accentus
penultimam syllabam signat sex sunt coniugationes: sed in his
non secunda persona discretiònem facit, quippe cum in omnibus
secunda persona in *ΕΙΣ* diphthongum finiatur, sed harum con-
3 iugationem in prima persona differentiae deprehenduntur. Quae-
ritur enim in prima positione verbi cuiusque, quae literae prae-
cedant *Ω* finalem literam verbi: et si inveneris ante *Ω Β Φ Π*
ΠΤ, *λείβω γράφω τέρπω κόπτω*, primae coniugationis pronun-
tiabis: si autem reppereris *Γ Κ Χ*, *λέγω πλέκω τρέχω*, secun-
dam vocabis: quod si *Δ Θ Τ*, *ᾄδω πλήθω ἀνύτω*, tertiam di-
ces: quarta erit, si habuerit *Ζ* aut duo *ΣΣ*, *φράζω, ὀρύσσω:*
[288] si vero fuerint liquidae *Λ Μ Ν Ρ*, *πάλλω νέμω κρίνω σπείρω*,
quintam notabunt: sexta profertur *διὰ καθαροῦ τοῦ Ω*, *ῥέω*
θεραπεύω. Nonnulli et septimam esse voluerunt praecedentibus

Ms. P. Edd. pdzb.]

III, 1. *τιμαῖς* **Edd.** **3.** *Ζ Η aut duo ΣΣ* **P.** — *πάλλω* **scripsi suadente Opsopoeo.** *ΠΩΛΩ* **(sup. add.** *vendo***) P.** *ψάλλω* **Edd.** — *ΠΟΥΩΡΕΩ* **P.** *τ ω ῥέω* **d.** *τῶνω, ῥέω* **zb.**

Ms. V.]

tionem facit secunda persona, quam prima coniugatio habet in ΕΙΣ diphthongum [3]) *desinentem* [4]), *ut λαλεῖς* [5]) *et reliqua. Eorum vero verborum, in quorum prima positione gravis accentus penultimam signat, sex* [6]) *sunt coniugationes et in prima persona differentiae* [7]) *in his deprehenduntur. Quaeritur enim in prima positione cuiuscumque verbi, quae litterae praecedant finalem.* ε (p. 194). (V [1]) *III;* [2]) in om.; [3]) *diptongon;* [4]) *desinens;* [5]) *ΤΑΤΗΙΣ;* [6]) *VI;* [7]) *deferentiae*). — Excerpta autem quae supra protulimus continuantur (V fol. 157. r. ε p. 189.) his verbis:

De coniugationibus incipit. 1. (5) *Apud Graecos eorum verborum in quorum prima positione circumflexus accentus ultimam syllabam tenet III sunt coniugationes, quibus discretionem facit secunda persona quam* [2]) *prima coniugatio habet in ΕΙΣ diphthongum desinentem, ut καλεῖς, secunda in ΑΙΣ* [1]), *cui adscribitur quidem Ι, sed nihil sono confert, ut τιμᾷς* [2]), *tertia in ΟΙΣ diphthongum* [3]), *ut στεφανοῖς.* 2. *Eorum vero verborum in quorum prima positione gravis accentus penultimam syllabam signat VI sunt coniugationes, sed in his non secunda persona discretionem* [4]) *facit, quippe cum in omnibus secunda persona in ΕΙΣ diphthongum finiatur, sed harum coniugationum in prima persona differentiae* [5]) *deprehendentur.* 3. *Quaeritur enim in prima positione verbi cuiusque, quae litterae praecedant Ω finalem litteram verbi? Si inveneris ante Ω Β, Φ, Π, ΠΤ* [6]), *λείβω, γράφω, τέρπω, κόπτω, primae coniugationis pronuntiabis. Si autem repereris* [7]) *Γ, Κ, Χ, λέγω, πλέκω, τρέχω, secundam vocabis. Quod si Δ, Θ, Τ, ᾄδω, πλήθω* [8]), *ἀνύτω* [9]), *tertiam dices. Quarta erit, si habuerit Ζ ἢ δύο ΣΣ* [10]), *φράζω, ὀρύσσω. Si vero fuerint liquidae Λ, Μ, Ν, Ρ, πάλλω, νέμω* [11]), *κρίνω, σπείρω, quintam notabunt. Sexta profertur διὰ καθαροῦ τοῦ Ω, ῥέω, θεραπεύω. Nonnulli et septi-*

1. *τιμᾷς*] **Quod in edd. legitur** *τιμαῖς*, **id natum est e codicis scriptura** *TIMAIC*. **De** *ἰῶτα* **subscripto in prima sua adnotatione Opsopoeus prodidit haec: „***Ἰῶτα* **quod vulgo subscriptum vocant, in plerisque negleximus, quod auctor ne huius quidem unquam meminerit. At ubi adscriptum fuit, fideliter expressimus", quae minus congruunt cum hoc nostro loco. Ego, ubi necessarium esse videbatur, monito lectore addidi illud** *ἰῶτα*. **Vid. not. ad c. 17, § 3.**

Ξ Ψ, ἀλέξω ἕψω. Apud Latinos, quorum nullum verbum in 4
finalem syllabam admittit accentum, cessant differentiae quas
apud Graecos circumflexus gravisve fecerunt, quorum alterum in
verbis ultimae alterum paenultimae Graeciam diximus deputasse.
Restat igitur in his Latinitati unus accentus, gravem dico, qui 5
solus Romana verba sortitus est: sed hoc proprium in verbis
Latinis habet, quod non semper, ut apud Graecos, ubi fuerit,
in paenultimam syllabam cadit, sed saepe et a fine tertiam te-
net, ut *aggero refero*. Quod apud Graecos non potest evenire, 6
apud quos in communi lingua fieri non potest, ut, cum finalis
syllaba longa est, tertius a fine habeatur accentus: Ω autem na-
turaliter longa est: ergo numquam accentus in huiusmodi verbis
apud illos in tertium gradum syllabarum recedit. Singula tem- 7
pora Graecorum verborum non simpliciter, sicut Latinitas com-
pendio utitur, proferuntur: et, ut exempli causa unius verbi de-
clinatio notetur, τύπτω perfectum facit τέτυφα, et sequitur altera
eiusdem temporis declinatio, quod medium perfectum vocant, τέ-
τυπα: item plus quam perfectum ἐτετύφειν, medium plus quam
perfectum ἐτετύπειν· ἀορίστου ἔτυψα, μέσου ἀορίστου ἔτυπον:
futurum primum facit τύψω, futurum secundum τυπῶ. Similiter
in passivo variantur tempora.

[Ed. e.

mam esse voluerunt praecedentibus Ξ, Ψ, ἀλέξω, ἕψω. 4. (6.) *Apud Latinos quorum nullum verbum in finalem syllabam admittit accentum, cessant differentiae, quas apud Graecos circumflexus gravisque fecerunt, quorum alterum in verbis ultimae, alterum penultimae Graeciam diximus deputasse.* 5. *Restat igitur Latinitati in his unus accentus, gravem dico, qui solus Romana verba sortitus est; sed hoc proprium in verbis Latinis habet, quod non semper, ut apud Graecos, ubi fuerit, in penultimam syllabam cadit, sed saepe* [om. *et*] *a fine tertiam tenet, ut* aggero, refero: 6. *quod apud Graecos non potest evenire, apud quos in communi lingua fieri non potest, ut, cum finalis syllaba longa est, tertius a fine habeatur accentus.* Ω *autem naturaliter longum* [12]) *est, ergo numquam accentus in huiusmodi verbis apud illos in tertium gradum syllabarum recedit.' Sed ad propositum revertamur. Omnium igitur verborum apud Latinos omnino coniugationes sunt tres* [13]), *in quibus, cum nullum verbum in fine, ut diximus, habeat accentum, differentias tamen coniugationum non in prima, sed in secunda persona Graeco quaerimus exemplo, quod apud illos in solis circumflexilibus* [14]) *observari solet. Prima ergo Latinorum coniugatio in secunda persona primae positionis verbo activo et neutro habet. A* ... [b]) *gravi accentu sunt.* 7. (7.) *Singula tempora* [om. *Graecorum verborum*] *non simpliciter* [om. *sicut ... utitur*] *proferuntur, et, ut exempli causa unius verbi declinatio notetur,* τύπτω *perfectum facit* τέτυφα, *et sequitur altera eiusdem temporis* [15]) *declinatio, quod medium perfectum vocant,* τέτυπα. *Item plusquamperfectum* ἐτετύφειν, *medium plusquamperfectum* ἐτετύπειν; ἀορίστου ἔτυψα, μέσου ἀορίστου ἔτυπον. *Futurum primum* τύψω *facit, futurum secundum* τυπῶ. *Sed et in passiva eiusdem verbi declinatione saepe contingit repetitio variata tempo-*

5. *qui .. sortitus est*] Cf. praef.
6. *Ω autem naturaliter longa est*] Endlicherus recepit id quod in cod. V a prima manu est correctum, *longum*, et sane plerumque in literis sic invenitur usurpatum genus neutrum in hoc libello, ut c. 4, §§ 3, 4, 6., c. 8, §§ 7 et 14.; c. 9, §§ 1 et 3., sed etiam feminini generis non desunt exempla, ut c. 5, § 5., ubi vid. not. Hoc loco (si forte mavis) propter antecedentia potest intelligi longa syllaba.

[260] IV. De tempore praesenti.

Graecorum verba omnia quae in *Ω* exeunt, seu perispomena seu barytona sint, in quacumque coniugatione eundem, tam in prima quam in secunda persona, servant numerum syllabarum: omnia vero in *MAI* terminata varia syllabarum vicissi-
2 tudine pensantur. Porro praesens omne tempus quod in *MAI* terminatur omnimodo in secunda persona unam syllabam minuit, *φιλοῦμαι φιλῇ, τιμῶμαι τιμᾷ, στεφανοῦμαι στεφανοῖ, λέγομαι λέγῃ, γράφομαι γράφῃ*, cum in activo pares syllabas utraque
3 persona servaverit. Item praesens tempus apud Graecos primae positionis, quod in *Ω* exit, alios modos de se generat. Nam tertia persona eius adhibito sibi *N* facit ex se infinitivum modum, *ποιεῖ ποεῖν, τιμᾷ τιμᾷν, χρυσοῖ χρυσοῦν:* tertia enim coniugatio *περισπωμένων OI* diphthongum in prima positione tantum tenet, in reliquis autem verbi declinationibus mutat eam in

Ms. P.]

IV, 2. *τιμοῦμαι* Edd.P. — *utraque personae* P. 3. *χρυσοῖ* Edd.P. Vid. not. — *ει diphthongum* p2–b.

Ms. V.]

ribus contenta simplicibus Latinitatis compendiis. s (V [1]) *ΑΣ.* [2]) *ΤΙΜΑΣ.* [3]) *dypthongom.* [4]) *discritionem.* [5]) *deferentias* (etiam infra). [6]) *.Τ.* [7]) *repperieris.* [8]) *ΠΛΕΝΘΩ.* [9]) *ΑΝΙΤΩ.* [10]) *ΖΗΛΟΥΟΣΣ.* [11]) *ΟΝΕΜΩ.* [12]) *longa*, quod a p. m. correctum est in *longum.* [13]) om. *tres.* [14]) *circumflexibus.* [15]) *temporalis.* Adnotavit Endl.: [a]) „Macrob. edit. *quia*, minus recte." [b]) „Locus certe etiam in nostro codice mutilus; lacuna punctis a nobis indicata sic poterit expleri: *secunda E, tertia correpta et producta I ante litteram finalem.* Verba: *gravi accentu sunt* ad verbum Graecum spectant, ad quod rediisse excerptorem e sequentibus patet."

IV. *De tempore praesenti.* (8.) *Praesens tempus in secunda coniugatione vel tertia producta in IO exeuntium secundam personam una syllaba profert minorem*, doceo, doces; ambio, ambis; *idem patitur et tertia correpta, si I ante O habeat*, ut capio, capis; pario, paris. *At in prima et ceteris verbis tertiae correptae idem manet numerus syllabarum in prima secundaque persona*, seco, secas; dico, dicis. 1. *Graecorum vero omnia verba, quae in Ω exeunt, seu perispomena seu barytona* [1]) *sint, in quacumque coniugatione eundem tam in prima quam in secunda persona servant numerum syllabarum.* (9.) *Porro in verbis vel apud Latinos* [2]) *in OR, vel apud Graecos in MAI exeuntibus syllabas contraria vicissitudo dispensat; nam secunda coniugatio et tertia producta vel correpta I ante OR eundem numerum retinent syllabarum in utraque persona*, doceor, doceris; nutrior, nutriris; capior, caperis, *cum in activo modo horum verborum secunda minuatur; in prima autem coniugatione et ceteris tertiae correptae verbis una syllaba crescit in secunda persona*, amor, amaris; dicor, diceris, *cum in activo pares in utraque persona syllabae maneant.* 2. *At in graecis omne praesens tempus, quod in MAI terminatur, omnimodo in secunda persona unam syllabam minuit φιλοῦμαι, φιλῇ; γράφομαι, γράφῃ et similia cum in activo pares syllabas utraque persona servaverit.* [Reliqua desunt.] s (V [1]) *baritona.* [2]) *Latinos* om.)

IV. *De tempore praesenti.*] Cf. de verbo c. 2, § 5 sqq., ubi quidem agitur de lingua Latina: ad utramque linguam spectat excerptum Vindobonense quod posuimus h. l.

3. *χρυσοῖ χρυσοῦν*] Sic legendum esse, non, ut in Edd. et, ut videtur, in cod. ms., *χρυσοῦ χρυσοῦν*, apparet et ex iis quae statim sequuntur, et ex § 4., ubi recte in omnibus exemplaribus legitur *χρυσοῖ χρύσοι.*

OT. Sed et in barytonis eadem infiniti modi creandi observatio
repperitur: *τύπτει τύπτειν*, *λέγει λέγειν*, etc. Nec non et impe- 4
rativum modum eadem tertia persona de se creat: in perispome-
nis quidem accentu ad superiorem syllabam translato, *ποιεῖ
ποίει*, *τιμᾷ τίμα*, *χρυσοῖ χρύσοι*: in barytonis autem subtracto *I*,
λέγει λέγε, *γράφει γράφε*, *ἄρχει ἄρχε*. In coniunctivo modo 5
nihil omnino mutatur, sed prima persona praesentis temporis
modi indicativi eadem in coniunctivo modo prima persona prae-
sentis, *ποιῶ ἐὰν ποιῶ*, *βοῶ ἐὰν βοῶ*, *θέλω ἐὰν θέλω*, *γράφω* [290]
ἐὰν γράφω. Verum differentiam facit secunda persona, *ποιῶ
ποιεῖς*, *ἐὰν ποιῶ ἐὰν ποιῇς*. Item apud Graecos prima persona 6
praesentis adiecto sibi *N* facit participium, *λαλῶ λαλῶν*, *γράφω
γράφων*. Praesens tempus Graecorum verborum quod in *MAI* 7
syllabam terminatur in *περισπωμένοις* quidem, si abiiciat *MAI*
syllabam, facit imperativum, *φιλοῦμαι φιλοῦ*, *τιμῶμαι τιμῶ*, *χρυ-
σοῦμαι χρυσοῦ*: in barytonis vero, si abiecta *MAI* syllaba acci-
piat *Υ* literam, *λέγομαι λέγου*, *γράφομαι γράφου*.

V. De praeterito inperfecto.

Graeca verba omnia, seu barytona sive perispomena, in tem- 1
pore inperfecto eandem habent primam personam numeri singu-
laris quae tertia pluralis, *ἐποίουν ἐγώ*, *ἐποίουν ἐκεῖνοι*. Item 2
in Graecis verbis omnibus quorum positio prima in *Ω* desinit
inperfectum tempus ultimam syllabam suam ab his incipere li-
teris facit a quibus ultima syllaba praesentis coepit, *τιμῶ ἐτί-
μων*, *γράφω ἔγραφον*, *τρέχω ἔτρεχον*, aut, si vocalis sola illic
fuit, et hic in capite ultimae syllabae vocalis erit, *ποιῶ ἐποίουν*,
θεραπεύω ἐθεράπευον. Omne Graecorum inperfectum activum 3
vel activo simile in *N* literam desinit: sed barytona in brevem
syllabam finiuntur, id est in *ON* semper, *ἔτρεχον ἔγραφον*: peri-
spomena vero vel a verbis in *MI* exeuntibus longa terminantur,
ἐκάλουν ἐτίμων ἐδίδουν ἐτίθην. Denique *ΡΙΠΤΩ*, quia modo
acuto modo circumflexo accentu pronuntiatur, et *ἔριπτον* et [291]
ἐρίπτουν facit: *ΚΙΩ* propter eandem causam et *ἔκιον* et *ἐκίουν*.

[Edd. pdzb.

5. *modo indicativi* dzb. 7. *adiecta* zb.
V, 3. *ΕΔΕΑΟΥΝ* P.

[Ed. s.

V. In Vs haec tantum ad hoc caput pertinentia leguntur: (10.) *In omni imperfecto tempore prima apud Latinos syllaba nec adiectione nec permutatione variatur, nam sive praesens tempus incipiat a vocali, eadem* (V *eadem eadem*) *vocalis in imperfecti declinatione servatur, ut* ago, agebam; *sive praesenti tempore initium consonans faciat, nulla imperfecto tempori vocalis accedit*, rogo, rogabam.

V. *De praeterito inperfecto*] De praeterito inperfecto Latino vid. de verbo c. 2, § 8.

3. *ἔριπτον et ἐρίπτουν*] „In hisce grammatici *P* geminare solent *ἔῤ-ῥιπτον*, *ἐῤῥίπτουν*· at vet. cod. *P* unicum utrobique habet, idque ab analogia non alienum esse his testimoniis confirmari potest. In oraculo Atheniensibus dato apud Eusebium lib. V de Evang. praepar.: *Πολλὰ δὲ τῆδ᾽ ἀπολεῖ πυργώματα καὶ καταρίψει*, quod vulgus *καταῤ-ῥίψει* scribit. Lib. VIII. Sibyllin. orac., ut vet. cod. refert: *Αὐτὸς δ᾽ εἰς θάνατον καὶ πῦρ αἰῶσιν ἔριψεν*, ubi vulgatae editiones praeter metri regulam *ἔῤῥιψεν*. Zosimus lib.

4 Et hoc etiam observandum, ut aut inperfectum retineat numerum syllabarum quem praesens habet, aut crescat una. Manet aequalitas in illis quorum praesens a vocali coepit, incrementum patiuntur quorum praesens a consonante inchoat: *ἄγω ἦγον, λέγω*
5 *ἔλεγον*. Nec sine ratione. Nam quae syllaba non crescunt adiectione temporis crescunt, dum incipientem vocalem de brevi longam faciunt, ut *ἄγω*, *A* brevis mutata est in *H* longam,
6 *ἦγον*. Saepe tamen licentia poetica incremento carent. Nonnumquam prima ipsa vocalis, si brevis est, inmobilis manet, sed vocalem alteram recipit, ut iunctae longam faciant syllabam: *ἔχω*
7 *εἶχον, ἕλκω εἷλκον, ἕρπω εἷρπον*. Aliquotiens nec mutata nec altera recepta quae fuit ipsa producitur, *ἱδρύω ἵδρυον, ὑδρεύω ὕδρευον*. Hic enim *I* et *Y* in praesenti correpta in inperfecto
8 vero longa pronuntiantur. *Ὑιοθετῶ* autem manet ut fuit, *ὑιοθέτουν*, quia non potuit habere quo cresceret: in praesenti enim longa fuit diphthongi privilegio: licet in diphthongis maxime communibus permutatio sit recepta in diphthongos longiores, ut *AI* et *OI*, quia communes sunt et nonnumquam pro brevibus habeantur, in *H* aut in *Ω* mutantur, *αἰνῶ ᾔνουν, οἰκῶ ᾤκουν*.
9 Nec me praeterit etiam *AY* diphthongum, quae numquam pro communi habita est, solere mutari, *αὐδῶ ηὔδουν, αὐχῶ ηὔχουν*, licet *OY* et *EI* inmutabiles maneant, *οὐρῶ οὔρουν, οὐτάζω οὔταζον, εἰκονίζω εἰκόνιζον, εἰκάζω εἴκαζον, τὸ γὰρ ᾔκαζον Ἀτ-*
[292]*τικόν*. *Ω* et *H* multo constantius manent, quod incrementum
10 perfectio tanta non recipit, *ὠνοῦμαι ὠνούμην, ἠχῶ ἤχουν*. Excipiuntur *ἑορτάζω* et *ὀψείω*. Cum enim apud Graecos omnia inperfecta numquam medias sed tantum ultimam vel primam moveant, illorum alterum solam mediam movit, *ἑώρταζον*, cum *ἡόρταζον* facere debuisset, alterum et primam et mediam, *ὀψείω*
11 *ᾤψεον*. *Ὁρῶ* enim et *ἑώρων* non sunt contra regulam, quia *ὁρῶ*, cum *ὥρων* facere debuit, ex abundanti principio *E* addita est, et fecit pro *ὥρων ἑώρων*, ut *οἰνοχόω ᾠνοχόουν*, et tamen

Ms. P.]

5. *H longum* Edd.P. 6. *ἕλκω εἷλκον* scripsit Pontanus Opsopoeo et Scaligero suadentibus. *ΕΛΚΩ ΕΙΛΚΟΝ* P. 8. *ἤνουν* Edd.P. 9. *ἤκαζον* Edd.P. — *Ἀττικόν*. *Ω et H* coni. Opsopoeus. *ΑΤΤΙΚΟΝΩΣ ΕΣΤΙ. multo* P. *ἀττικόν ἐστι. Multo* Edd. — *ἐχῶ* p2-b.

II. in oraculo de Byzantina urbe: *ταχὺ δὴ ῥαγὲν αἱμορoήσει*, quod grammaticis est *αἱμοῤῥοήσει*." Ops. — Secutus sum codicis scripturam, licet non ignorem simplex *P* in his inperfectis poetarum esse. Vid. Buttm. ausführl. Griech. Sprachl. § 21, Not. 5.

5. *A brevis mutata est in H longam*] In edd. et, ut videtur, in cod. ms. legitur *longum*, sed h. l. femininum genus necessarium esse videtur, praesertim quum antecedat: *dum incipientem vocalem de brevi longam faciunt*. Cf. c. 3, § 6.

9. *ὀψείω ᾤψεον*] In H. Stephani Thes. Gr. l. ed. Par. s. h. v. leguntur haec: „Sophron. apud Apollon. de pron. p. 63 B. *Ἐγὼν δέ τοι καὶ πάλαι ᾤψεον*, ubi Bekk. contra cod. *ᾤψειον*. Choerob. vol II, p. 528, 2: *Τὸ δὲ ὀψείω, ὅπερ σημαίνει τὸ ἐπιθυμίαν ἔχω τοῦ θεωρῆσαι, ὀφεῖλον εἶναι ἐν τῷ παρατατικῷ ᾤψειον διὰ τῆς ει διφθόγγου* ... *ἐγένετο ᾤψεον παρὰ Σώφρονα κατὰ ἀποβολὴν τοῦ ι*. Conf. Cram. An. vol. IV, p. 213, 10., II, p. 246, 2. Ceterum saepe hoc verbum memorant etiam alii grammatici."

dicitur ἐῳνοχόουν, et pro ἦν ἔην dicunt. Non solum in verbis
haec supervacua adiectio sed etiam in nominibus usurpata est,
ἕδνα ἔεδνα et similia. Ἀναβαίνω et ἐπέχω non primam sed se- 12
cundam syllabam mutaverunt, quia prima non verbi sed praepo-
sitionis est: verba enim sunt βαίνω ἔχω, et faciunt ἔβαινον εἶ-
χον, inde ἀνέβαινον ἐπεῖχον. Ἀναισχυντῶ mutat primam, ἠναι- 13
σχύντουν, quia ex nomine conpositum est, id est ῥῆμα ὀνοματι-
κόν, ἀναίσχυντος ἀναισχυντῶ: verba autem ex conpositis nomi-
bus parasyntheta vocantur, et a prima syllaba declinantur, ut
φίλιππος φιλιππίζω ἐφιλίππιζον: licet non ignorem, quod σύμ- 14
μαχος et συνήγορος conposita sint nomina et ex se faciant verba
parasyntheta, συμμαχῶ συνηγορῶ, quae tamen non foris sed in-
tus declinantur, συμμαχῶ συνεμάχουν, συνηγορῶ συνηγόρουν:
sed hoc ideo, quia praepositio hic habet significationem suam.
Ceterum ubi nullus ex praepositione sensus accedit, foris decli- 15
natur inperfectum, id est adiicitur illi vocalis, tamquam praesens
tempus incipiat a consonanti, καθίζω ἐκάθιζον, καθεύδω ἐκάθ-[293]
ευδον: hoc est ἵζω quod καθίζω, hoc εὕδω quod καθεύδω, quia
praepositio nihil significat. Ubi vero additur ex praepositione 16
sensus, tunc in declinatione inperfecti quaerimus, unde incipiat
verbum ipsum sine praepositione: et si verbum a vocali incipit,
quamvis praepositio habeat consonantem, verbi tamen vocalem ex
brevi mutamus in longam: ut συνάγω συνῆγον, quia aliud est
ἄγω aliud συνάγω. Item si praepositio quae sensum confert in- 17
cipiat a vocali, incipiente verbo a consonante, inperfectum ma-
nente eadem nec mutata praepositionis vocali aliam addit conso-
nanti verbi vocalem, ut est ἐνιχαίρω ἐνέχαιρον, quia aliud est
ἐνιχαίρω aliud χαίρω. Sane hoc observatur, ut vocalis quae ad- 18
ditur consonanti brevis sit, quia non potest ultra unum tempus
excrescere: λέγω ἔλεγον, λέγομαι ἐλεγόμην. Unde βούλομαι et
δύναμαι secundum communem regulam ex se faciunt ἐβουλόμην
ἐδυνάμην: sed quod saepe legimus ἠβουλόμην ἠδυνάμην, Attica
licentia est. Ultima quoque syllaba inperfecti nonnihil diversita- 19
tis habet, ut in perispomenis prima et tertia in OYN mittunt,
ἐποίουν ἐχρύσουν, secunda in ΩN, ἐβόων: quae fiunt in passivo
vel passivis similibus ἐποιούμην ἐχρυσούμην ἐβοώμην. Apud 20
Graecos solus diffinitivus modus praesens ab inperfecto disiungit,
ceteri omnes modi iungunt, ut φιλῶ ἐφίλουν: at in imperativo
φίλει praesens et inperfectum confunditur: similiter in coniunc-
tivo ἐὰν φιλῶ et in optativo εἰ φιλοῖμι et in infinitivo φιλεῖν
utrumque simul tempus appellant.

[Edd. pdzb.

13. *mutant* P. — ἀνασχυντος b. 17. ἐγχαίρω coni. Opsop., „ἐνιχαίρω poeticum est.“ 19. *passivi similibus* coni. Zeunius, „cum auctor proxime ante *passivo* in numero singulari dixerit, atque ex coniunctione dativi et ablativi aliquid ingrati oriatur et horridi.“ 20. *omnes modo* dzb. Zeunius coni. *omnes modi iunguntur*.

14. *licet non ignorem, quod .. conposita sint*] Vid. not. ad Comm. I, 13, 18.

19. *vel passivis similibus*] „Verba media, quae vulgo dicuntur, esse intelligenda nemo non facile intelligit.“ Zeun. — Cf. c. 15, §§ 9 et 15.; c. 18, § 5.; Priscian. lib. VIII, cap. de temp. verb. p. 876.

20. *at in imperativo φίλει*] „Par-

VI. De tempore perfecto.

Perfectum tempus apud Graecos non a praesenti sed a futuro figuratur: nec sine ratione. Omne enim quod factum est prius faciendum fuit. In Graecis omne perfectum aut syllaba aut uno tempore maius prima positione sui profertur, ut λέλυκα ὤπτηκα. Nec moveat quod πεποίηκα vel πεφίληκα et similia non una sed duabus syllabis primam verbi vincunt positionem. Dicimus enim primam perfecti positionem non esse praesens sed futurum, quod una non duabus syllabis superant, ut ποιήσω πεποίηκα, φιλήσω πεφίληκα. Hoc etiam argumento probatur. Nam cum numquam perfectum tempus a prima positione sui et syllaba crescat et tempore, sed tantum altero: restat ut ὤπτηκα ἠγάπηκα, si a praesentibus facta sunt, ὀπτῶ ἀγαπῶ, et syllaba maiora inveniantur et tempore: quod fieri per regulam non potest: a futuro igitur veniunt, ὀπτήσω ὤπτηκα et ἀγαπήσω ἠγάπηκα, primae vocalis correptae productione facta. Item cum numquam perfectum a consonanti incipiens par origini suae sit numero syllabarum, adversabitur regulae omne perfectum τῶν εἰς *MI*, quia parem praesentis syllabarum numerum tenet, δίδωμι δέδωκα, τίθημι τέθεικα. Sed non ita est: δώσω enim δέδωκα fecit et θήσω τέθεικα, et crevit syllaba. Numquam apud Graecos perfectum minus praesenti vel futuro invenitur. Item cum praesens a vocali incipit, omnimodo in praeterito movetur in longam. Numquam apud Graecos praeteritum perfectum in duabus syllabis invenitur, sed est interdum sex syllabarum, ut πεπολεμάρχηκα, est quinque, πεπολέμηκα, est quattuor, πεποίηκα, est trium, λέλυκα: nec umquam invenies trisyllabo minus. Necesse est enim, ut prima syllaba declinationis sit, ut λε—: se-

Ms. P.]

VI, 2. *ΛΕΛΙΚΑ* P. 6. *trisyllaba* p2-b.

Ms. V.]

VI, 1. (11.) *Item necessarium regulariter praemonemus, quod apud Graecos perfectum tempus non a praesenti, sed ex futuro velut de quadam prima positione et origine sui figuratur.* 2. *Nec tamen te moveat, cur transactum de necdum facto figurari dicitur aestimantem, quod praeteritum antiquius sit futuro. Sed non ita est* [a]). *Omne enim quod factum est, et hoc quod praeteritum est, aliquando futurum fuit; iure ergo de venturo quod iam venit efficitur, quia natura fore* [1]) [b]) *prius est quam fuisse.* 3. *Item apud Graecos numquam praeteritum perfectum in duabus syllabis invenitur, sed est interdum VI syllabarum, ut πεπολεμάρχηκα* [a]), *est V, ut πεπολέμηκα, est IV, ut πεποίηκα, est trium, ut λέλυκα, nec umquam invenies trisyllabo minus.* 7. *Necesse est enim, ut sit prima syllaba declinationis,*

ticula *at* non opponitur verbis ceteri omnes, sed exemplo *ut* φιλῶ etc." Zeun.

VI. *De tempore perfecto.*] Cf. c. 14, § 19. De huius temporis formis Latinis vid. de verbo c. 2, § 11 sqq.

2. *Nec moveat*] Obtemperavi codici ms. Sed videtur esse legendum: *Nec te moveat*, ut infra § 12. et h. l. in excerpto Vindobonensi. Vid. Gron. ad Comm. I, 12, 17. Nisi infra additum esset pronomen *te*, statuerem excerptorem omisso nomine Symmachi, cui hunc librum inscriptum fuisse docemur excerpto Vindob., consulto omisisse pronomen.

cunda originis, ut *-λυ-:* tertia finalis, ut *-κα.* Quicquid
igitur plus fuerit ad mediam syllabam, quae quidem originis est,
refertur: declinatio vero et finis singulas possident, ut est *πεφί-
ληκα*, *πε-* declinationis, *-φιλη-* originis, *-κα* finis. Ergo 8
παρακείμενος, id est perfectum, minus trisyllabo non invenitur
excepto *οἶδα*, quod bissyllabum est et *παρακείμενος*. Nec mi-
rum, cum hoc verbum in multis regulae resistat. Nullum nam- 9
que perfectum hoc excepto ab *OI* diphthongo inchoare repperies.
Item cum prima verbi positio *EI* diphthongo inchoat, in nullo
tempore mutatur. Huius verbi origo, id est *εἴδω*, mutavit *EI*
in *OI.* Quotiens perfectum a longa oritur, necesse est plus
quam perfectum ab eadem semper incipere: quod hoc verbum
neglegit: nam plus quam perfectum *ᾔδειν* est, cum perfectum
οἶδα sit. Deinde omne participium in *ΩΣ* desinens solam ulti-
mam syllabam in *ἄλφα* mutando idem tempus efficit, *γεγραφη-
κὼς γεγράφηκα*, *λελυκὼς λέλυκα:* *εἰδὼς* autem non facit *εἶδα*
sed *οἶδα.* Solus igitur iste *παρακείμενος* vitiis obsessus non no-
cebit. Omne verbum Graecum, si in praesenti a simplici (ex- 10
cepto *P*) incipit consonante, primam in tempore perfecto sylla-
bam geminat, *γράφω γέγραφα*, *λέγω λέλεχα.* Nec talis gemina-
tio praepositionis adiectu impeditur, *προκομίζω προκεκόμικα*, [296]
συγγράφω συγγέγραφα. Omne perfectum tempus in perispome- 11
nis vel solum primum in barytonis desinit aut in *KA* aut in
ΦA aut in *XA*, *τετήρηκα γέγραφα πέπληχα*, adeo ut omne
paene verbum similium declinationem sequatur: *τηρῶ τηρεῖς*,
χωρῶ χωρεῖς, *τετήρηκα κεχώρηκα· γράφω γράφεις*, *τρέφω τρέ-
φεις*, *γέγραφα τέτραφα· πλήττω πλήττεις*, *τάττω τάττεις*, *πέ-
πληχα τέταχα.* Nec te moveat, quod, si Graecum verbum inci- 12
piat ab una de his literis quas *δασέα σύμφωνα* vocant, cum ad

[Edd. pdab.

9. *εἴδειν* Edd.P. — *in α* Edd. 10. *excepto γ* Edd.P. — *ΠΡΟΜΙΖΩ* P. 11. *ΤΕΘΗΡΗΚΑ* P. — *ΤΕΤΗΚΑ. ΚΕΚΩΡΗΚΑ*

[Ed. s.

secunda originis, tertia finalis, ut λέλυκα ΛΕ prima syllaba declinationis est, quae induxit magnum augmentum; ΛΥ originis est, quia prima verbi positio ab hac incipit; KA finalis est. 8. *Nec te moveat οἶδα quod disyllabum est, nam παρακείμενον habetur; hoc enim multiplicatione corruptum docetur;* 9. *nam praeter hoc nullum perfectum tempus ab OI diphthongo incipit; huius verbi origo est εἴδω, et mutari EI in OI salva et incorrupta ratione non habuit* [c]), *inde εἴδειν debuit esse praeterito perfecto.* s (V [1]) *cor*, punctis superpositis. [2]) *ΠΕΠΟΛΗΜΑ ΡΑΝΚΑ*). Adnotavit Endl.: [a]) „Excerptoris verba apud nos esse videntur.“ [b]) „*fore* legendum esse acute vidit Kopitarius V, CL.“ [c]) „Nota Graecismum.“

8. *perfectum minus trisyllabo non invenitur excepto οἶδα*] Hoc verum non esse docent perfecta *ἧχα εἶκα.*

9. *γεγραφηκὼς γεγράφηκα*] Vid. H. Steph. Thes. Gr. L. ed. Paris. vol. II, p. 782., ubi leguntur haecce: „Cum *γέγραφα* permutatur *γεγράφηκα* ap. Lucian. de hist. scrib. c. 31. et alibi. Vid. Dorv. ad Char. 8, 5, p. 624, Lobeck. ad Phryn. p. 764, Tzetz. ad Lycophr. p. 257 Müll., ab Schaef. citt.; Xenophont. Anab. VII, 8, 1. et qui Aristaeneti ll. duos citavit Bast. Ep. crit. p. 242.“

10. *excepto P*] Iisdem verbis Kühner Ausführl. Gr. der gr. Spr. § 96, 4. „*eine Ausnahme machen die mit ρ.*“ *P* facile mutari potuisse in *Γ*, quod vulgo legitur, apparet.

geminationem venitur, non δασὺ iteratur, sed ἀντίστοιχον eius,
13 θαῤῥῶ τεθάῤῥηκα, φονεύω πεφόνευκα, χρίω κέχρικα. In Latinis vero eadem litera geminatur, *fallo fefelli*. F enim apud Latinos δασὺ non est, quia non habent consonantes δασείας et F digammon est *Αἰολέων:* quod illi solent magis contra vim aspirationis adhibere, tantum abest, ut pro *Φ* habendum sit. Ipsum autem *Φ* adeo Latinitas non recipit, ut pro ea etiam in Graecis
14 nominibus *P* et *H* utatur, ut *Philippus Phaedon*. — *Frigeo frixi* facit a secunda coniugatione: *frigo* vero *frixi* a tertia, unde *frixum frixorium*, id est calefactorium. Similiter *aceo aces, acui*, unde inchoativum *acesco:* et *acuo acuis, acui*. *Fero tuli* et *tollo tuli*, [*sustulo*] *sustuli*, [*adtulo*] *adtuli*. Accius vero in Andromeda etiam ex eo quod est *tulo*, quasi a themate *tuli*, declinat: *Nisi quod tua facultas nobis tulat operam*. *Vertor* et *verror versus sum*. *Patior* et *pandor passus sum*, non *pansus*. Virgilius: *passis crinibus*. *Explico explicui*, quia *plico plicui:* sed Cicero pro Tullio *explicavit* ait.

[297] VII. De plus quam perfecto.

In Graecis verbis quae in *Ω* exeunt omne perfectum tempus mutat in fine *A* in *EIN*, et facit plus quam perfectum,
2 quod illi ὑπερσυντελικὸν vocant. In capite vero, si perfectum a vocali incipit, ab eadem vocali et plus quam perfectum incipiat necesse est, ἔφθαρκα ἐφθάρκειν, εἴρηκα εἰρήκειν: si vero initium perfecti consonans fuerit, tunc ὑπερσυντελικὸς ab adiecta

Ms. P.]

P. 12. *ΦΟΝΕΙΩ* P. φωνεύω p2-b. 14. *Frigeo, frixit* p-z. *frigeo, frigui* b e coni. Zeunii. Vid. not. — *acuo, acuis, acuit* Edd.P. — *Virgilius*] Aen. I, 480. et II, 403. — *Vergilius* Edd. — *pasis* P. — *Cicero pro Tullio*] Ex hac oratione Diomedes lib. I, p. 369 Putsch. affert *plicavi*.

Ms. V.]

VII. In Vz hoc caput omnino omissum est.

12. *ἀντίστοιχον eius*] „Ἀντίστοιχα apud grammaticos Graecos sunt literae consonantes quae cum aliis ob leges euphoniae inprimis permutantur, et in illarum locum succedunt: veluti *Φ*, *X*, *Θ* et *Π*, *K*, *T* etc." Zeun. — Cf. Athen. Deipnos. XI, 103, p. 501 B. ἡ μὲν φιάλη κατ' ἀντιστοιχίαν ἐστὶ πιάλη.

13. *F digammon est Αἰολέων*] „Monuit recte amicus F maiuscula haec commode illuminanda. Ea enim apud Aeolen digamma. Laudat ex tripode Apollinis, qui Byzantii, Priscianus: *ΔΗΜΟΦΑFΩΝ*, *ΛΑΟΚΑFΩΝ*." Pont. — Vid. F. Thiersch. Gr. Gramm. § 152. et Steph. Thes. Gr. L. s. v. *Δίγαμμα*, ubi Guil. Dindorfius: „Alia, inquit, forma *Δίγαμμον*, τὸ, locis plurimis legitur apud Alypium, vid. Meibom. not. p. 70. *Digammos litera* ex Terentiano Mauro memorat Schneider."

14. *Frigeo frixi*] „Formam huius verbi esse corruptam patet non modo ex sequenti explicatione, sed et ex seq. verbo *frixi*. Igitur audacter lege *frigui*. Ceterum auctor hoc verbum propterea posuit, quod respondet Graeco φρύγειν." Zeun. — Non vidit homo doctus agi de eiusdem formae praeteritis perfectis quae a diversis verbis essent derivanda. Prima tantum persona, ut e codice elucet, ponenda erat pro tertia *frixit*, quam in suis exemplaribus invenit Zeunius.

[*sustulo*] .. [*adtulo*]] Haec uncis inclusi ut non convenientia antecedentibus.

explicavit] „De usu huius praeteriti et loco Ciceronis in orat. pro leg. Manil. [11, 30.] vide quae tradit Gellius I, 7, sub finem." Zeun.

VII. *De plus quam perfecto*] De hoc tempore pauca tantum supersunt in fragm. de verbo c. 1, § 15.

sibi vocali incipit, πεποίηκα ἐπεποιήκειν, γέγραφα ἐγεγράφειν: nec inmerito. Bina enim tempora, ut et supra diximus, naturalis 3
quaedam cognatio copulavit: cum praesenti inperfectum, cum perfecto plus quam perfectum, cum aoristo Graecorum futurum.
Ideo apud illos sicut incipiente praesenti a vocali inperfectum 4
similiter a vocali incipit, si vero praesens a consonante coepit, additur inperfecto vocalis, φθείρω ἔφθειρον: ita et plus quam perfectum simili observatione de initio perfecti cognati sibi leges assumit excepto eo quod brevem quam in principio perfecti repperit non mutat in longam, sicut mutat inperfectum de capite praesentis acceptam, ἄγω ἦγον. Post plus quam perfectum con- 5
sequens erat, ut de infinito tempore, id est περὶ ἀορίστου, tractaremus, sed ideo praetermittimus, quia eo Latinitas caret.

VIII. De futuro.

Tres sunt omnino syllabae quae in Graecis verbis futuro 1
tempori terminum faciunt. Aut enim in ΣΩ exit aut in ΞΩ [298]
aut in ΨΩ, λαλήσω πράξω γράψω, nisi quod quinta βαρυτόνων ante Ω liquidam suam retinet. Item Graeca verba, si perispo- 2
mena sint cuiuscumque coniugationis, ultra numerum syllabarum praesentis augent una syllaba futurum: ποιῶ ποιήσω, τιμῶ τιμήσω, δηλῶ δηλώσω: barytona in quacumque coniugatione eundem numerum servant: λέγω λέξω, ἄγω ἄξω, ἐγείρω ἐγερῶ, ἡνιοχεύω ἡνιοχεύσω. In Graecis Latinisque verbis paenultima 3
praesentis manet in futuro, ἀγαπῶ ἀγαπήσω, –γα– mansit; θεραπεύω θεραπεύσω, –πευ– mansit; *cogito cogitabo*, –*gi*– mansit. Si verbum barytonon sit habens in praesenti μετάβολον 4
ante Ω, id est liquidam consonantem, tunc paenultima quae in praesenti longa fuit fit brevis in futuro: πλύνω πλυνῶ, χραίνω χρανῶ, ἐγείρω ἐγερῶ. Diximus perispomena augere una syllaba 5
futurum, quia crescit ultima: φιλῶ φιλήσω, νικῶ νικήσω, στεφανῶ στεφανώσω. Sed non semper sub eadem praecedentis literae observatione succedit adiectio. Nam in prima coniugatione 6
aut *H* aut *E* ante Ω repperitur, πωλῶ πωλήσω, φορῶ φορήσω. Et apud illos, quotiens in futuro *E* ante Ω ponitur, bre-

[Edd. pdab.

VII, 2. *ypersinthelicus* P. 4. *praesente* Edd. — ἔφθειρον scripsi Opsopoeo et Zeunio suadentibus. Vid. not. ἔφθαρκα PEdd.
VIII, 1. *barytonωn* Edd.P. 4. ΧΡΥΝΩ ΧΡΥΝΩ P. χραίνω χρανῶ emendavit Opsop. Quod non improbans Zeunius proposuit minus recte χαίνω vel φαίνω vel χαίρω. 6. φορέσω Edd.

[Ed. ε.

VIII. In Vε haec tantum leguntur huc pertinentia: 1. (12.) *Item tres sunt omnino syllabae, quae in graecis verbis futuro tempori terminum faciunt, aut enim in ΣΩ exit, aut in ΞΩ, aut in ΨΩ* [1]), *ut* λαλήσω, πράξω, γράψω [2]). (V [1]) *ΧΩ*. [2]) *ΤΡΑΧΩ*).

4. φθείρω ἔφθειρον] Quod in omnibus exemplaribus legitur, φθείρω ἔφθαρκα, inde ortum esse putaverim, quod quis margini adscripserit ἔφθαρκα post verbum *repperit* addendum, idque pro ἔφθειρον h. l. sit insertum.

5. *ideo praetermittimus*] Cf. c. 18, § 7.

VIII. *De futuro*] In fragm. de verbo perpauca de hoc tempore supersunt c. 1, § 16.

6. φορῶ φορήσω] Desideratur exemplum futuri in εσω desinen-

rem esse praesentis paenultimam observatum est. Nec tamen ·eciproca est necessitas, ut, quotiens brevis est paenultima praeentis, *E* ante *Ω* sit in futuro: ecce enim *νοῶ νοήσω, φιλῶ φιλήσω.* Secunda coniugatio aut *H* ante *Ω* in futuro habet, ut ›πτῶ ὀπτήσω:* aut *A* productum, ut *περάσω:* aut *A* correptum, ıt *γελάσω.* Deprehensumque est eorum futurorum *A* in paenıltima produci quorum praesens aut nullam consonantem ante]*Ω* aut *P* habet, *ἐῶ ἐάσω, περῶ περάσω,* in contrarium non ·edeunte necessitate, siquidem *χρῶ χρήσω* facit et *ἐγγυῶ ἐγγυήσω:* illic vero corripi ubi in praesenti ante *Ω A* invenitur, *γελῶ γελάσω:* sed nec in hoc haec in se necessitas redit, *κολλῶ κολλήσω. Πεινάσω* autem et *διψάσω* Dorica sunt per solam iteram, non etiam per accentum: illi enim in omni futuro in *Ω* desinente ultimam circumflectunt. Tertia aut *Ω* in paenıltima futuri habet aut *O:* sed hic certa distinctio est. Nam rerba quae derivativa sunt *Ω* habent, quae vero principalia nec ›x alio tracta *O: τέκνον, τεκνῶ τεκνώσω· στέφανος, στεφανῶ στεφανώσω: ὁμῶ* autem *ὁμοῖς,* quia non derivatum est, *ὁμόσω* 'acit et *ἀρῶ ἀροῖς ἀρόσω.* Apud Graecos non facile prima sylaba praesentis mutatur in futuro, quod praemissis patebit regulis. Futurum apud illos altero e duobus locis movetur, aut ultimo ıut paenultimo. Ultimus duobus modis movetur, aut literis aut ıccentu: literis, ut *γράφω γράψω, νύσσω νύξω:* accentu, ut *νέμω νεμῶ, δέρω δερῶ.* Et cum movetur ultimus, non omninodo movet paenultimum: motus autem paenultimae omnimodo ıltimam movet: *ἀγείρω ἀγερῶ, μιαίνω μιανῶ.* Hic enim et de ›aenultima subtracta est litera, et in ultimam cecidit accentus.

Ms. P.]

'. *in contrarium* scripsi e coni. Opsopoei, qui confert id quod sequitur: *ıaec in se necessitas redit.* *contrarium* (om. *in*) Edd.P. — *ἐγγυῶ* (om. :t) Edd. — *κινάσω* Edd.P. 8. *στέφανος* om. p2-b; reponendum :sse vidit Zeun. — *ΟΜΩ .. ΟΜΟΙΣ .. ΟΜΟΣΩ* P. *ὁμῶ .. ὁμοῖς .. ὁμόσω* Edd. 10. *ΜΑΙΝΩ ΜΑΝΩ* P. Sed cf. § 11. — *in ultinam recidit* coni. Zeun.

is: sed haud recte scriptum est *φορέσω.* Statuendum est potius ıliud verbum excidisse, ut *στορῶ στορέσω.* Verbum ipsum *φορῶ* hic ›ositum non fuisse inde collegeris, quod hoc praemisso non aliis opus rat verbis quibus probaretur non, quotiens brevis esset paenultima ›raesentis, *E* ante *Ω* esse in fuuro. At omnino illam observatioem, quotiens in futuro *E* ante *Ω* onatur, brevem esse praesentis aenultimam nihili esse demonrant verba *αἰνῶ* et *ἀρκῶ.*

7. *περάσω*] Hoc ubi significet *ransibo*, *α* habere productum, sed orreptum, ubi significet *vendam*, ocent grammatici.

πεινάσω et διψάσω] Cf. Lobeck. ad Phrynich. p. 204.: „Pro *πεινήσω* etiam nonnulli labente Graecitate *πεινάσω* dixerunt, quod Dorica *τροπῇ* effectum tradunt grammatici. V. Etym. s. v. *βοήσω*, Draco p. 15. Schol. in Dion. Gramm. p. 807." etc. — Haec leguntur in H. Steph. Thes. Gr. L. s. v. *πεινάω*, ubi additur Choerob. in Theod. p. 655, 6. Futurum *διψάσω* neutro loco commemoratur.

illi] sc. Dorici, quod est intelligendum ex antecedenti *Dorica sunt.*

9. *quod praemissis patebit regulis*] „Aut corrige *posterioribus*, aut certe, quod sane paulo durius videtur, interpretabere per *sequentes.*" Zeun. — Intelligas: „quando erunt praemissae regulae."

Nec non et *κνίγω κνίξω*, *ἐρύκω ἐρύξω*. Mutata est et finalis
in litera et quae antecedit in tempore, siquidem *I* et *Υ* verbo-
rum supra dictorum in praesenti quidem producuntur, corripiun-
tur autem in futuro. Si ergo necesse est, ut in barytonis ver- 11
bis quae habent in praesenti ante *Ω* liquidam consonantem in
futuro paenultima ex longa brevis fiat, ut *ἀγείρω ἀγερῶ*, *μιαί-*[300]
νω μιανῶ: sequitur, ut, cum huiusmodi verba bissyllaba reppe-
riuntur, in quibus syllaba quae incipit ipsa est utique in paen-
ultima, tunc mutetur non quasi prima sed quasi paenultima,
κείρω κερῶ, *σπείρω σπερῶ*. Ita fit, ut apud Graecos mutari 12
nonnumquam futuri syllaba prima dicatur. Item *τρέφω* primam
literam permutantes *θρέψω* faciunt, et *ἔχω ψιλὸν ἕξω δασὺ*
pronuntiant: sed *θρέψω* quidem ut diceretur, *Ἴωνες* obtinuerunt,
quibus libido est aspirationem modo addere modo demere: ad-
dere, ut *τρέφω θρέψω* et *τρέχω θρέξω:* demere, ut *θρίξ τριχὸς*
faciunt. *Ἔχω* autem et *ἕξω* circa aspirationem certa ratione dis- 13
sentiunt, quia, cum fas esset utrique aspirationem dari, ut *ἕλκω*
ἕλξω, hanc *τῷ ἔχω* assignari necessitas illa non passa est, quia
fieri non potest, ut ulla vocalis praeposita *X* literae aspiratio-
nem habeat. Denique *Υ*, quia numquam sine aspiratione incipit, 14
numquam *X* literae praeponitur, ne alterius natura violetur, aut
τοῦ Υ, si incipiat sine aspiratione, aut *τοῦ X*, si qua vocalem
cum aspiratione sustineat. Futurum ergo *ἕξω*, subducta aspira- 15
tione necessitate *X* literae, spiritum vehementiorem aut recipit
aut tenuit. In nonnullis vero verbis in *MI* exeuntibus fit pri-
mae syllabae non permutatio sed amissio, ut *τίθημι θήσω*, *δί-*
δωμι δώσω, *κίχρημι χρήσω*.

IX. De praesenti tempore passivo.

Omne praesens tempus apud Graecos in *Ω* desinens modi 1
indicativi generis activi verbi perispomeni, si secundae coniuga-[301]

[Edd. pdzb.

12. *Iidem* coni. Zeun. — *Iones* Edd. Sed cf. c. 14, §§ 15, 18, 20. — *ΤΡΕΦΩ ΤΡΕΨΩ* P. 13. *littera ea* P. 14. *si quam* coni. Ops. 15. *aut recipit aut renuit* coni. Ops. *aut recipit aut tenuat* coni. Pont. *nunc recipit pro tenui* Zeun. Vid. not. — *ΤΙΘΕ-ΜΙ* P.

[Ms. V. Ed. ε.

IX. In Vε haec tantum leguntur: 1. (13.) *Item omne praesens tempus apud Graecos in Ω desinens, modi indicativi, generis activi, verbi*

10. *corripiuntur autem in futuro*] Immo videntur corripi propter duplicem quae sequitur consonantem, qua sola produceretur syllaba. Vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 107.

13. *necessitas illa*] „Noster *necessitatem* subinde adhibet pro *regula*. Eandem vim Graeci *ἀνάγκη* subiiciunt. Nam sane in omni regula est quaedam necessitas, qua aliquid fieri debet. Sic Anacreon 36. habet *νόμους καὶ ῥητόρων ἀνάγκας*.“ Zeun. — Cf. c. 15, § 4., c. 16, §§ 2 et 3.

15. *subducta aspiratione*] sc. in praesenti tempore.

spiritum vehementiorem aut recipit aut tenuit] „Spiritus vehementior hic est qui alias dicitur asper, cui opponitur tenuis.“ Zeun. — Haec verba qui mutare voluerunt, ii non recte ea intellexerunt. Namque si respicimus ad aoristum *ἔσχον*, verbi *ἔχω* origo est *ΣΕΧ* vel *Σ* in spiritum asperum mollito *ʽΕΧ*. Hic spiritus cum in praesenti tempore mutetur in lenem, in futuro aut, si respicimus ad praesens, recipitur, aut, si ad originem, tenetur.

tionis sit, adhibet fini suo *MAI* syllabam et facit de se passivum, *βοῶ βοῶμαι, τιμῶ τιμῶμαι:* si vero sit primae vel tertiae, *Ω* in *OΥ* mutato et accepta similiter *MAI* passivum creat, *φι-*
2 *λῶ φιλοῦμαι, χρυσῶ χρυσοῦμαι.* Permutationem autem *Ω* in *OΥ* de circumflexo accentu nasci indicium est futurum linguae Doricae, quod hanc permutationem, cum in alterum genus transit,
3 sibi vindicat, *ποιήσω ποιησοῦμαι, λέξω λεξοῦμαι.* At in barytonis omnibus *Ω* in *O* mutato et adiecta *MAI* passivum figura-
4 tur, *λέγω λέγομαι, τύπτω τύπτομαι, ἡνιοχεύω ἡνιοχεύομαι.* Ita ergo breviter diffiniteque dicendum est: Omne praesens passivum habet in paenultima aut *Ω* aut *OΥ* aut *O*, *τιμῶμαι φιλοῦμαι γράφομαι.* Quae aliter habuerint ex illis verbis sunt quorum prima positio in *MI* exit, quae semper passivi paenultimam
5 brevem faciunt, ut *τίθεμαι ἵσταμαι δίδομαι.* Item ex secunda vel tertia coniugatione eadem est secunda persona passivi quae activi tertia, *νικᾷ ἐκεῖνος, νικᾷ σύ· στεφανοῖ ἐκεῖνος, στεφανοῖ*
6 *σύ.* Item praesens quod in *MAI* desinit, seu perispomenon seu barytonon et cuiuscumque coniugationis sit praeter illa quorum prima positio in *MI* exit, secundam personam una syllaba minorem profert, *λαλοῦμαι λαλῇ, τιμῶμαι τιμᾷ, στεφανοῦμαι στεφανοῖ, λέγομαι λέγῃ, θεραπεύομαι θεραπεύῃ.*

X. De tempore minus quam perfecto passivo.

Minus quam perfectum passivum apud Graecos duobus nas-
[302]citur modis. Aut enim omne praesens tempus passivum mutata in fine *AI* diphthongo in *HN* cum adiectione temporis crescentis in capite facit ex se minus quam perfectum, *ἄγομαι ἠγόμην, τρέφομαι ἐτρεφόμην:* aut minus quam perfectum activum ante ultimam literam suam inserit *MH* et facit ex se pas-
2 sivum, *ἐποίουν ἐποιούμην, ἔγραφον ἐγραφόμην.* Apud Graecos minus perfecto passivum minorem syllaba in verbis omnibus profert secundam personam praeter illa quae in *MI* exeunt: *ἐποιούμην ἐποιοῦ, ἐτιμώμην ἐτιμῶ, ἐδηλούμην ἐδηλοῦ, ἐλεγόμην ἔλεγου.*

Ms. P.]

IX, 3. *Aut in* P. 6. *ΛΑΛΗ .. ΤΙΜΑ .. ΛΕΓΗ* P.

X, 1. *ΤΡΕΦΟΜΗΝ* P. 2. *syllaba* scripsi e coni. Zeunii. *syllabam* Edd.P.

Ms. V. Ed. e.]

perispomeni, si secundae coniugationis sit, adhibet fini suo MAI syllabam et facit de se passivum; βοῶ βοῶμαι, τιμῶ τιμῶμαι. Si vero sit primae vel tertiae, Ω in OΥ mutato et accepta (V a p. m. c o *cepta*) *similiter MAI passivum creat, φιλῶ φιλοῦμαι, χρυσῶ χρυσοῦμαι. Permutationem autem Ω in OΥ de circumflexo accentu indicium est.* (Reliqua vid. c. 23.)

IX, 2. *futurum linguae Doricae*] „Cf. Varinus Phavorinus sub voce *ἐπῶρσε*.“ Zeun.

4. *prima positio*] „In nominibus a veteribus grammaticis prima positio dicitur casus nominativus, in verbis autem quae vulgo prima vocatur persona.“ Zeun. — Errasse hominem doctum non est difficile probatu. Nam prima persona hoc ipso nomine appellatur c. 3, § 2., c. 4, § 5., c. 18, §§ 6 et 8. al., sed prima positio id est unde aliud quid derivatur, sive persona sive tempus sive modus est. Cf. c. 3, §§ 1. 2. 3., c. 4, § 3., c. 5, § 1., inprimis autem c. 6, §§ 1. 2. 3., c. 14, § 12., c. 15, § 7. Idem valet *primum thema* c. 15, § 17. et *thema* c. 19, § 17.

X, 1. *temporis crescentis*] quod augmentum vocant grammatici.

XI. De perfecto et plus quam perfecto passivis.

Perfectum activum quod in *KA* desinit, si habuerit paenulti- 1
mam natura longam, transfert finalem syllabam in *MAI* et facit de
se passivum: *νενόηκα νενόημαι*, *τετίμηκα τετίμημαι*, *κεχρύσωκα*
κεχρύσωμαι: si vero paenultima brevis sit, *σίγμα* superaddit ultimae
(oportet enim paenultimam in hoc tempore aut natura aut posi-
tione longam fieri): *τετέλεκα τετέλεσμαι*, *γεγέλακα γεγέλασμαι*,
ἤρoκα ἤρoσμαι. Denique et in sexta verbi barytoni, quia inter- 2
dum in illa *παρακείμενος* habet paenultimam longam interdum
brevem, ubi longa est, tantum mutat *KA* in *MAI*, ubi vero
brevis est, addit et *σίγμα*: *θεραπεύω τεθεράπευκα τεθεράπευμαι*,
σβεννύω ἔσβεκα ἔσβεσμαι, *ξύω ἔξυκα ἔξυσμαι*. *Λέλυκα* autem
λέλυμαι et *τέθυκα τέθυμαι* non carent vitio, quia, cum brevis *Υ*,
Σ non recipit. Sane in barytonis tertia coniugatio et cum paen- 3
ultimam longam habeat, tamen adhibet *σίγμα*, *πέπεικα πέ-* [309]
πεισμαι. Quae in *ΦΑ* desinunt vel quae ante *Α* habent *ΓΚ*,
haec *διὰ δύο μῦ* in passivo pronuntiantur, *τέτυφα τέτυμμαι*:
quae vero in *ΧΑ*, transeunt in *ΓΜΑΙ*, *νένυχα νένυγμαι*, *πέ-*
πληχα πέπληγμαι. Cum ante ultimam syllabam aut *Ρ* aut *Λ* 4
repperitur, *KA* transit in *MAI*, *ἔψαλκα ἔψαλμαι*, *κέκαρκα κέ-*
καρμαι. Idem servant et verba quae in prima positione *Ν* ha-
bent in ultima syllaba, *κρίνω κέκρικα κέκριμαι*, *πλύνω πέπλυκα*
πέπλυμαι. — *Ὑπερσυντελικὸς* passivi generis de *παρακειμένῳ* 5
suo nascitur. Ille enim incipiens a vocali in *HN* terminum mu-
tat et hunc efficit, *ἔφθαρμαι ἐφθάρμην*, *ἥττημαι ἡττήμην*: aut
si ille coepit a consonanti, hic praeter finis mutationem quam
diximus etiam vocalem principio suo adhibet, *πεποίημαι ἐπεποι-*
ήμην, *λέλεγμαι ἐλελέγμην*.

[Edd. pdzb.

XI, 2. *in illa pericimenos* P. — *ubi verbo brevis est* dz. Correxit Zeun. — *ECBHKA* P. — *ΛΕΛΥCΜΑΙ* P. — *O non recipit* P. *Σ non recipitur* coni. Zeun. Vid. not. 3. *γ*, *κ* Edd., licet sine virgula legendum esse *γκ* iam viderit Ops. — *πέπληκα* Pp–z. 4. *ΠΕΠΛΕΥΚΑ* P. 5. *de paracimeno* P.

XI, 2. *ἔσβεκα*] In cod. ms. legitur usitata perfecti forma *ἔσβηκα*, quae tamen non quadrat in Macrobii argumentationem, quamobrem nolui eam revocare.

cum brevis Υ] „Illud *υ* hic anceps videtur fuisse. Nam in *λύσις* et *λυτὸς* corripitur, at in *λύτωρ λυτήρ* et *λῦμα* producitur: quae tamen omnia videntur a praeterito proficisci. Cf. Clark. ad Iliad. *ά*, 314.“ Zeun.

Σ non recipit] Zeunius censet sensum postulare *recipitur*. Si quid mutandum esset, mallem legi *recipiunt*: at *recipit* bene se habet, dum referas ad antecedens *Υ*.

3. *τέτυφα τέτυμμαι*] Omissum esse exemplum *πέφαγκα πέφασμαι* monuit Opsop. Idem exemplum affert I. Weller Gr. Gr. p. 149. et Fischerus in Animadv. ad hunc huius gramm. locum, cum recentiores grammatici (cf. Matth. § 186, 6, 1, b. et Buttmann § 144. s. v. *φαίνω*) non nisi formam *πέφασμαι* commemorent, quam Wellerus p. 150. dicit esse Atticam et Fischerus l. c. derivat a verbo *φάζω*. Idem (p. 405.) alia prodit exempla ex Eustath. ad Odyss. *β´*, p. 1436, 51. *ᾐσχυμμένος*, *μεμολυμμένος*, *μεμαραμμένος*, et e Suida s. v. *ὑφήφασμαι*, *ὕφαγκα ὕφαμμαι*, ubi tamen Attica forma dicitur esse *ὕφασμαι*. Alia addit Lobeckius ad Phrynich. p. 35., qui hanc formam neque multitudine neque gravitate testium dicit cum illa (in —*σμαι*) contendere posse, quam grammatici et ipsi Atticam nuncupent.

XII. De futuro passivo.

Paenultima syllaba apud Graecos futuri activi quarta fit a
fine passivi, *νοήσω νοηθήσομαι*, *θεραπεύσω θεραπευθήσομαι*,
ἐλάσω ἐλασθήσομαι. Secunda persona minor syllaba fit quam
2 prima: *λαληθήσομαι λαληθήσει*, *τιμηθήσομαι τιμηθήσει.* Illa
vero species propria Graecorum est, quod habet in genere passivo
futurum quod rem significat non multo post sed mox futuram,
ut *πεποιήσομαι γεγράψομαι.* Hoc autem tempus ex perfecto
eiusdem generis nascitur. Insertis enim secundae personae
perfecti duabus literis *O καὶ M* futurum paulo post, quod At-
[304]ticum vocatur, efficitur, *πεποίησαι πεποιήσομαι*, *γέγραψαι γεγράψομαι.*
Nec ab re erat paulo post futurum ex paulo ante
3 transacto tempore procreari. Inveniuntur huiusmodi tempora
figurata et ex verbis in *Ω* exeuntibus, ut est *δεδοικήσω*, quod
proprium Syracusanorum est, et *δεδώσω*, ut apud Dracontem:
Ἀτὰρ καὶ δῶρα δεδώσομεν, quasi *paulo post dabimus.*

XIII. De indicativo qui et diffinitivus.

Indicativus habet solutam de re quae agitur pronuntiationem.
Nam qui dicit *ποιῶ* ostendit fieri, qui autem dicit *ποίει*
ut fiat imperat, qui dicit *εἰ ποιοῖμι* optat ut fiat, qui dicit *ἐὰν
ποιῶ* necdum fieri demonstrat: cum dicit *ποιεῖν*, nulla diffinitio
est. Solus igitur diffinitus perfecta rei diffinitione continetur:
unde Graeci *ὁριστικὴν ἔγκλισιν*, Latini *modum diffinitivum* vocita-
2 verunt. Denique omnia tempora in hoc solo modo disiuncta et
libera proferuntur. Dicunt enim *ἐνεστῶτος ποιῶ*, *παρατατικοῦ
ἐποίουν.* At in imperativo iunguntur haec tempora *ἐνεστῶτος
καὶ παρατατικοῦ, ποίει:* item in coniunctivo *ἐνεστῶτος καὶ παρατατικοῦ,
ἐὰν ποιῶ:* et in optativo *ἐνεστῶτος καὶ παρατατικοῦ,
εἰ ποιοῖμι:* in infinitivo *ἐνεστῶτος καὶ παρατατικοῦ, ποιεῖν.*
3 Similiter indicativus *παρακειμένου* facit *πεποίηκα* et *ὑπερσυντε-
λικοῦ ἐπεποιήκειν:* imperativus vero *παρακειμένου καὶ ὑπερσυν-
τελικοῦ* facit *πεποίηκε πεποιηκέτω:* et coniunctivus *παρακειμέ-
νου καὶ ὑπερσυντελικοῦ, ἐὰν πεποιήκω:* optativus *παρακειμένου
καὶ ὑπερσυντελικοῦ, εἰ πεποιήκοιμι:* infinitus *πεποιηκέναι.*
4 Rursus indicativus utitur temporibus separatis, cum dicit *ἀορί-
[305]στου ἐποίησα, μέλλοντος ποιήσω:* sed imperativus facit *ἀορί-*

Ms. P.]

XII, 1. *λαληθήσηι .. τιμηθήσηι* Edd. 3. *tempore* P. — *Draconem* p2-b. Vid. not. — *ΔΕΔΩΣΩΜΗΝ* P.

XIII. *finitivus* (sup. add. *dif.* a sec. m.) P. 3. *ΠΑΡΑΚΕΙΜΕΝΟΝ facit .. et ΥΠΕΡΣΥΝΤΕΛΙΚΟΝ* P.

XII, 2. *paulo post futurum*] De hoc nomine vid. Buttmann. Gr. Gr. § 138, not.

3. *apud Dracontem*] Pontanus in lemmate adnotationis in qua citavit Auson. Professor. XXII, v. 10. *Quid Draco quidve Solon Sanxerit,* habet *apud Dracontem vel Draconem.*

XIII. *diffinitivus*] Verior forma est *definitivus* vel *definitus*, sed illam constanter tenet cod. ms. Opponitur autem definitus modus infinito ut apud Ciceronem Top. 21. definitum quaestionum genus opponitur infinito.

1. *Indicativus* etc.] Cf. de verbo c. 1, §§ 6 et 7.

2. *in hoc solo modo disiuncta .. proferuntur*] Cf. de verbo c. 1, § 6.

4. *imperativus facit* etc.] Cf. infra c. 16, § 12. Hanc rationem a

σιου καὶ μέλλοντος ποίησον, coniunctivus *ἀορίστου καὶ μέλλον-*
τος ἐὰν ποιήσω: optativus vero et infinitus haec sola tempora
proferunt separata, *ποιήσαιμι καὶ ποιήσοιμι* et ille *ποιῆσαι καὶ*
ποιήσειν. [Optativus Graecorum nec minus quam perfectum nec
perfectum tempus admisit.] Utrique ergo modum integritate
temporum liberum contractis et coartatis iure praeponunt. Deri- 5
vativa verba, id est ea quae ex verbis aliis derivantur, non nisi
ex diffinitivo originem sortiuntur, ut est *θρῶ* principale et ex eo
derivativum *θραύω*. Sic apud Latinos meditativa et inchoativa
et frequentativa verba sunt ex diffinitivo modo verborum princi-
palium derivata: speciatim vero verba apud Graecos quae in *MI*
exeunt ex diffinitivo tracta sunt verbi in *Ω* exeuntis, ut *τιθῶ*
τίθημι, διδῶ δίδωμι, ἱστῶ ἵστημι. Item nomina ex verbis nas- 6
centia, quae illi *ὀνόματα ῥηματικὰ* vocant, de hoc solo modo sub
varia vel personarum vel temporum declinatione procedunt. Nam
nomen *γράμμα* ex prima persona, id est *γέγραμμαι*, natum, et
nomen *ψάλτης* ex tertia persona, quae est *ἔψαλται*, profectum,
literarum quae in utroque sunt similitudo docet: item *τύμμα*
ἀπὸ παρακειμένου τοῦ τέτυμμαι, ποίησις autem *ἀπὸ μέλλοντος*
τοῦ ποιήσω conposita sunt: omnia tamen haec nomina ab indi-
cativo veniunt. Denique Stoici hunc solum modum rectum, vel- 7

[Edd. pdzb.

4. *hic ποιήσαιμι* coni. Zeun., „quia sequitur *ille*.“ — *nec plus quam perfectum* coni. Zeun. Vid. not. 5. *Graeco* P. — *διδῶ* om. P.

vulgari abhorrentem simpliciter commemoravit Fischerus Animadvers. ad gramm. Welleri, spec. II, p. 382. De imperativis futuri vid. quid statuerit G. Hermann. de emend. rat. Gr. gr. II, 22, p. 218 seq.

4. *coniunctivus ἀορίστου καὶ μέλλοντος*] Coniunctivo futuri Graecos non esse usos recte docuit Apollonius lib. III. de syntaxi cap. 30, p. 271. Vid. G. Hermann. de emend. rat. Gr. gr. p. 213.

[*Optativus Graecorum .. nec perfectum tempus admisit*] Zeunius recte vidit ferri non posse haec verba: nam optativus perfecti temporis commemoratur et supra § 3. et c. 18, § 1 seq. et in appendice. Itaque iussit legi *nec plus quam perfectum*. Poterat etiam verba *nec perfectum* delere, et in antecedentibus scribere: *nec minus nec plus quam perfectum*. Sed ne sic quidem omnia plana sunt, quum haec verba neque antecedentibus neque sequentibus commode adnectantur, quamobrem uncis ea inclusi. Videntur enim aut addita esse ab eo qui interpretaretur antecedentia *haec sola tempora* (quod si est, ne integra quidem ea esse facile patet), aut reliqua esse e comparatione Graecae Latinaeque linguae a Macrobio instituta, sed ab excerptore neglecta, quae tale quid continuerit: *Apud Latinos coniunctivus, ut indicativus, omnia recepit tempora, sed optativus et Graecorum et Latinorum nec minus nec plus quam perfectum admisit*. Cf. de verbo c. 1, § 7.

Utrique] i. e. et Graeci et Latini, licet hi in antecedentibus non sint nominati.

modum integritate temporum liberum] i. e. indicativum, conf. § 2. Quae Zeunius de hoc loco alucinatus est, repetere nolui.

5. *meditativa et inchoativa et frequentativa*] Cf. c. 21.

7. *rectum*] Cf. Hermog. *περὶ ἰδ.* *ά*, p. 88. *ὁ πλαγιασμὸς τῇ ὀρθότητι σχῆμα ἐναντίον .. τὸ γὰρ ἦν Κανδαύλης· καὶ τὰ τοιαῦτα οὕτω μὲν εἰςφερόμενα κατ' ὀρθότητα καὶ καθαρὸν ποιεῖ τὸν λόγον καὶ σαφῆ· εἰ δὲ πλαγιάσαις οὐ τοιαῦτα ἔσται· οἷον Κροίσου ὄντος εἰ λέγοις. ταραχὴ γάρ τις εὐθὺς ἐγγίνεται διὰ τὸ δεῖν πάντως ἐπακολουθῆσαί τι ἕτερον νόημα.*

uti nominativum, et reliquos obliquos, sicut casus nominum, vo-
8 caverunt. Rationabiliter autem declinatio ab activo inchoat, quod
[306] actus passionem praecedit: bene etiam a prima, non alia persona, quod prima de tertia ad secundam loquitur: apte quoque a singulari numero, *ἡ γὰρ πᾶς ἀριθμὸς ἐκ μονάδων σύγκειται, ἢ ἐκ μονάδος κατάγεται:* et si omnis multitudo constat ex singu-
9 lis, recte est praemissa unitas et secuta populositas. Iuste etiam a praesenti: ex instanti enim tempore possunt reliqua cognosci, non instans apparebit ex reliquis: siquidem *λείβω λείβεις ποιεῖ ἀόριστον ἔλειψα μέλλοντα λείψω*, item *ἀπὸ τοῦ λείπω* fit *ἀόριστος ἔλειψα καὶ μέλλων λείψω:* cum ergo dico vel *ἔλειψα* vel *λείψω*, quod esse velim huius praesens verbi tempus, incertum est: cum autem dico *λείπω* aut *λείβω*, de reliquis eius tempo-
10 ribus nemo dubitat. *Ἠρχόμην* inperfectum tempus est a praesenti *ἔρχομαι*, similiter a praesenti *ἄρχομαι*. Cum ergo dico *ἠρχόμην*, incertum relinquo, utrum *veniebam* an *incipiebam* intellegi velim, et ideo *ἐνεστὼς* eius in dubio est, *ἔρχομαι* sit an *ἄρχομαι:* cum vero dico *ἄρχομαι* aut *ἔρχομαι*, nihil de inper-
11 fecto dubitabitur. Coniugationum quoque diversitates in Graeco Latinoque verbo praesens facit, *ποιεῖς τιμᾷς στεφανοῖς:* non nisi instantis secunda persona discernit: ceterum in *πεποίηκα* et *τετίμηκα*, in *ποιήσω* et *τιμήσω*, item in *ἐποίουν* et *ἐχρύσουν*,
12 nulla discretio. Sed et in *βαρυτόνοις τύπτω* primae esse coniu-

Ms. P.]

9. *ἡ γὰρ* scripsi e coni. *εἰ γὰρ* Edd.P. Vid. not. — *ἢ ἐκ μονάδος κατάγ.* scripsi e coni. *HPMONAΔOC KATAΓETAI* P. *ἐκ μονάδος κατάγεται* Edd. „Ita inveni emendatum ad oram Scaligeri libri.“ Pont. *ἡ μονὰς ὀρθῶς καθηγεῖται* coni. Ops. *ἐκ μονάδος καλῶς κατάρχεται* sive *καθηγεῖται καὶ ἕπεται πλῆθος* coni. Zeun. Vid. not. 9. *ἀπὸ τοῦ λείβω λείβεις* Edd. (P *ΛIBΩ ΛIBEIΣ*). Vid. not. — *vel ΕΛΕΙΨΩ* P. 10. *a praesenti HPXOMAI* P. 11. *TEIMAIΣ* P. *τιμαῖς* Edd. 12. *barytonois* P. *barytonis* Edd.

8. *ἡ γὰρ πᾶς ἀριθμὸς .. ἢ ἐκ μονάδος κατάγεται, et si etc.*] Verba Latina quae sequuntur paululum immutata leguntur de verbo c. 1, § 14. Haec ab Opsopoeo et a Zeunio habita sunt pro interpretatione verborum Graecorum. Quod si esset verum, pro *et si* scribendum esset *id est, si.* Sed ne sic quidem res bene se habet. Quam ob rem homines illi docti mutari voluerunt verba *ἐκ μονάδος κατάγεται*, ut respondeant verbis: *recte est praemissa unitas et secuta populositas.* At multo facilior via emendandi est ea quam ego inii, ut *ἡ γὰρ .. κατάγεται* contineat affirmationem qua nitantur ea quae sequuntur. *H* et *EI* saepe confundi inter omnes constat; *ἢ ἐκ* ab eo quod legitur in cod. ms., *H P*, certe non longius abest quam simplex praepositio *ἐκ*. Illud *ἡ γὰρ* est *profecto enim*, cf. Zeun. ad Vigor. p. 410.; *η* adiungit h. l. sententiam non diversam sed similem antecedenti, quae cum ea possit commutari. *Κατάγεσθαι ἔκ τινος* apud posterioris aevi scriptores idem valet quod *derivari ab aliqua re.* Exempla vid. in Steph. Thes. Gr. L. s. h. v.

populositas] De hac voce vid. quae adnotavit Endlich. de verbo l. c.

9. *λείβω λείβεις ποιεῖ ἀόριστον*] Quod vulgo legitur, *ἀπὸ τοῦ λείβω .. ποιεῖ ἀόριστον* aperte corruptum est. Pro *ποιεῖ* necesse est scribas aut *ποίει*, quod minus quadrat cum sequenti *fit*, aut *ποιεῖται ἀόριστος .. καὶ μέλλων*, nisi mecum statuis *ἀπὸ τοῦ* huc translata esse a sequentibus *ἀπὸ τοῦ λείπω.*

11. *non nisi*] Vide ne scribendum sit: *nam non nisi.*

gationis faciunt *Π καὶ Τ* quae in praesentis prima persona *Ω* literam antecedunt: quae signa desunt et in *τέτυφα* et in *ἔτυψα* et in *τύψω*. *Λέγω* propter *Γ* secundae est, quod signum habere desinit in *λέλεχα ἔλεξα λέξω*: sic in reliquis coniugationibus. Praesens tempus ostendit et genera verborum. Nam activum 13
aut neutrum Graecus intellegit, si in *Ω* praesens desinat: pas-[307]
sivum vel commune et his similia, si in *ΜΑΙ*. Declinandi au- 14
tem verbi series non nisi cum de modis tractatur apparet, hinc modus apud Graecos *ἔγκλισις* nuncupatur, id est *ἐν ᾧ ἡ κλίσις*.

XIV. De declinatione indicativi.

Omne apud Graecos verbum indicativum in *Ω* desinens, seu 1
barytonon seu perispomenum sit, seu praesentis seu futuri, omnimodo in secundae personae fine diphthongum habeat necesse est, id est *ἰῶτα* vel cum *Ε*, ut *ποιεῖς*, vel cum *Α*, ut *τιμᾷς*, vel cum *Ο*, ut *δηλοῖς*: in omni autem futuro cum *Ε*, ut *νοήσεις βοήσεις χρυσώσεις λέξεις τύψεις*. Item in omni Graeco verbo 2
cuius prima positio in *Ω* desinit secunda persona amisso *σίγμα* tertiam facit. Omne verbum in *Ω* desinens cuiuscumque con- 3
iugationis et temporis *ἰσοσυλλαβεῖ* in prima secunda et tertia persona, *ποιῶ ποιεῖς ποιεῖ*, *ἐρῶ ἐρᾷς ἐρᾷ*, *ἀργυρῶ ἀργυροῖς ἀργυροῖ*, *λέγω λέγεις λέγει*, *λέξω λέξεις λέξει*, *νοήσω νοήσεις νοήσει*. In verbis in *Ω* desinentibus prima pluralis a prima sin- 4
gulari fit, operose tamen ac varie. In praesenti enim tempore *ΜΕΝ* syllaba semper adiicitur, sed modo nihil additur vel permutatur, ut in secunda *περισπωμένων*, *βοῶ βοῶμεν*, *τιμῶ τιμῶμεν*, modo *Ω* in *ΟΥ* diphthongum mutantes, ut in prima et tertia *περισπωμένων*, *νοῶ νοοῦμεν*, *φανερῶ φανεροῦμεν*: in reliquis autem, id est barytonis omnibus vel etiam *περισπωμένων* futuris, *Ω* in *Ο* transferentes, *λέγω λέγομεν*, *τρέχω τρέχομεν*,[307]
θεραπεύω θεραπεύομεν, *λαλήσω λαλήσομεν*, *ἐάσω ἐάσομεν*, *ἀργυρώσω ἀργυρώσομεν*. Secunda pluralis a tertia singulari nasci- 5
tur: primae quidem et secundae syzygiae *περισπωμένων* instanti *ΤΕ* addentes, *ποιεῖ ποιεῖτε*, *βοᾷ βοᾶτε*, in tertia vero ultimum *ἰῶτα* in *Υ* mutantes et idem *ΤΕ* addentes, *χρυσοῖ χρυσοῦτε*: at in omnibus barytonis et in *περισπωμένων* futuris ipsum *ἰῶτα* ultimum detrahentes et eandem addentes syllabam *ΤΕ*, *πέμπει πέμπετε*, *τρέχει τρέχετε*, *ἀθλεύει ἀθλεύετε*, *ποιήσει ποιήσετε*, *ἀροτριάσει ἀροτριάσετε*, *ἱδρώσει ἱδρώσετε*. Tertiam quoque perso- 6
nam pluralem eorundem verborum de prima eiusdem numeri faciunt *ΜΕΝ* mutantes in *ΣΙ*, et quia pluralis tertia semper

[Edd. pdzb.
— *in praesentis primae persona* p2-b. 13. *in praesens* (om. *Ω*) dzb. 14. *EN ΩI EKΛICIC* P.
XIV, 1. *ΤΙΜΑΙΣ* P. *τιμαῖς* Edd. — *ΔΕΛΟΙΣ* P. 4. *variae* P. — *ΜΗΝ* P. — *ΒΟΩΜΗΝ* P. — *perispomenon* Edd. P. — *ΛΑΛΕΣΩ ΛΑΛΕCOMEN* P. 5. *in tertio* p2-b. — *aut in* P. — *ΑΘΛΕΥΕΤΑΙ* P. — *ΠΟΙΗCΕΤΑΙ* P. — *ΑΤΡΟΡΕΙΑCΕΙ* P.

14. *Declinandi .. ἐν ᾧ ἡ κλίσις*] Cf. de verbo c. 1, § 24.
XIV, 1. *Omne apud Graecos verbum indicativum etc.*] De verbo Latino vid. de verb. cap. 2, § 1 sqq.
3. *Omne verbum in Ω desinens etc.*] Cf. de verb. c. 2, § 5., et supra c. 4, § 1.
4. *mutantes*] Dicendum erat mutatur et infra transfertur etc.

exigit paenultimam longam, ideo in praesentibus perispomenis, in quibus hoc evenit, solam facit mutationem syllabae, ut diximus, *MEN* in *ΣΙ*, φιλοῦμεν φιλοῦσι, τιμῶμεν τιμῶσι, στεφα-
7 νοῦμεν στεφανοῦσι. At in barytonis et in περισπωμένων futuris addit penultimae *Υ*, ut longam ex brevi faciat, ἔχομεν ἔχουσι, πέμπομεν πέμπουσι, λαλήσομεν λαλήσουσι: *O* enim litera, cum apud illos naturaliter corripitur, adiecta *Υ* producitur, ut in nominibus κόρη κόρος, κούρη κοῦρος, Ὄλυμπος Οὔλυμπος, eademque retracta corripitur, βούλεται βόλεται, τετράπους τέτραπος.
8 Omne ergo verbum Graecum quod in *ΣΙ* reppereris terminari tertiae personae esse pronuntia excepto ἐσσί, quod solum, cum sic desinit, secundae est cuius prima ἐσμί et pluralis prima
9 ἐσμέν. Omnia autem verba in *MI* mutant *MI* in σῖγμα et fa-
[309]ciunt secundam personam, φημὶ φὴς, τίθημι τίθης: sic debuerat ἐσμὶ ἔσσ, sed quia nulla syllaba in geminum σῖγμα desinit, additum est ἰῶτα, ἐσσί. Et propter differentiam a secunda singulari tertia, quae similiter ἐσσί debuerat fieri, assumpsit ταῦ, ἐστί. Verba enim in *MI* terminata tertiam in *ΣΙ* mit-
10 tunt, δίδωσι ἵστησι. Omne παρατατικὸν naturaliter in *ON* terminatur et secundam personam *N* in σῖγμα mutando et *O* in *E* transferendo figurat, ἔλεγον ἔλεγες, ἔφερον ἔφερες: tertia de se-
11 cunda ultimae literae detractione procedit. Sed quod perispomena in *OΥN* vel in *ΩN* desinunt, ἐκάλουν ἐχρύσουν ἐτίμων, duarum syllabarum in unam contractio fecit. Nam integrum erat ἐκάλεον ἐχρύσοον ἐτίμαον, ex quo, cum breves duae contrahuntur, in unam longam coalescunt. Ideo *E* et *O* *atque *O* et *O** in *OΥ* familiarem sibi diphthongum convenerunt, ἐκάλεον ἐκάλουν, ἐχρύσοον ἐχρύσουν: *A* vero et *O* in *Ω*, ἐτίμαον ἐτίμων.
12 Ideo et secunda persona *Ω* in *A*, unde fuerat natum, reducit, ἐτίμων ἐτίμας: *OΥ* autem diphthongum illic servat ubi repperit

Ms. P.]

7. λαλήσομεν λαλήσουσι scripsi e coni. Cf. § 4. ἀλλήσομεν ἀλλήσουσι Edd.P. „Hoc, quantulum nos quidem scimus, verbum est nullum. Igitur legendum putamus ἀλήσομεν i. e. *molemus.*" Zeun. 8. *tertiae personae pluralis* Edd P. Vid. not. 9. *tertia pluralis* Edd.P. — *assumsit* τ Edd. — ἐσσίτ Edd.P. — *tertiam pluralis* Edd.P. 11. ἐχρύσεον Edd.P. — **atque O et O** om. Edd.P. — ἐχρύσεον

8. *tertiae personae esse pronuntia*] Quod legitur in Edd. et P, *tertiae personae pluralis*, id ferri nequit propter sequentia *excepto* ἐσσί et (§ 9.) δίδωσι ἵστησι. Equidem putaverim Macrobium scripsisse *tertiae personae*, et intellexisse et singularis et pluralis numeri tertiam personam, excerptorem autem propter antecedentia addidisse *pluralis*. Infra autem (§ 9.) videtur Macrobius *tertia* tantum et *tertiam* scripsisse, et ex antecedentibus *propter differentiam a secunda singulari* intellexisse numerum singularem, iste autem homo utroque loco addidisse *pluralis*, nulla ratione habita exemplorum δίδωσι, ἵστησι. Quae si non adessent, posset etiam legi *assumpsit I*, εἰσί, ut illo quidem loco servaretur illud *pluralis*, quod hoc loco non nisi mutatis verbis *excepto* ἐσσί ferri posse facile patet.

10. *Omne* παρατατικὸν] Cf. sup. c. 5.

11. ἐχρύσοον] Sic et hoc loco et infra esse scribendum atque infra addendum esse *atque O in O*, neque errorem ipsi Macrobio tribui posse docet id quod sequitur § 12, χρυσοῖς, et quod legitur c. 4, § 3.

primam eius literam familiarem primae positioni fuisse, *χρυσοῖς, ἐχρύσουν ἐχρύσους:* ibi transit in *ΕΙ* ubi *ΕΙΣ* primae positioni meminit contigisse, *καλεῖς, ἐκάλουν ἐκάλεις.* In omnibus vero 13
diversitatibus detractio finalis literae personam, ut diximus, tertiam facit, *ἐποίεις ἐποίει, ἐβόας ἐβόα, ἐκεραύνους ἐκεραύνου, ἔλεγες ἔλεγε, ἔφερες ἔφερε.* Ex hoc apparet, quod in *ἔλεγεν* et *ἔφερεν* *N* supervacuum est, et integrum est *ἔλεγε ἔφερε*, quod asserit et apostrophus quae facit *ἔλεγ' ἔφερ':* quando enim haec usurparetur, si *N* naturaliter adhaereret, cum duas literas [310]
numquam apostropho liceat excludi? Indicio est imperativus 14
cuius secunda persona praesentis semper de tertia inperfecti indicativi nascitur amissa in capite vel syllaba vel tempore: *ἐκάλει κάλει, ἐτίμα τίμα, ἐδήλου δήλου, ἦγε ἄγε:* ergo, si imperativus *λέγε*, ibi sine dubio *ἔλεγε*, non *ἔλεγεν.* Sed *E* litera saepe sibi 15
τὸ N familiariter adhibet. Testes huius rei *Αἰολεῖς*, apud quos *λεγόμεθα φερόμεθα* et similia finale *ἄλφα* in *E* mutant et mox *E* advocat sibi *τὸ N* et fit prima persona *λεγόμεθεν φερόμεθεν.* Contra si quando *E* in *ἄλφα* mutatur, *N* inde discedit, sicut *Δωριεῖς τὸ πρόσθεν πρόσθα* dicunt *καὶ τὸ ἔνθεν ἔνθα:* sed et *Ἴωνες* cum *ᾔδειν ᾔδεα* faciunt *ἑστήκειν ἑστήκεα*, *N* repudiant, ne cum *ἄλφα* iungatur. Ex his omnibus facile colligitur suf- 16
ficere tertiae personae de secunda faciendae, si *σῖγμα* retrahatur, quod in capite Graeci pronominis saepe contingit, *σέθεν ἕθεν, σοὶ οἷ.* Graeci primam pluralem *παρατατικοῦ* faciunt interpo- 17
nentes *ME* ante *N* finalem primae singularis, *ἐνόουν ἐνοοῦμεν, ἑώρων ἑωρῶμεν, ἐφανέρουν ἐφανεροῦμεν, ἔλεγον ἐλέγομεν:* et secunda illis pluralis efficitur addita *TE* tertiae singulari, *ἐποίει ἐποιεῖτε, ἐτίμα ἐτιμᾶτε, ἵδρου ἱδροῦτε, ἔλεγε ἐλέγετε:* ex quo iterum *N* litera supervacua probatur. Tertia vero pluralis in 18
hoc tempore semper eadem est primae singulari, *ἐγάμουν ἐγώ, ἐγάμουν ἐκεῖνοι:* sic *ἐτίμων*, sic *ἐστεφάνουν*, sic *ἔτρεχον.* Unde *Δωριεῖς* in illis verbis quae in *ON* mittunt paratations et propter *βραχυκαταληξίαν* tertia a fine patiuntur accentum tertiam numeri pluralis discretionis gratia *βαρυτονοῦσιν: ἔτρεχον ἐγὼ προπαροξυτόνως, ἔτρεχον ἐκεῖνοι βαρυτόνως.* Prima persona 19
paracimeni semper in *A* terminatur, et de hac ceterae sine ope- [311]
rosa circuitione nascuntur. Accepto enim *σῖγμα* facit secundam,

[Edd. pdzb.

Edd.P. 12. *transiit* P. 13. *his diversitatibus* Edd. — *ex integrum* P. 14. *ἦγε ἄγε* scripsi e coni. Cf. c. 16, § 9. *ἦγον, ἄγον* Edd.P. — *mutant* scripsi e coni. *mutatur* Edd.P. — *ΛΕΓΩΜΕΘΕΝ ΦΕΡΩΜΕΘΕΝ* P. — *ICTHKEIN ICTHKEA* P. 17. *tertia singulari* P. 18. *βραχυκατοληξίαν* dzb. Emendavit Zeun. — *tertiam a fine* Edd.P. Zeun. coni. *in tertia.* 19. *paracimei* P. *paraceimeni* pdz. *paraceimei* b.

13. *apparet, quod*] Vid. not. ad Comm. I, 13, 18.

N supervacuum est] Hanc sententiam refutavit Buttmannus Ausf. Gr. § 26.

15. *λεγόμεθεν*] Hanc formam commemorat Matthiae Ausf. Gr. Gr. § 205, 3. Poterat etiam afferri *ἕνεκα, ἕνεκεν.*

18. *βραχυκαταληξίαν*] „Sic dicitur verbi affectio ea qua in fine est syllaba brevis." Zeun.

19. *Prima persona paracimeni etc.*] Cf. c. 6.

et hoc rursus abiecto atque *ἄλφα* in *E* mutato tertiam creat, *πεποίηκα πεποίηκας πεποίηκε:* primam quoque pluralem addita sibi *MEN* syllaba, *πεποίηκα πεποιήκαμεν*. Si pro *MEN TE* acceperit, secunda pluralis est, *πεποιήκατε:* si *ΣI*, tertia, *πεποιή-*
20 *κασι*. *Ὑπερσυντελικὸς* de prima persona facit tres singulares, tres vero plurales de tertia singulari: *ἐπεποιήκειν* *N* in *σῖγμα* mutato fit *ἐπεποιήκες*, *N* abiecto fit *ἐπεποιήκει*, ipsum vero *ἐπεποιήκει* assumpta *MEN* facit *ἐπεποιήκειμεν*, assumpta *TE* *ἐπεποιήκειτε:* si *ΣAN* acceperit, pluralem tertiam *ἐπεποιήκεισαν:*
21 nam *ἐπεποιήκεσαν* correpta paenultima *Ἴωνες* protulerunt. Ideo autem praetermisimus disputare de duali numero et de tempore aoristo et de multiplici ratione temporum, quia his omnibus carent Latini, id est *περὶ δευτέρων καὶ μέσων ἢ παρακειμένων ἢ ὑπερσυντελικῶν ἢ μελλόντων:* quibus latius Graecia sola diffunditur. De passiva igitur declinatione dicamus.

XV. De passiva declinatione.

Graeci activo instanti verborum in *Ω* exeuntium addunt syllabam *MAI*, et fit passivum: quae syllaba omni verbo sola sociatur, ita ut *Ω* prius ultimum nunc paenultimum aut maneat, ut in secunda *περισπωμένων*, *ἀροτριῶμαι*; aut in *OY* diphthongum transeat, ut in prima et tertia *κινοῦμαι στεφανοῦμαι*; aut
[312] in *O* corripiatur, ut in omnibus barytonis, *πλέκομαι ἄγομαι*.
2 Ergo numquam passivum Graecum invenitur non suo activo maius. Verbum Graecum in *MAI* desinens si in secunda persona *M* in *σῖγμα* demutet, hoc aut est praesens *τῶν εἰς MI*, ut *τίθημι τίθεμαι τίθεσαι*, *δίδωμι δίδομαι δίδοσαι*, *ἵστημι ἵσταμαι ἵστασαι*, aut est *τῶν εἰς Ω* temporis praeteriti perfecti, *πεφίλημαι πεφίλησαι*, *τετίμημαι τετίμησαι:* et in his semper *ἰσο-*
3 *συλλαβεῖ* primae secunda persona. Alioquin reliqua omnia quae in *MAI* desinunt, sive praesentis seu futuri sint, tam passivi generis quam communis, unam secundae personae syllabam detrahunt: *καλοῦμαι καλῇ*, *ὁρῶμαι ὁρᾷ*, *δηλοῦμαι δηλοῦ*, *βλέπομαι βλέπῃ*, *τιμηθήσομαι τιμηθήσῃ*, *λεχθήσομαι λεχθήσῃ*, *τιμήσομαι*
4 *τιμήσῃ*, *λέξομαι λέξῃ*. Et ut advertas faciliori compendio quae Graeca verba passiva secundam personam minorem syllaba pro-

Ms. P.]

21. *gratia* Edd.P.

XV, 1. *perispomenωn ἀποτριῶμαι* Edd.P. *ἀροτριῶμαι* coni. Opsop. coll. c. 14, § 5. — *KEINOYMAI* P. *ποιοῦμαι* Edd. 2. *TIΘEMI* P. — *δίδωμαι* Edd.P. — *ΔIΔΩCAI* P. 3. *KAΛH* P. Sic etiam in seqq. om. *ι* subscript. — *TIMΩMAIΘHΣOMAI* P.

20. *Ὑπερσυντελικός* etc.] Cf. c. 7.

assumpta] sc. syllaba.

21. *de multiplici ratione temporum .. id est περὶ δευτέρων καὶ μέσων*] Cf. c. 8, § 7. Non recte Opsopoeus distingui voluit post *temporum*. Toto coelo erravit Zeunius qui putavit *tempora* esse augmenta verbi, syllabicum et temporale, et pro *περὶ δευτέρων* esse legendum *περὶ δυικῶν*.

Graecia sola] Cf. praef. *quem Graecia sola sortita est*, et c. 3, § 4. *alterum paenultimae Graeciam diximus deputasse*.

XV, 1. *instanti*] „H. e. in tempore praesente.“ Zeun. — Sic redditur Graecum *ἐνεστώς*. Cf. c. 16, § 9, al.

ferunt, accipe generalis regulae repertam necessitatem: Omnis 5
apud illos prima persona passiva quae activo suo syllaba maior
est haec syllabam detrahit de secunda, quae aequalis activo est
parem et in secunda tenet: *φιλῶ φιλοῦμαι*, quia passivum maius
activo est, *φιλῇ* facit: *ἕλκω ἕλκομαι ἕλκῃ*, *ἔλεγον ἐλεγόμην ἐλέ-
γου*, *ἐβόων ἐβοώμην ἐβοῶ*, *λαλήσω λαληθήσομαι λαληθήσῃ*:
contra *εἴρηκα εἴρημαι*, quia par activo suo est, facit secundam
ἰσοσύλλαβον primae, *εἴρησαι*, *εἰρήκειν εἰρήμην εἴρησο*, *λελάληκα
λελάλημαι λελάλησαι*, *ἐλελαλήκειν ἐλελαλήμην ἐλελάλησο*. In 6
omni verbo cuiuscumque temporis prima persona in *MAI* ter-
minata translato *M* in *T* literam migrat in tertiam servato nu-
mero syllabarum: sed paenultimam retinet in *παρακειμένῳ* qui-
dem omne verbum, *πεφίλημαι πεφίληται*: in praesenti vero [313]
sola tertia *συζυγία περισπωμένων*, *χρυσοῦμαι χρυσοῦται*. Ce- 7
terum prima transfert in *EI* diphthongum, quae in prima verbi
positione fuerat eius indicium, *καλοῦμαι καλεῖται*, *ὅτι καλῶ κα-
λεῖς*: secunda in *A* propter eandem causam *τιμῶμαι τιμᾶται*, *ὅτι
τιμᾷς*. Nam et *χρυσοῦται* ideo retinuit *OΥ*, quia propinqua
priori est: utraque enim diphthongus *OI* et *OΥ* per *O* literam
conponuntur. Futurum autem *περισπωμένων* et in barytonis 8
tam praesens quam futurum *O* literam, quae fuit paenultima
primae, per tertiam in *E* transfert, ut naturalis brevis in natura
brevem, *φιληθήσομαι φιληθήσεται*, *λέγομαι λέγεται*, *λεχθήσομαι
λεχθήσεται*. Cuiuscumque verbi passivi vel passivo similis prima 9
persona pluralis in quocumque tempore in *ΘA* syllabam desinit,
νοούμεθα ἐνοούμεθα, *νενοήμεθα ἐνενοήμεθα*, *νοηθησόμεθα*:
ἀόριστον enim, qui solus in *MEN* exit, *ἐνοήθημεν*, transeo,
quia Latini ignorant. Per omnia tempora primam personam 10
pluralem maiorem proferunt singulari, *ποιῶ ποιοῦμεν*, *ἐποίουν
ἐποιοῦμεν*, *πεποίηκα πεποιήκαμεν*, *ἐπεποιήκειν ἐπεποιήκειμεν*,
ποιήσω ποιήσομεν: sic et *ποιοῦμαι ποιούμεθα*, *ἐποιούμην ἐποι-
ούμεθα*, *πεποίημαι πεποιήμεθα*, *ἐπεποιήμην ἐπεποιήμεθα*, *ποιη-
θήσομαι ποιηθησόμεθα*. Sic et apud Latinos, *amo amamus*, *ama-* 11
bam amabamus, *amavi amavimus*, *amaveram amaveramus*, *amabo*

[Edd. pdzb.

5. *ΕΛΕΓΟΜΕΝ* P. — *ΕΒΟΩΜΕΝ* P. — *contra ΕΙΡΗΚΩ* P.
8. *perispomenωn* Edd.P. 10. *praeferunt* p2-b. Zenn. vidit legendum esse *proferunt*. Cf. §§ 4 et 13. — *ποιήσωμεν* Edd.P. — *ΕΠΟΙΟΥΜΑΙ* P.

4. *necessitatem*] Cf. c. 8, § 13.

5. *haec syllabam detrahit de secunda*] Offendit me pronomen *haec* post verba *Omnis .. prima persona passiva*. Facilius procedet oratio, si scripseris *hanc syllabam*, sc. qua activo suo maior est prima persona passiva. Ceterum *detrahit de secunda* idem valet quod „abiicit in formanda persona secunda.“

parem et in secunda tenet] Sensus flagitat, ut intelligatur *parem syllabarum numerum*, licet, si ad ipsa verba spectamus, non nisi *syllabam* possit suppleri. Cf. c. 4, § 2. *cum in activo pares syllabas utraque persona servaverit*.

8. *ut naturalis brevis in natura brevem*] Dicendum erat aut: *ut naturaliter brevem* sc. literam, aut: *ut naturaliter brevis mutetur* (cf. § 18.).

9. *verbi passivi vel passivo similis*] Vid. not. ad c. 5, § 19.

in ΘA] Immo: in *MEΘA*. Cf. § 13.

transeo, quia Latini ignorant] Cf. c. 7, § 5.

amabimus: sic et *amor amantur*, *amabar amabamur*, *amabor*
12 *amabimur*. In Graecis verbis secunda persona pluralis activa unam ultimae syllabae suae literam *T* mutat in *Σ* καὶ *Θ*, et fit passiva, ποιεῖτε ποιεῖσθε, γράφετε γράφεσθε: quod non mireris [314]in praeteritis perfectis non evenire, cum πεποιήκατε πεποιήκασθε non faciat sed πεποίησθε, nec λελύκατε λελύκασθε sed λέλυσθε, nec πεφράκατε πεφράκασθε sed πέφρασθε, et similia.
13 Alia enim regula his temporibus obviavit, cuius imperium est, ut omnia verba quorum prima persona in *ΘΑ* exit secundam minorem syllaba proferant. Si ergo fecisset πεποιήκασθε, par foret numerus syllabarum cum prima πεποιήμεθα, si λελύκασθε, cum λελύμεθα, si πεφράκασθε, cum πεφράμεθα. Ideo necessario syl-
14 laba media subtracta resedit, πεποίησθε λέλυσθε πέφρασθε. Ceterum ποιεῖτε ποιεῖσθε, λέγετε λέγεσθε priori regulae obsequitur, quia non repugnat sequenti: ποιούμεθα enim ποιεῖσθε, λε-
15 γόμεθα λέγεσθε. In verbis passivis vel passivo similibus persona tertia singularis addito *N* ante *T* cum primae personae paenultima tertiam pluralem facit, λέγεται λέγονται, ποιεῖται ποιοῦνται, πεποίηται πεποίηνται, εἴρητο εἴρηντο, ἐλέγετο ἐλέγοντο, ἐὰν
16 λέγεται ἐὰν λέγωνται, εἰ λέγοιτο εἰ λέγοιντο. Unde illa praeterita perfecta quae his literis in medio contexta sunt, ut in tertia persona plurali *N* non possit adiungi, advocant sibi participia: τέτιλται, quia inter *Λ* et *T N* esse non potuit, cum nec finali esse post λάμβδα nec incipere ante ταῦ fas erat, factum est τετιλμένοι εἰσίν: γέγραπται similiter, quia inter *Π* καὶ *T* non admittebat *N*, γεγραμμένοι εἰσίν: et τέτυπται τετυμμένοι
17 εἰσίν, ἐσφράγισται ἐσφραγισμένοι εἰσὶν et similia. Omne Graecum verbum indicativum cuiuscumque generis in prima sui positione aut in *Ω* exit, ut λαλῶ πλουτῶ, aut in *MAI*, ut λαλοῦ[315]μαι βούλομαι, aut in *MI*, ut φημὶ τίθημι: licet et in *Α* esse credatur, quia ἐγρήγορα nonnulli ausi sunt primum thema verbi
18 pronuntiare. Apud Graecos *Ω* non solum in verbis sed in omni parte orationis litera est naturaliter longa: Latinorum verborum finale *O* sunt qui longum aestiment, sunt qui breve diffiniant.

Ms. P.]

12. *ΠΟΙΕΙΤΑΙ* P. 13. *necessaria* p2–b. 14. *ΛΕΓΕΣΘΑΙ* (bis) P. 15. *persona secunda pluralis* Edd.P. Zeunius coni. *tertia*. — *ΕΑΝ ΛΕΓΟΝΤΑΙ* P. 16. *ΤΕΤΕΙΛΤΕ* P. — εἰσί Edd. — *admittebamus* (om. *N*) P. — εἰσί Edd. — *ΤΕΤΕΤΥΠΤΕ* (om. *et*) P. *sic* τέτυπται Edd.

13. *quorum prima persona in ΘΑ exit*] Immo: *quorum prima persona pluralis in ΜΕΘΑ exit*. Cf. § 9.

14. *quia non repugnat sequenti*] sc. prior regula in his quidem verborum formis. *Prior regula* ea est, quae exponitur § 12., *sequens* quae § 13.

ποιούμεθα *enim* ποιεῖσθε] Supplendum esse videtur *facit*. Cf. § 15.

15. *persona tertia singularis*] Sic legendum esse patet ex exemplis sequentibus.

16. *cum nec finali esse post* λάμβδα *nec incipere ante* ταῦ *fas erat*] i. e. cum litera *N* neque post *Λ* finire posset syllabam, neque incipere sequentem ante *T*. *Finali esse* .. *fas erat* idem valet ac *finali esse* .. *ei licebat*, eademque verborum est structura.

18. *Latinorum verborum finale O* etc.] Cf. de verbo c. 2, § 2.

Nam *scribone caedone* O non minus consensu omnium productum 19
habet quam *amone doceone nutrione:* ego tamen de re, quae auctores magni nominis dubitare fecit, certam quidem non ausim ferre sententiam: adseveraverim tamen Virgilium, cuius auctoritati omnis retro aetas et quae secuta est vel sequetur libens cesserit, *O* finale in uno omnino verbo adverbio nomine, uno pronomine, corripuisse: *scio modo duo ego: — Scio me Danais e classibus unum. — Modo Iuppiter assit. — Si duo praeterea. — Non ego cum Danais.*

XVI. De imperativo modo.

Semper apud Graecos modi indicativi temporis praesentis 1
secunda persona pluralis eadem est quae et imperativi: *ποιεῖτε* et in indicativo secunda est et in imperativo, *τιμᾶτε χρυσοῦτε γράφετε ποιεῖσθε τιμᾶσθε χρυσοῦσθε λέγεσθε γράφεσθε* et similia.
Hac regula memoriae mandata alteram subiiciemus, ut una ex 2
utraque observandae rationis necessitas colligatur. Omne verbum quod in *MEN* desinit qualem paenultimam habuerit in prima persona talem transmittit secundae, id est tempus retinet [316] vel productae vel brevis syllabae: *λαλοῦμεν λαλεῖτε*, quia in prima *OT* erat, et in secunda *EI* diphthongus aeque longa successit: *τιμῶμεν τιμᾶτε*, *MA* longa syllaba locum quem in *MΩ* habuerat occupavit: *στεφανοῦμεν στεφανοῦτε*, eadem diphthongus perseveravit: *λέγομεν*, quia O litera brevis est, *λέγετε*, *E* aeque
natura brevem recipit. At in coniunctivo quia producit paen- 3
ultimam, *ἐὰν λέγωμεν*, ideo et in secunda persona, *ἐὰν λέγητε*, produxit *E* in *H* mutando. Si igitur *φεύγωμεν* primam personam imperativi esse dicemus, sequitur, ut, quia in *MEN* exit *Ω* praecedente, etiam secundae personae paenultimam ex necessitate producat: quod si est, *φεύγητε* faciet, quemadmodum *ἐὰν λέγωμεν ἐὰν λέγητε:* sed constitit eandem semper esse secundam personam imperativi quae et indicativi fuit: *φεύγετε* autem in
indicativo fuit, non *φεύγητε*. Ex his colligitur neque aliam im- 4
perativi secundam personam esse nisi *φεύγετε* nec in declinatione *φεύγετε* secundam esse posse post *φεύγωμεν*, et ideo *φεύγωμεν* non potest imperativi prima esse persona: manifestum est ergo imperativum nec singularem nec pluralem habere primam personam. Cum autem dicimus: *fugiamus discamus nutriamus aremus doceamus* et similia, ad exhortativum sensum non ad imperati-
vum modum pertinere dicenda sunt. Apud Graecos imperativus 5
singularis activus temporis praesentis et praeteriti inperfecti, in

[Edd. pdzb.

18. *existiment* b. 19. *Vergilium* Edd.P. — *libens asserit* P. — *Scio*] Aen. III, 602. — *Modo*] Aen. III, 116. — *Si*] Aen. XI, 285. — *Non*] Aen. IV, 425.

XVI, 1. *indicativo* (om. *in*) Edd.P. — *TEIMACΘE* P.
2. *subiicimus* p2-b.

19. *dubitare fecit*] Vid. not. ad Comm. II, 5, 19.

omnis retro aetas] Vid. not. ad Comm. I, 21, 9.

XVI. *De imperativo modo*] Cf. de verbo c. 2.

3. *constitit*] Vid. not. ad Comm. I, 16, 10.

4. *ad exhortativum sensum .. pertinere dicenda sunt*] Cf. Priscian. lib. VIII, cap. de personis: *Itaque quae Latini in plurali numero im-*

secunda scilicet persona, aut in *H* aut in *A* aut in *OT* aut in [317]*E* aut in *OI* terminatur. Prima tria ad perispomena pertinent, *νόει τίμα δήλου:* quartum ad barytona, *λέγε γράφε:* quintum ad
6 verba *τὰ εἰς MI*, ut *ἵσταθι ὄμνυθι φάθι*. Sed et illa similem habent terminum quorum infinitivus in *NAI* exit, etsi non sint *τῶν εἰς MI*, *βῆναι βῆθι*, *νυγῆναι νύγηθι*, *δαμῆναι δάμηθι:* excepta sunt *εἶναι δοῦναι θεῖναι*. Ceterum *νενοηκέναι* vel huic similia ut magis *νενόηκε νενοηκέτω* quam *νενόηθι* faciat, multiplex ratio cogit: de qua unum pro exemplo argumentum ponere non pigebit. Quae in *ΘI* exeunt ab infinitis in *NAI* desinentibus necesse est ut sint infinitis suis *ἰσοσύλλαβα*, *νύγηθι νυγῆναι*, *δάμηθι δαμῆναι*, *βῆθι βῆναι:* *πεποίηθι* autem *πεποιηκέναι* aequalitate iam caruit, inde non receptum est *πεποίηθι* sed *πε-*
7 *ποίηκε*. Similiter apud Latinos imperativus nascitur ab infinito abiecta ultima, *cantare canta*, *monere mone*, *legere lege*, *ambire ambi*, *ferre fer*, *esse es*, et *ades* et *prodes*, — Lucilius: *Prodes amicis;* Virgilius: *Huc ades, o Lenaee;* Terentius: *Bono animo es.*
8 — *facere face*, *dicere dice*, et per syncopam *fac*, *dic*. Graeci secundae personae addita *TΩ* syllaba tertiam eiusdem praesentis efficiunt, *ποίει ποιείτω*, *τίμα τιμάτω*, *χρύσου χρυσούτω*, *λέγε λεγέτω*. Quod si secunda in *ΘI* desiit, ipsam mutat in *TΩ*, *βῆθι βήτω:* *TE* vero syllabam adiicientes praesenti singulari, imperativo pluralem faciunt, *ποίει ποιεῖτε*, *βόα βοᾶτε*, *δήλου δηλοῦτε*, *τύπτε τύπτετε:* tertiam pluralem faciunt addendo *ΣAN* tertiae
9 singulari, *ποιείτω ποιείτωσαν*. Hanc declinationem, quae decursa est, Graeci duobus simul temporibus adsignant, instanti et prae-

Ms. P.]
5. *a verbo* P. 6. *εἶναι, δοῦναι, θῖναι* Edd.P. Corrigendum esse *θεῖναι* vidit iam Opsop. *θεῖναι* vel *θῆναι* corrigi iussit Zeun.
7. *Vergilius* Edd.P. Vid. not. — *Terentius*] Heaut. IV, 6, 18.
8. *ποιεῖ .. τιμᾶ* (ab *τιμῷ*) *τιμάτω*, *χρυσοῦ* Edd. — *ποιεῖ .. βοᾶ .. δηλοῦ* Edd. — *ποιήτω, ποιήτωσαν* Edd.P.

perativa primae personae accipiunt, haec Graeci *ὑποθετικὰ* vocant, i. e. *suppositiva sive hortativa.*

6. *excepta sunt εἶναι δοῦναι θεῖναι*] Respici imperativi formas *δὸς* et *θὲς* bene vidit Zeunius. Sed tamen, ut reliqui, scripsit *εἶναι*, cuius imperativus *ἴσθι* huc non quadrat: quamobrem non dubitavi scribere *ἕναι*, ut intelligeretur imperativus *ἕς*.

δάμηθι δαμῆναι] Vid. not. ad c. 18, § 5.

magis] ut saepius, idem significat quod *potius*. Vid. not. ad Comm. II, 5, 31.

7. *Similiter apud Latinos*] Cf. de verb. c. 3, § 4.

Huc ades, o Lenaee] „Georg. II, 4 et 7. hodie reperitur *Huc, pater, o Lenaee*. Igitur vel aliam lectionem Virgilii secutus est Macrobius, vel hic pro *Lenaee* aliud nomen est substituendum, adeo ut scripserit aut: *Huc ades, o formose puer*, Ecl. II, 45., aut: *Huc ades, o Meliboee*, Ecl. VII, 9., aut: *Huc ades, o Galatea*, Ecl. IX, 39. Etsi hic facile fieri potuit, ut *Meliboee* mutaretur in *Lenaee;* locus tamen Georg. II, 4. haud dubie est corruptus. Nam praeterquam quod repetitio *pater* aliena est, verbum *ades* meliorem quoque efficit sensum. Nam poeta ibi non tam notionem *patris* urget, quam vim *adventus*. Ergo primum vocat *ades*, et paulo post emphaseos gratia *veni*. Locus Macrobii fugit interpretes Virgilii.“ Zeun.

8. *Graeci* etc.] Cf. de verb. c. 3, § 10.

TE vero syllabam] Cf. ibid. § 9.

9. *quae decursa est*] „H. e. de qua hactenus quaedam obiter dixi. Nam *decurrere*, quod proprie de

terito inperfecto. Et re vera, si pressius quaeras, magis de inperfecto, quam de instanti tantum apud illos imperativum vi-[318] debis. Tertia enim inperfecti indicativi persona capite deminuta vel in syllaba vel in syllabae tempore facit imperativi secundam, ἐλάλει λάλει, ἐβόα βόα, ἐστεφάνου στεφάνου, ἔλεγε λέγε, ἦγε ἄγε, εἶλκε ἕλκε: ita et in passivis, ἐνοοῦ νοοῦ, ἐτιμῶ τιμῶ, ἐχρυσοῦ χρυσοῦ, ἐτύπτου τύπτου, ἤγου ἄγου, εἵλκου ἕλκου. Latini non aestimaverunt ullum praeteritum imperativo dandum, 10
quia imperatur quid, ut aut nunc aut in posterum fiat: ideo praesenti et futuro in modi huius declinatione contenti sunt: sed Graeci introspecta sollertius iubendi natura animadverterunt posse conprehendi praecepto tempus elapsum, ut est ἡ θύρα κεκλείσθω, quod aliud est quam ἡ θύρα κλειέσθω. Nam κλειέσθω cum dico, ostendo hactenus patuisse, cum vero dico κεκλείσθω, hoc impero, ut claudendi officium iam peractum sit: quod et Latinitas iubendum novit, cum περιφραστικῶς dicit: *ostium clausum sit*. Hinc iam per omnia praeteriti tempora declinatio va- 11
gatur, sed utroque perfecto simul iuncto. Dicunt enim παρακειμένου καὶ ὑπερσυντελικοῦ, νενίκηκε νενικηκέτω et νενίκησο νενικήσθω: quod quam necessarium sit, hinc sumpto argumento requiratur. Praeponamus senatum pugnaturo consuli vel militibus imperare conficiendi belli celeritatem: πρὸ ὥρας ἕκτης ἡ συμβολὴ πεπληρώσθω, ἢ ἡ μάχη πεποιήσθω, ἢ ὁ πόλεμος νενικήσθω. Futurum quoque suum Graeci cum aoristo iungunt, 12
quia iisdem signis indicativo utrumque dinoscitur. Nam si aoristus desinat in *ΣA*, futurum in *ΣΩ* terminatur, ἐλάλησα λαλήσω: si hoc in *ΞA*, illud in *ΞΩ*, ἔπραξα πράξω: si in *ΨA*, in[319]

[Edd. pdzb.

10. *existimaverunt* b. 11. *Proponamus* coni. Zeun. Vid. not. — η ἡ μάχη πεποιήσθω scripsi e coni. *ΔΕΛΗΜΑΚΗΠΕΠΑΗCΘΩ* (Ops. affert *ΠΕΠΑΥCΘΩ*) P. ἢ ἡ μάχη πεκλήσθω Edd. — *NENIKECΘΩ* P.

currentibus in stadio dicitur, tropice significat rem leviter tractare, obiter attingere. Sic Cic. de Orat. I, 2 *Quae abs te breviter de arte decursa sunt, audire cupimus.*"

instanti] Cf. c. 15, § 1.

de inperfecto] Cf. c. 14, § 14.

capite deminuta etc.] Dicendum erat: *in capite deminuta vel syllaba vel syllabae tempore.*

10. *sed Graeci* etc.] Cf. de verb. c. 3, § 1. et Priscian. lib. VIII, cap. de tempor. verbor. p. 806 P.

11. *utroque perfecto*] Intelligendum esse perfectum et plus quam perfectum e sequentibus apparet.

Praeponamus] „Cum *praeponere* sit praeferre, praeficere, munus alicuius fidei committere, ab hoc loco est alienum putandum. Igitur lege *Proponamus*, h. e. ponamus, fingamus, exempli gratia adducamus, seu explicandae rei causa exemplum proferamus." Zeun. — Dicendum erat sine dubio *ponamus*. Nolui tamen delere praepositionem, ut ab ipso auctore non recte fortasse additam.

πρὸ ὥρας ἕκτης] Non ad diei sed ad anni tempus est referendum. F. Passovius (Handwoerterbuch d. gr. Spr. s. v. ὥρα) refert posteriore aetate Graecos computavisse septem anni tempora quorum sextum fuerit χειμών.

ἡ μάχη πεποιήσθω] Sic scripsi propter exemplum allatum de verb. l. c. *pugna commissa sit*. Quid lateat in codicis literis *ΔΕΛ*, non liquet.

12. *Futurum quoque .. cum aoristo iungunt*] sc. in modo imperativo. Cf. c. 13, § 4.

12. *si hoc*] Cum antecedat *aoristus*, non dicendum erat *hoc* sc. tempus, sed *hic*. Praeterea animadvertendum est pronomen *hoc*

ΨΩ, ἔπεμψα πέμψω. Ergo λάλησον πρᾶξον πέμψον adsignantur
13 simul utrique tempori, quia utriusque signa demonstrant. Tertia vero persona magis aoristum respicit quam futurum: facit enim λαλησάτω πραξάτω πεμψάτω, cum *ΣΑ ΞΑ ΨΑ* χαρακτῆρες sint ἀορίστου. Idem sonat et plurale ποιήσατε: cuius tertia persona rursus cum additamento tertiae singularis efficitur ποιη-
14 σάτωσαν. Et ut hoc idem tempus, id est futurum imperativi, passivum fiat, sumitur aoristus infiniti, et nulla omnino litera mutata tantumque accentu sursum ad praecedentem syllabam tracto futurum imperativum passivum fit, ποιῆσαι ποίησαι, λαλῆσαι λάλησαι: cuius tertia persona fit de tertia activi mutato *T* in *ΣΘ*, ποιήσατω ποιησάσθω, sicut et ποιεῖτε ποιεῖσθε et ποιήσατε ποιήσασθε.

XVII. De coniunctivo modo.

Coniunctiva Latinorum, quae ὑποτακτικὰ Graecorum, causam vocabuli ex una eademque origine sortiuntur. Nam ex sola coniunctione quae ei accidit coniunctivus modus appellatus est: unde et Graeci ὑποτακτικὸν διὰ τοῦ ὑποτετάχθαι vocitaverunt.
2 Apud quos hoc habet praecipuum hic modus, quod omne tempus eius activum primam personam singularem in *Ω* mittit, ἐὰν ποιῶ ἐὰν πεποιήκω ἐὰν ποιήσω, adeo ut et illa verba quae in *MI* exeunt, cum ad hunc modum venerint, redeant ad illa in *Ω* desinentia de quibus derivata sunt, τιθῶ τίθημι et in coniunc-
3 tivo ἐὰν τιθῶ, item διδῶ δίδωμι ἐὰν διδῶ. Ὑποτακτικὰ Grae-
[320]corum syllabas quae in aliis modis breves fuerunt in sua declinatione producunt, λέγομεν ἐὰν λέγωμεν: sed et *EI* diphthongum in ἦτα mutant, λέγω λέγεις, ἐὰν λέγω ἐὰν λέγῃς. Et quia natura verborum omnium apud Graecos haec est, ut ex prima persona in *Ω* exeuntium secunda in duas vocales desinat, ideo *ΕΑΝ ΛΕΓΗΙΣ* cum *I* ascripto post *H* profertur, ut duarum

Ms. P.]

12. *assignatur* Edd.P. — *quod utriusque* Edd. 13. *ΚΑΡΑΚΤΗΡΕΣ* P.

XVII, 3. *ideo ἐὰν λέγῃς* Edd.

referri ad prius, *illud* ad posterius substantivum.

13. *Idem sonat*] i. e. „magis aoristum respicit quam futurum", ut supra dicitur.

14. *ut .. passivum fiat*] Immo medium.

futurum imperativum passivum] Sic saepius uno casu usus est Macrobius, et modorum generumque nomina pro adiectivis habuit, ubi ponendus erat genitivus. Cf. c. 9, § 1. *praesens tempus .. modi indicativi generis activi*, sed § 4. *praesens passivum*, c. 10, § 1. *perfectum passivum* et *praesens tempus passivum*.

XVII. *De coniunctivo modo.*] Cf. de verb. c. 5. Priscian lib. VIII, cap. de modis et lib. XVIII, cap. de subiunct.

1. *Coniunctiva*] sc. verba. Cf. c. 18, § 8. *omne optativum.*

sortiuntur] Cf. praef. De verb. l. c. legitur *traxerunt*. Priscian. l. c. p. 821 P: *Et sciendum, quod omnibus modis aliis sociari potest subiunctivus, qui cum adversas habeat significationes, non ab una earum sed a constructione nomen accepit.*

3. *ΕΑΝ ΛΕΓΗΙΣ*] Sic, ut in codice leguntur, erant scribenda haec verba propter ea quae sequuntur: *cum I adscripto post H*, ad quae Zeunius adnotavit haecce: „Veteres, id quod etiamnum in libris scriptis antiquioribus videre licet, illud Iota otiosum, quod nostri homines vocant *subscriptum*, non vocali subscribebant, sed adscribebant. Nec tamen ullam in pro-

vocalium salva sit ratio. Tertia vero persona de secunda fit re- 4
tracta ultima litera, *ἐὰν ποιῇς ἐὰν ποιῇ:* et quia, ut diximus, amore productionis *O* pluralis indicativi in *Ω* mutant, *λέγομεν ἐὰν λέγωμεν*, in secunda quoque persona *E* in *H* transferunt, *λέγετε ἐὰν λέγητε:* tertia *ἐὰν λέγωσιν*, quia omne verbum apud Graecos quod exit in *MEN* mutat *MEN* in *EIN* et personam tertiam facit. Horum passiva de activis ita formantur, ut, pri- 5
mae personae activae si addas *MAI* syllabam, passivum eiusdem temporis facias, *ἐὰν ποιῶ ἐὰν ποιῶμαι*, [*ἐὰν πεποιήκω ἐὰν πεποιήκωμαι*], *ἐὰν ποιήσω ἐὰν ποιήσωμαι.* Item activi tertia secunda passivi est, *ἐὰν ποιῶ ἐὰν ποιῇς ἐὰν ποιῇ*, *ἐὰν ποιῶμαι ἐὰν ποιῇ:* haec eadem activi tertia addita sibi *TAI* syllaba passivam tertiam facit, *ἐὰν ποιῇ ἐὰν ποιῆται.* Graeci in coniunc- 6
tivo modo tempora bina coniungunt: proprium Latinorum est, ut modo indicativa pro coniunctivis modo coniunctiva pro indicativis ponant. Cicero de Legibus tertio: *Qui poterit socios tueri.* Idem Cicero in primo de Re publica: *Libenter tibi, Laeli, uti eum desideras, equidem concessero.*

XVIII. De optativo modo. [321]

De hoc modo quaestio Graeca praecessit, si praeteritum 1
tempus possit admittere, cum vota pro rebus aut praesentibus aut futuris soleant accitari, nec in specie possint transacta revocari, pronuntiatumque est praeteritum quoque tempus optanti necessarium, quia saepe in longinquis quid evenerit nescientes optamus evenisse quod nobis commodet. Qui enim Olympiacae 2
palmae desiderium habuit, domi residens ipse certatum equos suos cum aurigante filio misit, transacto iam die qui certamini

[Edd. pdzb.

4. *ἐὰν ποίῃς, ἐὰν ποίῃ* Edd.P (om. ι subscr. etiam infra). 6. *de legibus tertio*] capite deperdito. — *in primo de Re p.*] cap. 13. ed. Mai., ubi legitur *ut de eo disseras.*

XVIII, 2. *missit* P.

nuntiando habebat vim. Haec tantum tironum causa dicta putentur." Cf. c. 18, § 8. et c. 19, § 13.

5. [*ἐὰν ποιήκω ἐὰν ποιήκωμαι*] Haec uncis inclusi, quia vera perfecti passivi forma legitur c. 15, § 12 sqq.

ἐὰν ποιῇ ἐὰν ποιῆται] Consulto omisi iota subscriptum in *ποιῇ*, quia a scriptore est neglectum.

6. *Graeci .. coniungunt*] Cf. de verb. c. 4, § 3.

proprium Latinorum est etc.] Cf. ibid. c. 4.

XVIII. *De optativo modo.*] Cf. de verb. c. 4. Priscian. l. c.

1. *quaestio Graeca praecessit*] Cf. l. c. § 1. *communis Graecis Latinisque quaestio exorta est.*

si .. possit] Vid. not. ad Comm. I, 5, 1.

accitari] Verbum quod codex exhibet mutare nolui, licet alias legatur nusquam nisi in exemplaribus quibusdam apud Lucretium V, 945., ubi *accitat* dicitur esse idem quod *invitat*. Sed vide ne Macrobius scripserit *agitari*.

praeteritum quoque tempus optanti necessarium] Cf. de verb. l. c. § 1. Priscian. lib. VIII, cap. de tempor. verb. et lib. XVIII, cap. de optativ.

quod nobis commodet] Singulari sensu hoc verbum usurpatur. Namque est intransitivum idemque valet quod *commodum sit*. Cf. Comm. I, 19, 25. *atque ideo vitae nostrae magis commodant.*

2. *Qui .. habuit .. misit*] Haud probandum est hoc asyndeton. Dicendum erat aut *et .. misit* aut *si .. misit.*

dies qui certamini status est] Malueris *statutus*, sed cf. Tacit. Hist. IV, 81. *statos aestivis flatibus dies.*

status est exitum adhuc nesciens et desiderium votis adiuvans quid aliud dicere existimandus est quam: *εἴθε ὁ υἱός μου νενι-*
3 *κήκοι?* Haec et quaestio et absolutio cum Latinitate communis est, quia in causa pari haec vox esse deberet optantis: *utinam filius meus vicerit.* Sed rari Latinarum artium auctores admiserunt in optativo declinationem praeteriti perfecti, *utinam vicerim.*
4 In hoc enim modo Latini tempora Graecorum more coniungunt, inperfectum cum praesenti, plus quam perfectum cum perfecto: et hoc adsignant duobus antecedentibus, quod in coniunctivo praeteriti inperfecti fuit, *utinam legerem:* hoc duobus sequentibus, quod in coniunctivo plus quam perfecti fuit, *utinam legissem:* et hoc dant futuro quod habuit coniunctivus praesens, *utinam legam.* Sunt tamen qui et praeterito perfecto adquiescant, *utinam legerim:* quorum sententiae Graeca ratio, quam supra di-
5 ximus, opitulatur. In Graeco optativo quae in *MI* exeunt ac-
[322] tiva tantum sunt, quae in *MHN* passiva tantum vel passivis similia, *λέγοιμι λεγοίμην:* sed quae in *HN* exeunt praecedente vocali modo activa modo passiva sunt, et *activa* non nisi ex illis verbis veniunt quae in *MI* exeunt, *φαίην δοίην:* passiva autem et de iisdem verbis fiunt, ut *δαθείην τεθείην:* et de ex-
6 euntibus in *Ω*, ut *νυγείην δαρείην.* Activa ergo quae in *MI* exeunt, mutant *MI* in *MHN* et passiva faciunt *λέγοιμι λεγοίμην:* quae vero in *HN* exeunt *M* interserunt et in passivum
7 transeunt, *τιθείην τιθείμην, διδοίην διδοίμην.* Graeci omne tempus optativi modi maius syllaba proferunt quam fuit in indicativo, *ποιῶ ποιοῖμι, πεποίηκα πεποιήκοιμι, ποιήσω ποιήσοιμι:* aoriston enim praetereo, quod Latinitas nescit. Ideo *ἡβῷμι* et *ἡβώοιμι* apud Graecos legimus, quia propter necessarium augmentum syllabae *ἀπὸ τοῦ ἡβῶ* fit *ἡβῷμι, καὶ ἀπὸ τοῦ ἡβώω* fit
8 *ἡβώοιμι.* Omne apud Graecos optativum singulare habet sine

Ms. P.]

vocis p2-b. 3. *praeteriti* om. p2-b. 4. *supra*] § 1 sqq. Cf. c. 13, § 3. 5. **activa** om. Edd.P. — *τιθείην* Edd.P. — *ΔΑΡΕΙΗΝ* e vet. cod. affert Opsopoeus, qui coniecit legendum esse *δαρείην* vel *καρείην*. Vid. not. 7. *quem Lat.* Edd. — *ἡβῷμι* Edd. Vid. not. ad c. 17, § 3.

4. *In hoc enim modo* etc.] Cf. de verb. c. 4, § 2 sqq. et Priscian. lib. VIII, p. 807 P: *In hoc autem modo .. tempora coniuncta habent Latini, praesens cum praeterito inperfecto et praeteritum perfectum cum plus quam perfecto ad imitationem Graecorum, quamvis haec quoque conati sunt quidam coniungere. Sed melius est esse disiuncta.* Charis. II, 5, 2.: *Optat. perfecti: ut amaverim. Plus quam perfecti: ut amavissem.*

praeterito perf. adquiescant] i. e. praeteritum perfectum admittant.

passivis similia] Cf. c. 16, § 9.

5. *et *activa* non nisi ex illis verbis veniunt*] Sic ut scribatur flagitat et res ipsa et id quod sequitur, *passiva autem.*

δαρείην] Per se hoc verbum non est reprehendendum. Sed, cum c. 16, § 6. Macrobius coniunxerit *νύγηθι* et *δάμηθι*, suspicandum est eum etiam h. l. scripsisse *δαμείην*, nisi forte illo loco verum est *δάρηθι δαρῆναι*.

7. *aoriston enim praetereo*] Cf. c. 7, § 5.

quod Latinitas nescit] sc. eum. Cf. l. c. *quia eo Latinitas caret.* Non est quod habeas *quod* pro pronomine relativo, et intelligas *tempus* ut in *hoc* c. 16, § 12. Hoc videtur statuisse Opsopoeus qui scripsit *quem.*

8. *Omne .. optativum*] Cf. c. 17, § 1. *Coniunctiva.*

dubio in paenultima diphthongum, quae per *I* conponitur, *λέ-
γοιμι γράφοιμι σταίην δοίην*, unde et *ΗΒΩΙΜΙ*: post *Ω* ascri-
bitur *I*, ne sine hac vocali optativi paenultima proferatur. Graeca 9
quae in *MI* exeunt, *I* ultimum in *EN* mutant et fiunt pluralia,
ποιοῖμι ποιοῖμεν, γράφοιμι γράφοιμεν. Semper apud Graecos
pluralis prima persona aut unam vocalem habet in paenultima
praecedentem, ut *σταίημεν νυγείημεν*, aut duas, ut *λέγοιμεν
γράφοιμεν*: sed priora fine mutato in *ΣΑΝ* tertiam personam
de se efficiunt, sequentia vero *M* subtracto idem faciunt, *σταίη-
μεν σταίησαν, λέγοιμεν λέγοιεν.* Passiva Graecorum quae in 10
MHN exeunt hanc ipsam syllabam in *O* mutant et secundam [323]
personam faciunt, *ποιοίμην ποιοῖο, γραφοίμην γράφοιο*: quae
vero in *HN N* in *Σ* mutant et faciunt secundam, *σταίην
σταίης, δοίην δοίης.* Ipsa vero secunda persona, si in *O* exit,
addit *T* et facit tertiam, *ποιοῖο ποιοῖτο, γράφοιο γράφοιτο*: quae
in *Σ* desinit hoc amittit et facit tertiam, *σταίης σταίη, δοίης
δοίη.*

XIX. De infinito modo.

Infinitum modum, quem *ἀπαρέμφατον* dicunt, quidam 1
Graecorum inter verba numerare noluerunt, quia nullius *ἐγκλί-
σεως* verbum verbo alterius iunctum efficit sensum (quis enim
dicat: *βουλοίμην λέγω, λέγοιμι βούλομαι, γράφοιμι τρέχω?*),
parempbatum vero cum quolibet modo iunctum facit sensum:
*θέλω γράφειν, θέλε γράφειν, ἐὰν θέλω γράφειν, εἰ θέλοιμι
γράφειν.* Similiter et apud Latinos dici non potest *velim scribo,
debeam curre* et similia. Dicuntque adverbium esse magis, quia 2
infinitum sicut adverbium praeponitur et postponitur verbo, ut
*γράφω καλῶς, καλῶς γράφω, scribo bene, bene scribo: ἑλληνιστὶ
διαλέγομαι, διαλέγομαι ἑλληνιστί, Latine loquor, loquor Latine:*
ita et hoc: *θέλω γράφειν, γράφειν θέλω, volo scribere, scribere
volo: ἐπίσταμαι τρέχειν, τρέχειν ἐπίσταμαι, scio loqui, loqui scio*
Nec mirum aiunt, cum multa adverbia nascantur a verbis, hoc 3
quoque ex verbo esse profectum. Si enim *ἑλληνίζω ἑλληνιστὶ*
facit et *κάμνω ἀκμητί*, cur non et *ἀπὸ τοῦ γράφω* nascatur ad-
verbium *γράφειν?* Hoc etiam addunt: Si ab eo quod est *γρά-* 4
φω, cum fit *γράφειν*, iam verbum non dicitur sed participium, [324]
quia ultimam mutat et personam amittit, cur non et *γράφειν* in
alterum nomen migret ex verbo, cum non solum finem moveat
sed etiam significationem personae numerique perdat: maxime

[Edd. pdzb.

9. *in HN .. ΠΟΙΟΙΜΗΝ .. ΓΡΑΦΟΙΜΗΝ .. ΛΕΓΟΙΜΗΝ .. ΓΡΑΦΟΙΜΗΝ .. ΣΤΑΙΗΜΗΝ .. ΛΕΓΟΙΜΗΝ* P.
XIX, 1. *ΒΟΥΛΟΙΜΑΙ* P. — *currere* P.

XIX. *De infinitivo modo.*] Cf. de verb. c. 6. et Priscian. lib. VIII, cap. de modis et lib. XVIII, cap. de ordin. verbi.

2. *magis*] ut saepius ponitur pro *potius*, ut c. 16, § 6. Cf. de verb. l. c. § 1. *sed adverbiis potius temporis adplicare conantur.* At Priscian. p. 819 P: *Quidam enim dubitaverunt, an verba sint haec, et inter adverbia magis ponenda consuerunt.*

quia .. praeponitur et postponitur verbo] Melius Priscian. l. c. *quod .. egent semper aliis verbis, ut adverbia.*

cum, sicut participium in distinctionem personarum additamento pronominis mutatur: ἐμὲ φιλῶν, σὲ φιλῶν, ἐκεῖνον φιλῶν, ita et ἀπαρεμφάτῳ contingit: ἐμὲ φιλεῖν, σὲ φιλεῖν, ἐκεῖνον φι-
5 λεῖν? Sed illi qui talia de infinito putant hac maxime ratione vincuntur, quod in adverbio temporum significationes non de eiusdem soni inflexione nascuntur, sed ut tempora mutantur et voces, *νῦν πάλαι ὕστερον, nunc antea postea:* in infinito autem vox eadem paululum flexa tempus inmutat, *γράφειν γεγραφέναι*
6 *γράψειν, scribere scripsisse scriptum ire.* Nec omne *ἀπαρέμφατον* cuicumque verbo iunctum sensum exprimit, sed illis tantum quae nullam rem per se dicta significant, quae ab illis *προαιρετικὰ*, ab his *arbitraria* non absurde vocari possunt, quia per ipsa significatur dispositionem seu amorem vel arbitrium subesse nobis rei adhuc incertae sed per adiunctionem verbi alterius ex-
7 primendae. Nam *ἐσθίω μετὰ τοῦ τύπτειν* aut *περιπατῶ μετὰ τοῦ πλουτεῖν* iungi non possunt. Item *lego* cum *sedere* iunctum aut *scribo* cum *caedere* nullam efficit sensus perfectionem, quia
8 et *lego* rem significat et *sedere*, et *scribo* similiter et *caedere.* Si vero dixero *volo* aut *opto* aut *soleo* aut *incipio* et similia, nullam [325]rem ex huiusmodi verbi pronuntiatione significo. Et haec sunt vel talia quae bene aparemphatis implicantur, ut ex uno arbitrium ex altero res notetur: *volo currere, opto invenire, dispono*
9 *proficisci, soleo scribere.* Ex hoc intellegitur maximam vim verbi in infinito esse modo, siquidem verba rerum nomina sunt: et videmus ab aparemphatis rei significationem alteris quoque ver-
10 bis non habentibus accommodari. Adeo autem hic modus absolutum nomen rerum est, ut in significationibus rerum, quas Aristoteles numero decem *κατηγορίας* vocat, quattuor per *ἀπαρέμ-*
11 *φατον* proferantur, *κεῖσθαι ἔχειν ποιεῖν πάσχειν.* Graeco vocabulo propterea dicitur *ἀπαρέμφατον*, quod nullum mentis indicat affectum. Nam *γράφω τύπτω τιμῶ* et rem et ipsum animi habitum expressit agentis, *γράφειν* vero vel *τύπτειν* vel *τιμᾶν* nullam continet affectus significationem, quia incertum est quid

Ms. P.]
8. *a paremphatis implicantur* Edd.P. 10. *Aristoteles*] in Topicis I, 7.

4. *ἐμὲ φιλῶν, σὲ φιλῶν, ἐκεῖνον φιλῶν*] Cum de subiecto agatur, scribendum erat *ἐγὼ* .. *σὺ* .. *ἐκεῖνος:* nihil tamen mutandum est, quia de verb. c. 6, § 1. eodem modo legitur *amans me, te, illum, nos, vos, illos.* Auctor ipse videtur ab infinitivo accusativum subiecti falso transtulisse ad participium, vel potius non animadvertisse multo aliam vim esse accusativi iuncti cum participio atque cum infinitivo.

5. *in adverbio etc.*] Cf. de verb. l. c. § 3.

scriptum ire] Cf. § 23.

8. *dispono proficisci*] Hanc verborum structuram non esse Latinam nemo non intelligit. Ponitur autem *dispono* pro *statuo.* Respondet Graeco verbo, quod sequitur, *διατυπῶ*, quod Zeunius interpretatur: „decernere, apud animum sibi proponere, velle." Cf. § 6. *dispositionem*, et Excerpt. math. I, § 6.: *cum terrae ambitum aestimare disponeret.*

10. *quas Aristoteles numero decem κατηγορίας vocat*] *Οὐσία, Ποσὸν, Ποιὸν, Πρός τι, Ποῦ, Πότε, Ποιεῖν, Πάσχειν, Κεῖσθαι, Ἔχειν.*

sequatur, *θέλω μέλλω διατυπῶ* an contra *οὐ θέλω οὐ μέλλω οὐ διατυπῶ*. Hinc de ipsius declinatione tractemus.

Graeci infiniti unum tempus duo tempora complectitur in- 12
dicativi modi: *ποιῶ ἐποίουν* in indicativo, in infinito autem ita pronuntiatur, *ἐνεστῶτος καὶ παρατατικοῦ ποιεῖν*: item *πεποίηκα ἐπεποιήκειν*, et in infinito *παρακειμένου καὶ ὑπερσυντελικοῦ πεποιηκέναι*. Apud Graecos omne *ἀπαρέμφατον* aut in *N* 13
desinit aut in *AI* diphthongum: sed et cum in *N* desinit, diphthongus praecedat necesse est, ut *ποιεῖν χρυσοῦν*: ideo *τῷ BOAIN ἰῶτα* ascribitur, ne sit *ἀπαρέμφατον* sine diphthongo.
Unde quae in *HN* desinunt, ut *ζῆν πεινῆν διψῆν*, non sunt 14
communia sed Dorica, ut *ὁρῆν*. Eiusdem sunt dialecti et quae in *EN* exeunt, ut *ἀπὸ τοῦ νοεῖν νοὲν* et *ἀπὸ τοῦ δασμηφο-* [326] *ρεῖν δασμηφορέν*: licet sint et communia in *EN*, sed integritatis extremitate praecisa, ut est *ἀπὸ τοῦ ἔμεναι ἔμεν, ἀπὸ τοῦ δόμεναι δόμεν*. Perfecti temporis indicativi Graecorum tertia per- 15
sona fini suo adiecta *NAI* syllaba transit in *ἀπαρέμφατον*, *πεποίηκε πεποιηκέναι, λέλεχε λελεχέναι*. Latini primae personae perfecti addunt geminatum *ss* et *e*, *dixi dixisse*. Graeci *ἀπαρ-* 16
έμφατα sua activa in *AI* desinentia per omnes semivocales literas proferunt excepto *Z*, *στεῖλαι νεῖμαι χρῆναι σπεῖραι νοῆσαι λέξαι γράψαι*: excepta sunt *εἶπαι καὶ ἐνέγκαι* quae sola non semivocales sortita sed mutas. Passiva vero per unam tantum literam *Θ* proferuntur praemissa aut liquida, *κεκάρθαι τετίλθαι ἐῤῥάνθαι*, aut *Σ*, *λέγεσθαι φιλεῖσθαι*, aut altera ex mutis quae vocantur *δασεῖαι*, id est sive *X*, ut *νενύχθαι*, sive *Φ*, ut *γεγράφθαι*. Cum Latini nullum infinitum monosyllabum habeant, 17
Graeci paucissima habent, quae referantur ad solam secundam

[Edd. pdzb.

12. *in infinitivo* (bis) Edd. 13. *βοαῖν* Edd. Vid. not. ad c. 17, § 3. 14. *νόεν* et *δασμηφόρεν* Edd. 15. *λέλεχε* om. P. 16. *χρεῖναι* Edd.P. — *multas* P. — *KAIKAPΘAI* P. — *ΦΙΛΕΣΘΑΙ* P. — *ΔΑΣΙΑΙ* P. — *ut* (utrum, nescio) om. P.

12. *unum tempus duo tempora complectitur*] Cf. c. 13, § 2 sqq. et Priscian. lib. VIII, cap. de temporib. verbor.

13. *Apud Graecos etc.*] De infinitivorum formis apud Latinos vid. de verb. c. 6, § 4 sqq.

14. *quae in EN exeunt*] Exempla vid. apud Matthiaeum, Ausf. gr. Gr. § 202, 11, Not. 1.

ἀπὸ τοῦ δασμηφορεῖν δασμηφορέν] Lud. Dindorfius ad Steph. Thes. Gr. L. s. h. v. adnotavit haec: „Choerob. in Bekk. An. p. 1282.: *Τὸ γὰρ δασμηφορεῖν ἀποβάλλει τὸ ι παρὰ τοῖς Δωριεῦσι καὶ γίνεται ἐν ὀξείᾳ τάσει δασμηφορέν.* Unde corrigendum videtur Etym. M. p. 249, 29., ubi modo *δασμηφορεῖν* modo *δασμοφορεῖν* vel *δασμοφορέν*."

integritatis] i. e. integrae formae. Conf. § 17. et Comm. II, 17, 14.

15. *Latini* etc.] Cf. de verb. c. 6, § 5.

16. *sortita*] Cf. praef.

quae vocantur δασεῖαι] Cf. Dionys. Comp. verb. p. 82 (174): *Τῶν δὲ καλουμένων ἀφώνων ἐννέα ὄντων τρία μέν ἐστι ψιλά. τρία δὲ δασέα, τρία δὲ μεταξὺ τούτων*, et Tzetz. Exeg. Il., p. 48, 28.: *Τὰ τρία δασέα, θῆτα φῖ τε καὶ χῖ.*

17. *σπᾶν θλᾶν*] Notandum est hos infinitivos Macrobium non habuisse pro contractis. In codice nec hoc loco neque infra legitur iota subscriptum, quod requiritur § 13.

συζυγίαν περισπωμένων, ut *σπᾶν θλᾶν*: etenim *πνεῖν χεῖν ῥεῖν*
non sunt integra sed ex collisione contracta: fuit enim integritas
πνέειν χέειν ῥέειν, et medio *E* subtracto in unam syllabam sunt
18 redacta et ex themate verborum veniunt *πνέω χέω ῥέω*. Nul-
lum enim Graecum verbum *ἀπαρέμφατον* ex verbo in *Ω* desi-
nente factum non eundem numerum syllabarum tenet qui in
prima positione verbi fuit, *νοῶ νοεῖν*, *τιμῶ τιμᾶν*, *χρυσῶ χρυ-
σοῦν*, *τρέχω τρέχειν*, *τύπτω τύπτειν*: sic *πνέω πνέειν*, *χέω χέειν*,
19 *ῥέω ῥέειν*, ex quibus *πνεῖν χεῖν ῥεῖν* sunt facta. *Ἀπαρέμφατα*,
[327] quae in *N* desinunt, si de verbo sunt perispomeno, amisso *N*
et accepta syllaba *ΣΘΑΙ* faciunt ex se passiva, *ποιεῖν ποιεῖσθαι*,
τιμᾶν τιμᾶσθαι, *δηλοῦν δηλοῦσθαι*: quodsi sint de barytono,
20 etiam *I* amittunt, *λέγειν λέγεσθαι*, *γράφειν γράφεσθαι*. Fiunt
et de indicativo passivo. Mutat enim *T* in *Σ καὶ Θ* et facit
ἀπαρέμφατον. Nec solum hoc in praesenti tempore, sed in
praeterito et futuro, *φιλεῖται φιλεῖσθαι*, *πεφίληται πεφιλῆσθαι*,
21 *φιληθήσεται φιληθήσεσθαι*. Est et alia diligentior observatio
circa *παρακείμενον*. Nam quotiens in paenultima habet *K*, tunc
amissa utraque syllaba et accepta *ΣΘΑΙ* in passivum transit,
πεπατηκέναι πεπατῆσθαι, *γεγελακέναι γεγελάσθαι*, *κεκλυκέναι*
22 *κεκλύσθαι*: aut interdum *ΘΑΙ* solam accipit sine *Σ*, sed tunc,
quotiens ante *K* liquida repperitur, ut *τετιλκέναι τετίλθαι*, *κε-
καρκέναι κεκάρθαι*, *ἐῤῥαγκέναι ἐῤῥάνθαι*: unde intellegitur in
hoc verbo *Γ* quod fuit ante *K δυνάμει N* fuisse: quodsi *παρα-
κείμενος* activus habuit in paenultima aut *Φ* aut *X*, tunc quo-
23 que *Θ* accipit, *γεγραφέναι γεγράφθαι*, *νενυχέναι νενύχθαι*. La-
tini futuri infinitum faciunt adiuncto participio vel magis gerundi
modo *ire* seu *iri*, et vel in passivo *doctum iri* vel in activo *doc-
24 tum ire* pronuntiant. *Ἀπαρέμφατα* quae in *ΘΑΙ* exeunt aut

Ms. P.]
17. *ΣΥΖΥΓΕΙΑΝ* P. 18. *ΤΙΠΤΩ*, *ΤΙΠΤΕΙΝ* P.
19. *πεφιληθήσεται πεφιληθήσεσθαι* Edd.P. 20. *σ καὶ σθ* zb.
— *ΠΕΦΙΛΗΤΕ* P. 22. *ΚΑΙΚΑΡΚΕΝΑΙ ΚΑΙΚΑΡΘΑΙ* P.
— *ante X* P. — *ΝΕΧΕΝΑΙ* P.

19. *faciunt ex se passiva*] Cf. de verb. c. 6, § 8 sqq.

20. *φιληθήσεται φιληθήσεσθαι*] Quum in cod. et edd. legatur *πεφιληθήσεται πεφιληθήσεσθαι*, suspicor Macrobium addidisse futurum tertium *πεφιλήσεται πεφιλήσεσθαι*.

23. *Latini futuri infinitivum faciunt etc.*] Cf. de verb. c. 6, § 6. Futuri activi forma *doctum ire* commemoratur ibidem § 3. et in hoc capite § 5. Hanc formam veteres grammatici infinitivo futuri activi solent tribuere vel solam vel cum altera *docturum esse* Cf. Charis. II, 5-7., sed inprimis Priscian. lib. IX, cap. de I coni. p. 864 P: *Sciendum autem, quod in um desinens supinum accepto verbo infinito quod est ire facit infiniti futurum, ut oratum ire, domitum ire. Frequenter tamen antiquissimi neutro participio futuri addebant esse et infiniti futurum significabant, oraturum esse pro oratum ire dicentes.*

vel magis] i. e. *μᾶλλον δὲ*, *vel potius*. Cf. c. 19, § 2. et vid. not. ad Comm. II, 5, 31.

gerundi modo] Hoc nomine supinum quod nos dicimus appellat Macrobius etiam infra § 31. Sed et supina et gerundium supinorum nomine complectuntur Charisius II, 9, 5. et Priscianus VIII, p. 808 et 811 P. Hic p. 809 et 842. ait *gerundia vel supina*, ut appareat veteres grammaticos promiscue usos esse his nominibus.

tertium a fine acutum sortiuntur accentum, ut λέγεσθαι γρά-
φεσθαι, aut secundum, ut τετίλθαι κεκάρθαι, aut circumflectunt
paenultimam, ut ποιεῖσθαι νοεῖσθαι. Ἀπαρέμφατον quod in 25
ΘΑΙ exit, si habeat in paenultima Υ, modo praesentis temporis
est modo praeteriti perfecti: et hanc diversitatem discernit accen-
tus. Nam si tertius a fine sit, praesens tempus ostendit, ut
ὄλλυσθαι ῥήγνυσθαι ζεύγνυσθαι: si secundus, praeteritum per-[328]
fectum, ut λελύσθαι ἐξύσθαι: unde ΕΙΡΥΣΘΑΙ, si in capite
habeat accentum, σημαίνει ἕλκεσθαι quod est praesentis: si in
paenultima sit, σημαίνει ἑλκύσθαι quod est praeteriti: Νῆα
κατειρύσθαι. In ἀπαρεμφάτοις conpositio non mutat accentum, 26
sed hunc conposita custodiunt qui simplicibus adhaerebat, φι-
λεῖσθαι καταφιλεῖσθαι, κεῖσθαι κατακεῖσθαι. Denique ΚΑΤΑ- 27
ΓΡΑΨΑΙ, quia et activi aparemphati est et passivi imperativi,
cum est aparemphatum, in verbo habet accentum, καταγράψαι,
et cum est imperativum, ad praepositionem recurrit, κατάγραψαι.
In infinito Graeco praeteritum perfectum, si dissyllabum fuerit, 28
omnimodo a vocali incipit, ὦφθαι εἶρχθαι. Si ergo inveniantur
dissyllaba huiusmodi a consonantibus incipientia, manifestum est
non esse integra, ut κέρθαι βλῆσθαι δέχθαι, quorum integra
sunt κεκέρθαι βεβλῆσθαι δεδέχθαι. Graeci aparemphato non- 29
numquam pro imperativo utuntur, Latini pro indicativo. Θαρ-
σῶν νῦν, Διόμηδες, ἐπὶ Τρώεσσι μάχεσθαι, id est μάχου: hic
pro imperativo; at pro indicativo Sallustius: *Hic, ubi primum
adolevit, ... non se luxuriae neque inertiae corrumpendum dedit,
sed, ut mos gentis illius est, iaculari, equitare: et cum omnes glo-
ria anteiret, omnibus tamen carus esse. Idem pleraque tempora in
venando agere, leonem atque alias feras primus aut in primis fe-
rire, plurimum facere, minimum de se loqui.* Infinitum nonnum- 30
quam pro coniunctivo ponunt. Cicero pro Sestio: *Rei publicae
dignitas me ad se rapit et haec minora relinquere hortatur,* pro
hortatur ut relinquam. Hortor amare focos, pro *hortor ut ament.*[329]

[Edd. pdzb.

24. *ΚΑΙΚΑΡΘΑΙ* P. 25. *praeteriti imperfecti* P. — *Νῆα*] Hom. Od. ξ, 332. 27. *καταγράφαι* om. P. — *ὤφσθαι* p2-b. 29. *Θαρσῶν*] Hom. Il. ε, 124. — *ΔΙΟΜΗΔΗΣ* P. — *Sallustius*] Iug. c. 6, § 1. (ubi legitur: *Qui ubi ... luxu ... uti ... equitare ... iaculari, ad hoc pleraque*). 30. *pro Sestio*] c. 3, § 7. (ubi legitur: *quae me ad sese rapit, haec*). — *Hortor*] Virg. Aen. III, 134.

24. *sortiuntur*] Cf. praef.

27. *quia .. passivi imperativi*] Tertia huius formae vis neglecta est, qua significat tertiam personam singul. optativi aoristi I. activi.

cum est imperativum] *Imperativum* ut antecedens *aparemphatum* haberi potest pro adiectivo quod iungatur cum *ΚΑΤΑΓΡΑΨΑΙ*. Sed cf. c. 17, § 1.

28. *non esse integra*] sc. abiecta reduplicatione. Hanc rationem comprobavit Buttmannus Ausf. Gr. § 114. s. v. *δέχομαι*, quum antea § 110, 8 et 9. cum aliis (in quibus est Kuehnerus) has formas tribuerit aoristo. Matthiaeus in grammaticae suae edit. II. simili modo dubius haesit, cf. § 164 Not. I., et § 193 Not. 8.

29. *pro indicativo*] Cf. de verb. l. c. § 12. Addendum erat *temporis imperfecti*. Cf. Priscian. lib. XVIII, cap. de ordinat. verbi p. 1131 P: *Itaque apud Graecos quidem pro imperativo ponitur, apud nos autem pro praeterito imperfecto.*

30. *pro coniunctivo*] Cf. ibid. § 13, Addendum erat: cum *particula ut*, id quod exempla demonstrant.

31 Ponuntur et pro gerundi modo. Cicero pro Quintio: *Consilium cepisse hominis fortunas funditus evertere*, pro *evertendi*. Virgilius: *Sed si tantus amor casus cognoscere nostros*, pro *cognoscendi*. Et aliter Terentius in Hecyra: *It ad eam visere*, pro *visitatum*, et: *Cantare pares et respondere parati*, pro *ad respondendum*.
32 Ponuntur et pro participio praesentis. Varro in Scaevola: *Et ut matrem audivi dicere*. Cicero in Verrem: *Charidemum cum testimonium ... dicere audistis*, pro *dicentem*. Eant nunc qui infinito calumniantur et verbum non esse contendant, cum pro omnibus fere verbi modis probetur adhiberi.

XX. De inpersonalibus.

Sunt inpersonalia Graecis Latinisque communia: sunt tantum concessa Latinitati. *Decet me* (*te illum nos vos illos*), inpersonale est: sed et Graeci hoc verbo similiter utuntur, πρέπει ἐμοὶ (σοὶ ἐκείνῳ ἡμῖν ὑμῖν ἐκείνοις). Hoc autem inpersonale nascitur a verbo *deceo deces decet* **decemus decetis decent**, πρέπω πρέπεις πρέπει πρέπομεν πρέπετε πρέπουσιν. *Decent domum co-*
2 *lumnae*, πρέπουσιν τῇ οἰκίᾳ οἱ κίονες. *Placet mihi lectio* verbum est, *placet mihi legere* inpersonale est. Ita et apud Graecos ἀρέσκει μοι ἡ ἀνάγνωσις ad personam relatum est, ἀρέσκει μοι ἀναγιγνώσκειν inpersonale est. **Contigit mihi spes**: *contigit me venisse*. Similiter apud Graecos συνέβη μοι ἡ ἐλπὶς declinationis

Ms. P.]

31. *pro Quintio*] c. 16, § 53. — *coepisse* P. — *Virgilius*] Aen II, 10. — *Vergilius* Edd.P. — *in Hecyra*] I, 2, 114. (ubi Bentl. legit: *It visere ad eam*). — *Cantare*] Virg. Ecl. VII, 5. 32. *in Scaevolam* Edd.P. Vid. not. — *in Verrem*] Act. II, lib. I, c. 20, § 52. (ubi legitur *Charidemum Chium*, quod reponi iussit Zeunius).

XX, 1. **decemus decetis decent** ipse addidi nisus iis quae statim sequuntur. — τῇ οἰκιαῖ Edd.P. 2. **Contigit mihi spes** ipse addidi propter Graeca. *Contingit* Edd.P. Pontanus coni. *contigit mihi Venilia* coll. Augustin. de civ. dei IV, 11. *de spe quae venit* (nuncupetur) *Venilia*. Zeunius: *Contingit mihi adventus* aut *Contingit mihi optatum s. spes*.

32. *in Scaevola*] Sic legendum est, ut significetur unus e logisticorum libris. Cf. Ritschl in Indice scholarum. Bonnae MDCCCXLV.

qui infinita calumniantur] „Haec constructio quum a legibus linguae Latinae recedere videatur, quaeritur annon post *qui* exciderit vel de vel, quod propius ad scripturam accedit, *in*.“ Zeun. — De re cf. § 1.

XX. *De inpersonalibus.*] Cf. de verb. c. 7., ubi § 1. (ut c. 1, § 3.) recte monetur non modum esse impersonalia, sed peculiarem verborum declinationem. Ea autem verba quae semper sunt impersonalia in defectivis sunt referenda. Sed etiam Priscianus lib. VIII, ut Charisius II, 4, 11., inter modos post infinitivum commemorat verbum impersonale. Ibidem, ubi agit de temporibus (p. 812.): *Impersonale autem*, inquit, *hanc habet differentiam ad infinitum, quod infinitus altero verbo finito omnimodo eget, impersonale vero actum quidem perfectum significat per omnes modos persona vero sola deficit* etc., et ubi agit de personis (p. 842.): *Infinita quoque*, inquit, *et inpersonalia et gerundia vel supina carent personis naturaliter*. Cf. etiam lib. XVIII, cap. de impersonalium constructione. Charisius l. c. § 2. post verborum genera memorat impersonalia. Zeunius nos delegat ad Sanctii Minervam I, 12.

1. *Sunt inpersonalia*] Cf. de verb. l. c. § 3.

2. **Contigit mihi spes**] Inserui ea quae omnino abesse non posse viderentur. Sed etiamnum requiro ea quae respondeant verbis: *declinationis est* et *inpersonale est*. Cf. de verb. c. 7, § 8.

est, *συνέβη με ἐληλυθέναι* inpersonale est. *Poenitet me* hoc
est quod apud illos *μεταμέλει μοι*. Inpersonalia apud Graecos 3
per tempora non flectuntur: nam inpersonaliter *τρέχεται περι-* [330]
πατεῖται nemo dicit. Nullum inpersonale in pluralis numeri forma invenitur: nam *bene legitur* inpersonale est, *libri* autem *leguntur* elocutio est Graecae similis *αἱ βίβλοι ἀναγινώσκονται*.

XXI. De formis vel speciebus verborum.

His subiunguntur quae verborum formae vel species nomi- 1
nantur, meditativa inchoativa frequentativa et usurpativa: quae sunt fere propriae Latinitatis, licet meditativa etiam Graeci habere putantur.

De meditativa. 2

Est autem meditativa quae significat meditationem rei cuius imminet et speratur effectus, ut *parturio*, quod est *parere meditor, esurio, esse meditor*: et sunt semper tertiae coniugationis pro-
ductae. Huic similis in Graecis quoque verbis invenitur species, 3
θανατιῶ δαιμονιῶ βινητιῶ ὀρητιῶ ἐρωτιῶ. His enim verbis temptamentum quoddam rei et meditatio, non ipse effectus, exprimitur. His similía videntur *ῥιγείω ὀκνείω γαμησείω πολεμησείω βρωσείω*.

[Edd. pdzb.

3. *per personas non flectuntur* coni. Zeun. — *τρέχεται περιπατεῖται* scripsi e coni. *τρέχειν περιπατεῖν* Edd.P. — *bene legitur liber* Edd.P. *libri autem bene leguntur* Edd.P. Vid. not.

XXI, 3. *δαέω, μαστιγιῶ* (*doceri cupio, verberibus indigeo*) pro *δαιμονιᾶ* coni. Zeun. — *βινητιῶ* (*inire cupio*) scripsi e coni. Opsopoei, qui etiam proposuit *κυνητιῶ* (*catullio*). *κινητιῶ* Edd.P. — *ΕΡΟΤΙΩ* P. — *ΡΙΓΕΩ* P.

3. *Inpersonalia apud Graecos per tempora non flectuntur* etc.] Quod legi vult Zeunius, *per personas*, id ferri non potest, cum ne apud Latinos quidem impersonalia flectantur per personas. Immo excerptor videtur minus intellexisse Macrobii verba, quae melius servata esse videntur de verb. c. 7, § 14 sqq. Ibi apparet sermonem esse de temporibus passivi quibus pro impersonalibus utantur Latini; quamobrem in sequentibus scribendum esse mihi videbatur: *Nam inpersonaliter τρέχεται περιπατεῖται nemo dicit*; ut de verbo l. c. legitur *curritur itur*.

bene legitur .. libri autem leguntur] Facile patet id quod vulgo legitur, *bene legitur liber* et *libri autem bene leguntur*, inde ortum esse, quod additamentum alterius exempli in alterum sit translatum. — Denique hoc caput prae ceteris esse corruptum nemo non videt, id quod me adduxit, ut plura quam in aliis in hoc mutarem e coniectura.

XXI. *De formis vel speciebus verborum.*] Cf. de verb. c. 8. et Priscian. lib. VIII, cap. de spec. verb.

1. *licet .. putantur*] Cf. Sat. I, 4, 42. Ceterum malim *meditativam*.

2. *De meditativa.*] Cf. de verb. c. 8, §§ 1 et 3. Priscian. l. c. p. 825 P: *Meditationem significat haec forma, unde et meditativa nominatur, et est quartae coniugationis.*

3. *θανατιῶ*] Forma vulgaris est *θανατῶ*. Sed dici etiam *θανατιῶ* adnotavit Suidas, et legitur haec forma apud Lucian. de morte peregr. § 32. De verbo l. c. substituitur *μαθητιῶ*.

δαιμονιῶ] idem est quod *δαιμονῶ*. Significat *a daemone teneor, insanio*. Macrobius interpretatus esse videtur *insanire cupio*. Nihil erit mutandum, quum idem verbum legatur de verbo l. c.

βινητιῶ] Non dubitavi recipere hanc Opsopoei coniecturam confirmatam libello de verb. l. c. Apud Athenaeum X, p. 442 A. *βινητιᾶν* corruptum esse in *κινητιᾶν*, et apud Aristophanem saepius *βινεῖν* in *κινεῖν*, monuit G. Dindorfius ad Steph. Thes. Gr. L. s. hh. vv.

4 De inchoativa.

Inchoativa forma est quae iam aliquid inchoasse testatur, ut [331] *pallescit*, cui necdum diffusus est totus pallor. Et haec forma semper in *SCO* quiescit (nec tamen omnia in *SCO* inchoativa sunt) et semper, dum sit derivativa, tertiae coniugationis fieri cogitur. Haec forma praeteritum nescit habere tempus perfectum. Quid enim simul et adhuc incipere et iam praeterisse di-
5 catur? Hanc quoque formam sunt qui Graecis familiarem dicant, adserentes hoc esse *μελαίνομαι καὶ θερμαίνομαι*, quod est *nigresco* et *calesco*: sed apud illos aliqua huius significationis in *ΣΚΩ* exire contendunt, *τελίσκω γαμίσκω τιτρώσκω γηράσκω*. *Διδάσκω* autem, licet eiusdem finis sit, nemo tamen perfectum et non inchoativum esse dubitavit.

6 De frequentativa.

Frequentativa forma compendio Latinitatis obsequitur, cum uno verbo frequentationem administrationis ostendit. Haec forma nonnumquam uno gradu nonnumquam duobus derivatur, ut *cano canto cantito*: nec tamen est in posterioribus maior quam in prioribus frequentationis expressio, sicut nec in diminutivis secun-
7 dus gradus minus priore significat, *anus anilla anicula*. *Sternuto* frequentativum est a principali *sternuo*. Propertius: *Candidus augustae sternuit omen amor*. *Pulto* sunt qui accipiant pro eo quod est *pulso* et *ἀττικισμὸν* quendam Latinitatis existiment, ut apud illos *θάλασσα θάλαττα*, *πλάσσω πλάττω*: sed *pultare* est *saepe pulsare*, sicut *tractare* est *saepe trahere*. *Eructat* frequentativum est a principali *erugit*. *Ennius: *Exerugit** *aquae vis*, et

Ms. P.]
5. *sane apud* coni. Zeun. — *γεράσκω* Edd.P. — *dubitabit* p2-b.
7. *Propertius*] II, 3, 24. — *Candidus Augustae* Edd. Pontanus coni. *Candidus augustum*. Hertzberg. ap. Prop. legit *Ardidus argutum*. Alii *Aridus*. — *saepe pellere* coni. Zeun. — **Ennius: Exerugit** addidi e lib. de verb. c. 8, § 16. praeeunte Zeunio qui legi voluit *Ennius erugit*, propter illum ipsum Ennii locum a Columna et Merula prolatum. —

4. *De inchoativa.*] Cf. de verb. c. 8, § 4 sqq. Priscian. l. c. *quae initium actus vel passionis significant*.

nec .. inchoativa sunt] Cf. Priscian. l. c. *Sciendum tamen quod inveniuntur quaedam positiva inchoativorum formam habentia*.

dum sit derivativa] Vid. not. ad c. 22, § 9.

necdum] ut saepius, idem valet quod *nondum*.

5. *sed apud illos .. contendunt*] Recte monuit Zeunius haec cum proxime antecedentibus non satis cohaerere: neque vero medetur id quod ille proposuit: *sane apud illos*, equidem malim *sed et* vel *sed etiam apud illos*, pro quo in libello de verb. minus bene legitur *sed apud illos quoque*.

6. *De frequentativa*] Cf. de verb. c. 8, § 12 sqq. Priscian. l. c. *quae frequentiam actus significant*.

7. *sed pultare est saepe pulsare, sicut tractare est saepe trahere*] Haec exempla minime paria esse patet, quamobrem Zeunius proposuit scribendum *saepe pellere*, sed sic difficultas non tollitur, cum *pultare* non derivetur a supino *pulsum*, ut *tractare* a supino *tractum*: et de verb. l. c. idem legitur. Videtur ergo Macrobius statuisse *pultare* esse frequentativum verbi *pulsandi*, ut *pulsitare*. Quintilianus I, 4, 14. formas *mersare pulsare* ait successisse alteris *mertare* atque *pultare*.

grassatur iteratio est a *graditur*. Sallustius: *Cum inferior omni* [332]
via grassaretur. Sunt quaedam huius formae sine substantia 8
principalis, *cyathissare tympanissare crotalissare:* sunt quae magis moram quam iterationem explicant, — *Hastamque receptat Ossibus haerentem*. Hic enim recipiendi difficultas sub specie frequentationis exprimitur. Hanc formam in Graecis verbis invenire non potui.

De usurpativa. 9

Hanc quidam gerundi modi vel participialem vocant, quia verba eius paene omnia similia participiis sunt et sola significatione distantia. Nam *vado salutatum* hoc est dicere *vado salutare* aut *ut salutem*. Item *ad salutandam eo* participium esse iam desinit, nisi adieceris vel *hominem* vel *amicum:* hac enim adiectione participii vim tenebit, sed tunc, cum ex verbo est, habente passivam declinationem, ut *ad videndum ad salutandum*. *Ad declamandum* vero cum dico, non possum adiicere *illum*, quia *declamor* Latinum non est. Haec forma Latinitati non solum praestat ornatum, sed illud quoque, ut aliquid habere videatur quod Graeci iure desiderent.

XXII. De generibus verborum.

Quod Graeci διάθεσιν ῥημάτων vocant, hoc Latini appellant 1
genera verborum: affectus enim Graeco nomine διάθεσις nun- [333]
cupatur. Graeci igitur διαθέσεις hac distinctione definiunt:
Quae in *Ω* exeunt activam vim significantia et iunguntur casi- 2
bus, vel genitivo vel dativo vel accusativo, et accepta *MAI* syllaba transeunt in passiva, haec activa dixerunt: ut ἄρχω σου, κελεύω σοι, τιμῶ σε: haec adsumpta *MAI* passiva fiunt. Contra 3

[Edd. pdab.

Sallustius] „Fragmentum incerti libri. Douza pro *via* vult rescribi *vi*.“ Zeun. 8. *cyatissare* P. — *Hastamque*] Virg. Aen. X, 383. 9. *participalem* Edd.P. — *quod* recepi e fragm. de verb. c. 8, § 21. *quae* Edd.P.
XXII, 1. *Graeci ΔΙΑΘΕCIC* P. 2. *ΚΕΛΕΥΩ COY* P.

8. *sine substantia principalis*] i. e. a nullo verbo derivata. Idem legitur de verb. l. c. § 4. Zeunius adnotavit haecce: „Graecorum more haec formantur a nominibus, et studium, imitationem, significant, ut apud Ciceronem *φιλιππίζειν* h. e. Philippi partes sequi, et apud Plautum *graecissare*, *atticissare*, *sicilissare* h. e. imitari sermonem Graecorum etc.“ — Cf. Priscian. l. c. *Sunt et aliae derivationes diversas terminationes habentes tam a nominibus quam a verbis nascentium verborum*, *ut a patre patrisso* etc.

9. *De usurpativa*.] Cf. de verb. c. 8, § 17. et Diomed. I, p. 389 P: *Usurpativa species est huiusmodi, cum dicimus legendo proficit, id est dum legit; legendi causa venit, id est ut legat etc. Dicta, quod usu exerceri, quodque hoc pacto eloqui demonstrat.* Priscianus hanc formam ignorat.

gerundi modi vel participialem] sc. formam. Cf. Priscian. lib. VIII, cap. de temp. verb. p. 806 P: *Gerundia quoque vel participialia .. infinitivi vice funguntur.*

XXII. *De generibus verborum.*] Cf. de verb. c. 9. Priscian. lib. VIII, cap. de significationibus vel generibus verborum.

1. *Quod Graeci διάθεσιν ῥημάτων vocant hoc* etc.] Melius de verb. l. c. positus est pluralis numerus, quia sequitur *genera verborum*, apud Priscianum autem utroque loco numerus singularis.

affectus enim Graeco nomine διάθεσις nuncupatur] Haec quomodo cum antecedentibus cohaereant,

παθητικὰ dixerunt quae in *MAI* desinentia significant passionem, et necesse habent iungi genitivo cum praepositione *ὑπὸ*, ac possunt amissa *MAI* syllaba in activum redire, *ἄρχομαι ὑπὸ σοῦ*,
4 *κελεύομαι ὑπὸ σοῦ, τιμῶμαι ὑπὸ σοῦ*. Cui ex supra scriptis diffinitionibus una defuerit, nec *ἐνεργητικὸν* nec *παθητικὸν* dicitur: sed si in *Ω* exit, *οὐδέτερον* vel *ἀπολελυμένον* vocatur, ut
5 est *ζῶ πλουτῶ ὑπάρχω ἑορτάζω*. In his invenies aliqua aperte et absolute actum, aliqua designantia passionem: nam *τρέχω ἀριστῶ περιπατῶ* de agente dicuntur, *νοσῶ* autem et *ὀφθαλμιῶ*
6 sine dubio passionem sonant: sed neque activa illa dicuntur, quia et nulli de supra dictis casibus iungi possunt nec *MAI* recipiunt; nam nec *τρέχω σε* nec *ἀριστῶ σε* nec *περιπατῶ σὲ* dicitur, nec potest transire in *τρέχομαι ὑπὸ σοῦ, ἀριστῶμαι ὑπὸ*
7 *σοῦ, περιπατοῦμαι ὑπὸ σοῦ:* sed nec *νοσῶ* et *ὀφθαλμιῶ*, quamvis verba sint passionis, dici *παθητικὰ* possunt, quia nec in *MAI* desinunt nec quisquam significatur passionis auctor nec subiungitur illis *ὑπὸ σοῦ*, quod proprium passivorum est. Nam et in activo et passivo debent omnimodo duae, et administrantis et sustinentis, subesse personae: haec igitur quia utroque nomine
[334] carent, apud illos *οὐδέτερα* vel *ἀπολελυμένα* dicuntur, sicut
8 apud Latinos *volo vivo valeo*. Sed sicut aliqua apud Graecos in *Ω* exeuntia significant passionem, ita multa repperies in *MAI* desinentia et activam tantum habentia significationem: ut *κήδομαί σου, φείδομαί συυ, ἐπιμέλομαι σου, ἱππάζομαί σοι, μάχομαί*

Ms. P.]

5. *designantia* scripsi e coni. (cf. infra § 8. et c. 20, § 28.) *designant* P. *designare* Edd. 6. *ὑπό σου* (etiam infra) Edd. 8. *habentia* scripsi e coni. *habent* Edd.P. Vid. not. — *ἱππάζομαι σου* pd

non satis liquet. Recte ergo de verb. l. c. addita vel retenta sunt verba: *Nam et qui agit et qui patitur mente adficitur.*

3. *necesse habent iungi*] Eadem constructio bis legitur de verb. l. c. § 3.

4. *οὐδέτερον vel ἀπολελυμένον*] De verb. l. c. § 4. Latine: *neutra et absoluta*, et Priscian. lib. VIII, init. *Et neutra enim quae dicuntur absoluta.*

5. *passionem sonant*] Offendit me hic huius verbi usus. Dicendum erat aut, ut legitur § 8., *passionem significant* tantum, aut, ut legitur § 13., *passionem significant sub activo sono.*

MAI recipiunt] idem est ac § 2. *accepta MAI syllaba transeunt in passivum.*

7. *Sed nec .. dici παθητικὰ possunt*] Respondent haec antecedentibus: *Sed neque activa illa dicuntur*, ut supervacua sit particula *sed.*

et in activo et passivo] Vid. not. ad c. 23, § 2.

8. *ita multa repperies in MAI desinentia et activam tantum habentia significationem*] In libris omnibus legitur *habent*, sed pendent haec ab antecedente *repperies*, ut participium necessario sit restituendum, nisi forte mavis cum Opsopoeo scribere: *quae casibus iunguntur et activam habent significationem.* Simili modo supra § 5. in codice legitur *designant* pro *designantia*, quod mihi reponendum esse videbatur pro eo quod in typis editis exemplaribus legitur, *designare.*

ἱππάζομαί σοι] De hac huius verbi constructione vid. not. ad fragm. de verb. c. 9, § 8. Zeunius qui in suis exemplaribus legit *ἱππάζομαί σου* adnotavit haecce: „Hoc verbum cum semper passive occurrat vel de equite qui vehitur vel de equo qui agitatur, ab hoc loco plane alienum putandum est.

σοι, διαλέγομαί σοι, δωροῦμαί σοι, χαρίζομαί σοι, εὔχομαί σοι,
ἄγαμαί σε, περιβλέπομαί σε. Sunt apud Graecos communia, 9
quae ab illis *μέσα* vocantur, quae, dum in *MAI* desinant, et
actum et passionem una eademque forma designant, ut *βιάζομαί*
σε καὶ βιάζομαι ὑπὸ σοῦ, ἀνδραποδίζομαί σε καὶ ἀνδραποδίζο-
μαι ὑπὸ σοῦ. Sola quoque passiva hoc nomine, id est *μέσα*, 10
vocantur, ut *ἠλειψάμην ἡσάμην ἐλουσάμην*. Haec enim licet
τῆς μέσης διαθέσεως dicant, nihil tamen aliud significant nisi
πάθος: nam hoc est *ἠλειψάμην* quod *ἠλείφθην*: hoc est *ἡσάμην*
quod *ἥσθην*. Item *ἐγραψάμην ἐφάμην ἐδόμην μέσα* appellant, 11
cum nihil significent praeter actum. Hoc est enim *ἐγραψάμην*,
quod *ἔγραψα*, nec umquam dicitur *ὑπὸ σοῦ ἐγραψάμην*: et hoc
ἐφάμην quod *ἔφην*: hoc est *ἐδόμην* quod *ἔδων*. Ergo et illa 12
quae superius diximus, *φείδομαί σου, κήδομαί σου, ἱππάζομαι*
μάχομαι διαλέγομαι περιβλέπομαι δωροῦμαι χαρίζομαι εὔχομαι
ἄγαμαι, cum actum solum significent, *μέσα* tamen appellantur:
licet his similia Latini non communia sed deponentia nominent.
Est et haec Graecorum a Latinitate dissensio, quod, cum Latini 13
numquam verbum commune dicant, nisi quod sit simile passivo,
Graeci tamen quaedam et activis similia *μέσα* dixerunt, ut *πέ-*
πηγα, quod *μέσον* dicitur et sub activo sono solam significat
passionem: hoc est enim *πέπηγα* quod *πέπηγμαι*. *Πέπληγα* [335]
vero, *ἀφ' οὗ τὸ Πεπληγὼς ἀγορῆθεν, καὶ κέκοπα, ἀφ' οὗ τὸ*
Ἀμφοτέρω κεκοπὼς, tam de actu quam de passione dicuntur.
Lectum est enim et *πεπληγώς σε*, et *πεπληγὼς ὑπὸ σοῦ*, *Πεπλη-*
γὼς ἀγορῆθεν, καὶ Ῥάβδῳ πεπληγυῖα. Similiter apud Latinos 14
quaedam modo neutra modo fiunt deponentia, ut *labo labor, fa-*
bricor fabrico, ructo et *ructor*: quod etiam Graeci non ignorant,
βουλεύομαι βουλεύω, πολιτεύομαι πολιτεύω.

[Edd. pdzb.

P. *ἱππαίζομαί σου* zb. Vid. not. — *ΔΙΑΛΕΓΟΜΑΙ COY* P. — *ΚΑΡ-ΖΟΜΑΙ* P. 10. *ΗΛΕΨΑΜΗΝ* P. 11. *significant* P. (Cf. § 12.) — *ὑπό σου ἐγραψάμην* coni. Zeun. *προεγραφάμην* Edd.P. 12. *superius*] § 8. — *φείδομαι* coni. Zeun. *φίλομαι* Edd.P. — *εὔχομαι* restitui e § 8. *ἔρχομαι* Edd.P. 13. *Πεπληγὼς*] Hom. Il. β', 264. — *ἀγορῆθεν* recipi iussit Zeun. *ΑΓΟΡΗΘΗΝ* P. *ἀγορήτην* Edd. — *Ἀμφοτέρω*] Hom. Il. ν', 60. Vid. not. — *ΑΓΟΡΗΘΗΝ* P. *ἀγορήτην* Edd. — *Ῥάβδῳ*] Hom. Od. κ', 238 et 319. 14. *fabrico fabricor* b.

Igitur vel auctorem aliquid humani passum esse statuendum est, vel reponendum *ἀσπάζομαι* seu aliud huic simile."

9. *dum in MAI desinant*] Dicendum erat aut *dum .. desinunt* aut *cum .. desinant*. Sed cum non minus liqueat utrum scripserit alterutrum an confuderit has constructiones, malui retinere vulgatum. Ceterum conf. c. 21, § 4. *dum sit derivativa*.

10. *Sola quoque passiva hoc nomine, id est μέσα, vocantur*] „Non satis subtiliter auctor videtur praecipere de usu mediorum. Veluti *ἠλειψάμην* proprie dicitur de eo qui se ipse ungit, at *ἠλείφθην* de eo qui opera alterius est unctus. Cf. Kuster. de verbis mediis. Id quod etiam de sequentibus valet, ubi auctor plane ignorasse videtur verum inter activum et medium discrimen." Zeun.

12. *φείδομαί σου, κήδομαί σου*] *Φείδομαι* scripsi iubente Zeunio. Sed vide ne pronomen utroque loco sit delendum ut huc translatum e § 8.

13. *Ἀμφοτέρω κεκοπώς*] „Locus

XXIII. De defectivis verbis.

Tam apud Graecos quam apud Latinos deficiunt verba in declinatione. Tribus enim modis dicunt verborum evenire defectum, aut intellectu exigente aut literis non convenientibus aut usu desistente. In primis duobus necessitati, in tertio vero re-
2 verentiae obsequimur vetustatis. Intellectu deficiunt illa quae dicuntur *πεποιημένα*, id est quae ad similitudinem soni alicuius expressa sunt, ut *λίγξε βιός*, *σίζε ὀφθαλμὸς*, et similia. In his enim verbis nec ulla persona nec modus declinationis quaeritur.
3 Literarum inconvenientia deficiunt, quotiens verbum habet ante *Ω M* vel *MN:* haec enim secundum regulam suam proferri vel in *παρακειμένῳ* seu *ὑπερσυντελικῷ* vel in *ἀορίστῳ* seu *μέλλοντι* non possunt, ut *νέμω* cum regulariter fieri debuisset *νένεμκα ἐνενέμκειν*, quia non potuerunt hae literae convenire, intercessit *H*, *νενέμηκα ἐνενεμήκειν:* item *ἐνέμφθην* vel *νεμφθήσομαι* ean-
[336]dem sumpsere literam propter euphoniam, *ἐνεμήθην νεμηθήσο-*
4 *μαι.* Item in tertia persona singulari, quae *T* habet in ultima syllaba, accepta *N* facit pluralem, *λέγεται λέγονται*, *μάχεται μάχονται:* verum *κέκαρται* in plurali declinatione *N* non potuit admittere, ideoque defecit: sic *ἔσταλται*, sic *κέκοπται* et alia mille,
5 et remedium de participio mutuata sunt. Alia sunt apud illos

Ms. P.]

XXIII, 2. *λίγξε*] Hom. Il. δ', 125. — *σίζε*] Hom. Od. ι', 394., ubi legitur *σίζ'*. 3. *seu mellonte* P. 4. *ΕΣΤΑΛΤΕ* P.

Ms. V. Ed: s.]

XXIII, 1. *De defectivis verbis vel dictionibus.* (14.) *Tam apud Graecos quam apud Latinos aliqua verba in declinatione deficiunt. De his Graecorum ista definitio est: III enim modis dicunt evenire defectum, aut intellectu exigente, aut literis non convenientibus, aut usu desistente. Ex his in duobus prioribus modis servimus necessitati, in tertio reverentiae vetustatis obsequimur.* 2. *Per intellectum verba deficiunt omnia quae dicuntur πεποιημένα, id est, quae ad similitudinem soni alicuius expressa sunt, ut λίγξε* [1]) *βιὸς, σίζε ὀφθαλμὸς et similia; in his enim verbis nec aliae personae quaerendae sunt, nec in alios modos flectenda declinatio, quia tantum voces sunt expressae ad soni imitationem* [2]) *quem adsignare volumus.* s (V [1]) *ΛΙΓΞΕ.* [2]) *emitationem).*

hic sumtus est ex Iliad. ν', 6., ubi in sensu activo dicitur. Verum idem κεκοπὼς alibi, ut Odyss. σ', 334. passive adhibetur." Zeun.

XXIII. *De defectivis verbis.*] Cf. de verb. c. 10. et Priscian. lib. VIII, cap. de cognatione temporum p. 816 sqq. P.

2. *ut λίγξε βιός etc.*] „De his verbis Quintilian. I, 5 [72.] ita: *Minime nobis concessa est ὀνοματοποιΐα. Quis enim ferat, si quid simile illis merito laudatis λίγξε βιὸς et σίζει ὀφθαλμὸς, fingere audeamus?* Plura loca veterum grammaticorum de hoc Graecorum artificio collegit Clarkius ad Iliad. δ', 455." Zeun. — Contra Priscianus lib. VIII, de personis p. 842 P.: *Praeterea*, inquit, *in nominationibus, id est ὀνοματοποιΐαις, sive nominum sive verborum novis conformationibus, non omnes declinationis motus sunt quaerendi, ut tinniat, .. ut etiam apud Graecos σίζει ὀφθαλμός, ἔκλαγξαν δ' ἄρ' ὀϊστοί, λίγξε βιός, φλοῖσβος.* Cf. de verb. c. 10, § 6.

nec ulla persona nec modus] Aut repetendum erat pronomen *ullus*, aut omittendum loco priore. Sic praepositio bis ponenda semel ponitur c. 22, § 7. *et in activo et passivo.*

3. *ἐνέμφθην vel νεμφθήσομαι*] Immo *ἐνέμηθην vel νεμηθήσομαι.*

quae consuetudo destituit, ut omnia verba quae desinunt in *ΝΩ*, *λανθάνω ἀνδάνω μανθάνω*, quae non nisi usque ad praeteritum inperfectum declinantur: similiter et quae in *ΣΚΩ*, *γηράσκω τελίσκω γαμίσκω τιτρώσκω:* nam quod legimus *διδάξω*, a themate est non *διδάσκω* sed *διδάχω*, cuius indicium est *διδαχή*. Idem patiuntur quae in *ΥΩ* exeunt dissyllabis maiora, 6
ὀμνύω ὄμνυμι, *πηγνύω πήγνυμι*, *ῥηγνύω ῥήγνυμι*. Similiter inperfectum praeteritum non excedunt et quae in *ΕΙΩ* exeunt, ut *ὀκνείω γαμησείω βρωσείω*, nec non et quae ex monosyllabo per *ἰῶτα* geminantur, ut *τρῶ τιτρῶ*, *βῶ βιβῶ*, *χρῶ κιχρῶ*. Haec omnia usque ad inperfectum tempus possunt extendi, non plus. Apud Latinos deficiunt *inquam* et *sum:* nam sequentes personae 7
analogiam primae personae non servant: alterum enim facit *inquam inquis inquit*, alterum *sum es est*, et illud quidem in reliquis omnibus defecit temporibus, *sum* vero in aliud transit, ut tempora conpleat, *eram fui ero*. Sunt quae in prima solum per- 8
sona deficiunt, *ovas ovat:* *ovo* enim lectum non est: similiter *daris datur*. *Soleo* nescit futurum: *verro* perfectum ignorat. *Genui* ex quo themate venit nullus scit, licet Varro dixerit *genunt*. Nec mirum: nam et apud Graecos tam praeterita inve-[337]
nies quam futura quae praesenti careant, *ἤνεγκα ἔδραμον οἴσω*.

APPEND. *Τὸ ῥῆμα ἐνεργητικὸν τῆς ὁριστικῆς ἐγκλίσεως κατὰ*[338]
πρώτην τὴν συζυγίαν περισπωμένων.

Ἐνεστῶτος, ποιῶ ποιεῖς ποιεῖ, ποιοῦμεν ποιεῖτε ποιοῦσι.

Παρατατικοῦ, ἐποίουν ἐποίεις ἐποίει, ἐποιοῦμεν ἐποιεῖτε ἐποίουν.

Παρακειμένου, πεποίηκα πεποίηκας πεποίηκε, πεποιήκαμεν πεποιήκατε πεποιήκασι.

Ὑπερσυντελικοῦ, ἐπεποιήκειν ἐπεποιήκεις ἐπεποιήκει, ἐπεποιήκειμεν ἐπεποιήκειτε ἐπεποιήκεισαν.

Μέλλοντος, ποιήσω ποιήσεις ποιήσει, ποιήσομεν ποιήσετε ποιήσουσι.

Imperativus.

Ἐνεστῶτος καὶ παρατατικοῦ, ποίει ποιείτω, ποιεῖτε ποιείτωσαν.

[Edd. pdzb.

5. *ἀνθάνω* dzb. — *similiter quae* (om. *et*) dzb. — *ΤΙΤΡΟΣΚΩ* P.
6. *Item* Ppdz.
Explicit defloratio de libro Ambrosii Macrobii Theodosii quam Iohannes carpserat ad dicendas Graecorum regulas. Edd. (P *Explicuit*). Vid. prolegom. cap. 4, II.
APPEND. *ΕΓΚΛΙCΕΟC* P. — *κατὰ τὴν πρώτην συζυγίαν τῶν περισπωμένων* Edd. — *ΥΠΕΡΣΥΝΘΗΛΙΚΟΥ* P.

5. *quae consuetudo destituit*] Cf. de verb. c. 10, § 5. *usu destituente.*
in ΝΩ] Dicendum erat *in ΑΝΩ*.
6. *non plus*] i. e. non amplius.
8. *quae in prima solum persona deficiunt*] Plura vid. de verb. c. 10, § 8.
Verro perfectum ignorat] „Apud Senecam tamen in dialogo de superstitione *versa templa* invenit Diomedes.“ PONT. — At de perfecto activi sermo est.
ex quo themate venit nullus scit] De indicativo modo vid. not. ad Comm. I, 17, 7.
licet Varro dixerit genunt] „Varronis locus, fortassis ex Andabatarum Satira Menippea, iste: *Sed quod haec loca aliquid genunt.*“ PONT. — Cf. Prisc. lib. X, p. 898 P.

Παρακειμένου καὶ ὑπερσυντελικοῦ, πεποίηκε πεποιηκέτω, πεποιήκετε πεποιηκέτωσαν.

Ἀορίστου καὶ μέλλοντος, ποίησον ποιησάτω, ποιήσατε ποιησάτωσαν.

Coniunctivus, ὑποτακτικός.

Ἐνεστῶτος καὶ παρατατικοῦ, ἐὰν ποιῶ ἐὰν ποιῇς ἐὰν ποιῇ, ἐὰν ποιῶμεν ἐὰν ποιῆτε ἐὰν ποιῶσιν.

[339] Παρακειμένου καὶ ὑπερσυντελικοῦ, ἐὰν πεποιήκω ἐὰν πεποιήκῃς ἐὰν πεποιήκῃ, ἐὰν πεποιήκωμεν ἐὰν πεποιήκητε ἐὰν πεποιήκωσιν.

Μέλλοντος, ἐὰν ποιήσω ἐὰν ποιήσῃς ἐὰν ποιήσῃ, ἐὰν ποιήσωμεν ἐὰν ποιήσητε ἐὰν ποιήσωσιν.

Optativus.

Ἐνεστῶτος καὶ παρατατικοῦ, ποιοῖμι ποιοῖς ποιοῖ, ποιοῖμεν ποιοῖτε ποιοῖεν.

Παρακειμένου καὶ ὑπερσυντελικοῦ, πεποιήκοιμι πεποιήκοις πεποιήκοι, πεποιήκοιμεν πεποιήκοιτε πεποιήκοιεν.

Ἀορίστου; ποιήσαιμι ποιήσαις ποιήσαι, ποιήσαιμεν ποιήσαιτε ποιήσαιεν.

Μέλλοντος, ποιήσοιμι ποιήσοις ποιήσοι, ποιήσοιμεν ποιήσοιτε ποιήσοιεν.

Infinitus.

Ἐνεστῶτος καὶ παρατατικοῦ, ποιεῖν.

Παρακειμένου et ὑπερσυντελικοῦ, πεποιηκέναι.

Ἀορίστου, ποιῆσαι.

Μέλλοντος, ποιήσειν.

Ms. P. Edd. pdzb.]
εἰ ποιοῖμι Edd.P. — ΕΙ ΠΟΙΟΙC ΕΙ ΠΟΙΩΙ P. — εἰ πεποιήκοιμι Edd. — εἰ ποιήσοιμι Edd. — εἰ ποιήσαιμι Edd. — *Infinit.* Edd.P.

In Edd.P (in Edd. addita inscriptione: *Excerptoris monitio*) subscripta sunt haecce:

Quoniam Macrobius Theodosius librum de differentiis deque societatibus verborum utriusque linguae, Graecae scilicet atque Latinae, composuit, in quo varie confuseque verborum regulas miscuerit: visum mihi est primo eundem eiusdem eodem quo ipse usus est ordine breviter deflorare, aliquando permutatis, saepius eisdem quibus et ille utendo, sermonibus: deinde singularum coniugationum regulas, in quantum ex rationibus praedicti auctoris colligi potuerunt, exponere. In quibus si quis multa nos praetermisisse perspexerit, sciat illud non nostra desidia esse factum, sed quia de his quae intacta videntur aut ambiguam aut nullam potuimus invenire rationis auctoritatem. Quaedam tamen inseruimus quae nobis ex proportione aliorum verisimilia fieri visa sunt. Cum igitur Graeci coniugationum suarum numerum denario contineant, verborum tamen omnium bina divisio est: aut enim in περισπώμενα, *id est in ea quae ultimam circumflectunt, aut in* βαρύτονα, *hoc est paenultimam gravem habentia, dividuntur. Addunt quidam tertiam speciem quam* ηρησυνηρ [1]) *vocant, id est aequalem: habet enim, ut dicunt, acutum in ultima. Macrobius vero* [c. 3.] *duas tantum species ostendit: unam in his in* [2]) *quibus, ut diximus, ultimam semper circumflexus tenet accentus, atque ideo* περισπωμένη *meruit appellari: alteram* [3]) *quae, dum immutabiliter in paenultima gravem teneat, nullum tamen in fine certum potest habere sonum. Denique barytona dicitur, id est tono extranea in ultima, non quia non habeat, sed quod certum stabilemque habere non possit. Aliquando namque gravatur, aliquando vero acuitur, numquam tamen circumflectitur. Hoc etiam videtur non esse transeundum, quod, cum quorundam auctoritas sola perispomena ipsiusque tertiae speciei, quam illi addunt,*

verba Ω naturaliter producto terminari contendat, barytona vero semper O naturaliter correpto, omnia Graecorum verba una eademque litera, producta scilicet Ω, Theodosius [c. 15, § 17.] *finiri pronuntiet. Inde fit, ut illorum finem accentus discernat, non tempus. Videtur quoque idem* [ibid. § 19.] *simili ratione velle, non tamen affirmare, omnia Latinorum verba rationabilius secundum Graecam formam O producto concludi quam correpto, cum iuxta paene omnes dichronum sit. Prima igitur species in tribus coniugationibus concludetur* [4]*, in quibus circumflexus ultimam tamquam perpetuam possidet sedem. Secunda vero sex vel septem videtur conprehendere syzygias, quarum paenultimas gravi accentu non dubitant naturaliter esse possessas. Quorum omnium regulas modo generales modo speciales, non tamen plene, docendas esse promisimus. In qua tamen promissione lectorem praemonemus, ne plus quaerat, quia nec plus inveniet, quam quae pertinent ad declinationem conformationemque verborum, in quibus paene tota huius libelli utilitas, si aliquantula quidem est, versatur. Hinc iam tractare incipientes, primo de perispomenis dicemus, quorum prima Ω productum primae personae in ΕΙΣ diphthongum convertens secundam efficit personam, ut* φιλῶ φιλεῖς, *ipsa autem secunda* σίγμα *sublato tertiam gignit*, φιλεῖ. *Notandumque, quod omnes personae singulares in hac coniugatione, sicut et in aliis duabus eiusdem speciei, et aequalem syllabarum numerum teneant et circumflexum semper in ultima custodiant. Prima etiam pluralis a singulari prima egreditur, converso* [5] *scilicet Ω in ΟΥ diphthongum et* [6] *adiecta syllaba MEN*, φιλῶ φιλοῦμεν· *secunda pluralis a tertia singulari addita TE*, φιλεῖ φιλεῖτε· *tertia vero pluralis a prima eiusdem numeri nascitur mutata MEN in ΣΙ*, φιλοῦμεν φιλοῦσι [7]. *Sic igitur verbum activum praesentis temporis indicativi* [8] *modi primae coniugationis circumflexibilium flectitur*, φιλῶ φιλεῖς φιλεῖ, *pluraliter* φιλοῦμεν φιλεῖτε φιλοῦσιν. *Passivi quoque generis prima persona singularis ab activa prima singulari fit converso Ω in ΟΥ et adsumpta MAI*, φιλῶ φιλοῦμαι: *secunda semper minor una syllaba, quam prima, invenitur, et in* ητα *desinit*, φιλοῦμαι φιλῇ: *tertia vero a prima eiusdem generis mutato M in T et diphthongo ΟΥ in ΕΙ diphthongum conversa*, φιλοῦμαι φιλεῖται, *semperque prima et tertia aequasyllabae fiunt. Prima persona pluralis a prima plurali activa abiecta* [9] *N et addita ΘΑ ubique fit*, φιλοῦμεν φιλούμεθα: *secunda pluralis activa movet* ταῦ *ultimae suae in* σίγμα *et* θῆτα, *fitque passiva* φιλεῖτε φιλεῖσθε: *tertia pluralis a tertia singulari passiva oritur addito N ad T et paenultima primae personae singularis servata*, φιλεῖται φιλοῦνται. *Igitur passivi verbi declinatio sic est:* φιλοῦμαι φιλῇ φιλεῖται, *pluraliter* φιλούμεθα φιλεῖσθε φιλοῦνται. — [1]) Sic legitur in omnibus editionibus, nec quidquam enotatum est e codice. In corrupto illo ἠρησυνην quid lateat, fateor me nescire: nam quod, si ad literas spectamus, proximum est, ἠρεισμένην, a verbo ἐρείδω (cf. Lobeck. ad Phrynich. p. 33.), quis probaverit? Coniiciebam ἠκισμένην, quod esset derivatum a voce ἀκίς ut *acualis* ab *acu*, quoniam Hesychius ἀκίζεσθαι (vel ἀκκίζεσθαι) interpretatur verbo ὀξύνεσθαι. — [2]) Praepositionem altero loco in editionibus omissam restitui e codice. — [3]) Vocem *alteram* quae abest ab editionibus addidi ex eodem. — [4]) *concludetur* p2-b. — [5]) *conversa* Edd. — [6]) *et* om. dzbP. — [7]) *με in σι*, φιλοῦμεν, φιλουσιν pd. μὲν in σι, φιλοῦμεν, φιλοῦσιν zbP. At antecedens *mutata* flagitat, ut ponatur tota syllaba *MEN*, et *ΣΙ*, ut scribatur φιλοῦσι. Cf. supra c. 14, § 6. — [8]) *indicati* P. — [9]) Vide, ne legendum sit *abiecto N*, ut supra *converso Ω in ΟΥ*. Vid. not. ad c. 3, § 6.

INCERTI AUCTORIS
FRAGMENTUM GRAMMATICUM
DE VERBO.

(E codice olim Bobiensi nunc Vindobonensi XVII. [V] editum in Analectis grammaticis (p. 145–183.) a Iosepho ab Eichenfeld et Stephano Endlichero, Vindobonae 1837. [ε].)

---

[145] PRAEF. (1.) Saepissime tibi requirenti, disertissime studiosorum Severe, verbum sermonis usu an ratione alicuius regulae dirigatur, ac postulanti, si quid super eo declinando scriptum vel traditum noverim, ut docerem, libentissime parui, quo et amicitiae debito officio fungerer et a Graeca lingua Romanam nullis aut paucis admodum ostenderem discrepantem. Quae igitur vel antiquitas vestigando vel posteritas repperit exsequendo in hunc libellum contuli stricto sermone decerpta; doctissimas enim aures tuas non tam instruendas credidi quam commonendas.

I. (2.) In primis igitur coniugationes, quas IV omnino, nec amplius, recepit, ad similitudinem circumflexibilium apud Graecos verborum, ex secunda persona primae positionis agnoscimus, cum primam *A*, secundam *E*, tertiam *I* modo producta modo correpta, vel ante litteram, vel ante syllabam quaeque posita designet: ante litteram quidem in his quae *O*, ante syllabam vero in his quae *OR* terminantur, ut *amo amas*, *doceo doces*, *audio audis*, *lego legis*; *amor amaris*, *doceor doceris*, *audior audiris*, *legor legeris*; tertia enim correpta hoc a ceteris distat, quod in
2 his quae *OR* terminantur *I* in *E* convertit. Ideo autem diximus in his

Incipit de verbo V.
PRAEF. *usu an* et prior pars vocis *alicuius* paene evanuit in V. — *docerim* V. — *romanum* V.
I, 1. *exsecuta personae* V a p. m. — *ante littera quidem* V. — *quod aliis quae* V a p. m.

PRAEF. *vestigando*] i. e. investigando. Cf. Excerpt. math. I, § 25.
I, 1. *In primis igitur coniugationes* etc.] De Graecis coniugationibus agitur de diff. et soc. Gr. et Lat. verbi c. 3.
quas IV .. recepit] „sc. Latina lingua. Falcem defloratoris agnoscimus." ENDL.
tertiam I modo producta modo correpta] Videtur omissa esse coniugatio quarta, sed est ea *tertia*, *producta I* vel *tertia producta*. Cf. infra c. 2, § 3 sq. al. et Priscian. lib. VIII, cap. de coniugat.: *sin tertiae* (sint coniugationis), *in is correptam* (efferunt secundam personam), *ut cupio cupis*, *curro curris*: *sin quartae*, *in is productam*, *ut munio munis*, *esurio esuris*. Charis. II, 5, 1. *Tertii ordinis est verbum, cuius secunda persona per is correptam terminatur, ut ago agis: quarti ordinis est verbum, cuius secunda persona productis is literis terminatur, velut mu-*

quae *O* vel *OR* terminantur, quoniam universorum quae apud eos regulariter declinantur hae duae tantummodo sunt syllabae terminales. Nam ea quae *M* [et *S*] et *T* vel *I* litteris finiuntur sola auctoritate [146] vel lectionibus nec ullius normae lege firmantur, ut *sum es est*, quaeque ex eo conponuntur, ut *adsum prosum desum*, *possum potes potest*, *taedet pudet piget licet miseret poenitet*, *odi novi memini*, quae etiam defectiva dicuntur, quod plurimis deficiant, ut coniugationibus generibus modis participiis, de quibus et ipsis postmodum disseremus.

(3.) Modos etiam, quos illi *ἐγκλίσεις* appellant, eosdem ac paene 3
totidem habere noscuntur, indicativum imperativum optativum coniunctivum infinitum, quemadmodum Graeci *ὁριστικὴν προστακτικὴν εὐκτικὴν ὑποτακτικὴν ἀπαρέμφατον*. Nam impersonalis non modus magis est quam altera declinatio uniuscuiusque verbi sine personis ac numeris per supradictos modos eademque tempora decurrens, quod et ipsum tamen repperies Graeco ex fonte demanans, ut sunt illa, *χρὴ πρέπει μέλλει, χρὴ πλεῖν, χρὴ παιδεύεσθαι, χρὴ πολεμεῖν, πρέπει σωφρονεῖν, πρέπει νήφειν*; in his enim nec numerus nec persona significatur, sed res tantummodo declaratur quam fieri oporteat. At huiusmodi etiam illorum 4
locutiones: *ἐπειδὴ ἤνυστο, ἐπειδὴ ἄριστα παρεσκεύαστο καὶ ἐβεβούλευτο*, nullius hic quoque personae vel numeri vox ipsa continet sensum. Hoc tamen solo distant a Graecis inpersonalia Latinorum, quod per modos, ut iam diximus, currunt et tempora, quod apud Graecos nullatinus repperitur.

(4.) In temporibus quoque non dispar observatio est, nisi quod sola 5
deminutione superetur et discrepet, eaque habeat pauciora. Nam cum apud illos prope universa duplicia sint, Latii oris loquella simplicitatis compendio semel singula proferre contenta nec praeteritum perfectum

2. *haec duae* V. — [*et S*] „Haec manifesto falsa uncinis inclusimus. Iure haec omitti probatur etiam ex iis quae noster infra § 11. [c. 2, § 1.] ad hunc locum aperte respiciens profert.“ Endl. — *sola* scripsi e coniectura. Vid. not. *solius* (puncto posito sup. *u*) V. *solis* ε. — *postmodum*] c. 11. — *deseremus* V. 3. *Modos* etc.] Cf. de diff. c. 1. — *ΕΓΚΛΙCΕΙC* V. — *toti idem* V. — *nascuntur* V. Cf. § 15. — *coniunctivum* (sup. add. a p. m. *sub*) V. — *ΝΕΦΕΙΝ* V. 4. *At* scripsi e coni. Endlicheri. *Ad* Va. — *ΕΠΕΙΔΕ* (etiam infra) V. — *ΒΕΒΟΥΛΕΥΤΟ* V. — *contenet* V. 5. *Latii oris* ε. *latoris* (sup. add. *i*) V. — *simplicitatis late* (del. *late*) V.

nio munis. Idem ibid. c. 11. quartam coniugationem vocat *tertiam productam*.

2. *apud eos*] „scil. Latinos.“ Endl.

[*et S*] Nolui tollere uncinos ab Endlichero non temere additos. Sed non omnino haec sunt pro nihilo habenda, cum referri possint ad ea verba quae careant prima persona, ut *ovas*, *ovat*. Cf. c. 10, § 8.

sola auctoritate vel lectionibus] sc. scriptorum. Sic scripsi flagitante sensu. *Solius* putaverim deberi librario aberranti ad sequens *ullius*.

3. *illi*] „nempe Graeci.“ Endl.

Nam inpersonalis etc.] Cf. c. 7, § 1.

4. *locutiones*] „Addendum vel subintelligendum *sunt*.“ Endl.

ἄριστα] „Adverbialiter sumitur. Vid. Suidam s. h. v.“ Endl.

quod apud Graecos etc.] Cf. de diff. c. 20, § 3.

5. *non dispar observatio est*] „Id est: Latini fere eadem quae Graeci tempora observant.“ Endl. — Cf. de diff. c. 14, § 21.

[147]nec praeteritum plusquamperfectum nec futurum secundum aut medium aut mox futurum admittit; ἀόριστον quin etiam illorum penitus ignerat.

6 (5.) His quinque temporibus modi singuli declinantur aut separatim, unoquoque sonum proprium exprimente, aut iunctim binis eandem possidentibus vocem et communem emittentibus sonum: separatim indicativus
7 imperativus subiunctivus, iunctim optativus et infinitus. Ex quibus indicativus quidem et subiunctivus omnia receperunt: praesens *amo*; praeteritum inperfectum *amabam*; praeteritum perfectum *amavi*; praeteritum plusquamperfectum *amaveram*; futurum *amabo*. Item subiunctivus, *cum amem*, *cum amarem*, *cum amaverim*, *cum amavissem*, *cum amavero*. Imperativus vero duo tantummodo, praesens et futurum: *ama amato*: Infinitivus tria: praesens, ut *amare*; praeteritum non trifariam divisum, sed semel pro tribus enuntiamus, ut *amavisse*; futurum, ut *amatum ire*.

8 (6.) Quaeritur autem, cur hic ordo in illis sit, ut primum locum obtineat praesens, secundum praeteritum inperfectum, tertium praeteritum
9 perfectum, ac deinceps. Cuius haec ratio est. Natura temporis haec est, ut semper transeat et lapsu celeriore decurrat, sic vix ullo puncti momento possit consistere, ideoque aut iam praeterierit aut expectetur. Unde quidam haec duo tantummodo tempora esse dixerunt, praeteritum et futurum; praesens enim ne tamdiu quidem manere posse, dum dicitur, sed incomprehensibili velocitate transitionis vixdum nominatum elabi; necesse ergo fuerat, ut inde principium sumeretur, unde transitus cepisset exordium, et gradatim cetera iungerentur, eo semper posteriore quod plus habuerit praeteritionis atque transcursionis, et ea quae iam venerint minime praecedente venturo.

10 Communis etiam in modis haec subtilitas quaestionis. Nam ibi quoque solet disquiri, an temere, et ut fors tulerit, alterum alteri praeponamus, aut sit aliqua ratio, quae illis hunc ordinem imposuerit. Et invenitur non sine causa eo pacto fuisse digestos. Nam unusquisque eorum in activa vel passiva declinatione, prout minus habuerit actionis
11 vel passionis, ita posterior erit. Itaque indicativus, qui habet absolutissimam ac perfectam de re quae agitur pronuntiationem, merito primum obtinet gradum; nam qui dicit *pingo*, ipsam [148]picturam a se iam fieri demonstrat; qui vero dixerit *pinge*, impe-

admisit V a p. m. 6. *exprc mente* V. — *iunctim binis eandem* coni. Endl. *iuncti binis eadem* Vz. 7. *praesens et futuro* V. 9. *vixdum nominatum* scripsi e coni. *vix dum nominatur* Vz. — *unde princ.* (om. *ut*) V a p. m. — *coepisset* V. — *menime* V. 10. *ā sit* V; „constans compendium τοῦ *aut* in cod. nostro." Endl. 11. *habet* etc.] Cf. de diff. c. 13, § 1.

6. *His quinque temporibus*] „Palam est intelligi praesens, imperfectum, praeteritum perfectum, praeteritum plusquamperfectum et futurum. En iterum falcem excerptoris." Endl. — Idem adnotavit infra post *ama amatò* excidisse quae de temporibus iunctis optativi dicenda erant. Cf. de diff. c. 13, § 2 sqq.

7. *amatum ire*] „Cf. Cl. Sacerdot. lib. I, § 44. et Probi Art. minor. § 23." Endl. — Vid. not. ad c. 6, § 2. et de diff. c. 19, § 23.

9. *Natura temporis haec est* etc.] Cf. Priscian. lib. VIII, cap. de tempor. verbi.

minime] ut infra § 15., idem valet ac *non*, ut de gradu non sit cogitandum.

10. *aut sit*] Retinui id quod auctore Endlichero eruendum est

rat, ut fiat pictura, non iam esse designat; et qui pronuntiaverit
utinam pingerem, votum sibi ac desiderium adhuc indicat esse pingendi;
qui dicit *cum pingam*, pingere se ostendit sub condicionis incerto, qui
pingere, nihil adhuc agi ex ipsa pictura demonstrat. Illud quoque indi- 12
cativo detulit principatum, quod ex hoc verba alia derivantur, ut ἀπὸ
τοῦ *lego lecturio lecto lectito*, ἀπὸ τοῦ *caleo calesco*, quaeque huiusmodi
sunt, et quia nomina quoque verbialia ex hoc oriuntur, ut ἀπὸ τοῦ *canto*
cantor, ἀπὸ τοῦ *lego lex*, ἀπὸ τοῦ *parsi parsimonia*.

(7.) Personas easdem quas Graeci totidemque suscipit naturali ra- 13
tione; omnis enim sermo ab aliquo ad praesentem vel de se invicem,
vel de altero habetur; ideo autem primam dicimus quae loquitur, quo-
niam, nisi fuerit a quo vox proficiscatur, non erit qui de se vel de al-
tero possit audire.

(8.) De numeris vero superfluum loqui, cum plus quam notissimum 14
sit dualem ex illis usum respuisse Romanum, nec omnino vocem ullam
apud illos posse repperiri quae dualitatem contineat praeter *duo* et
ambo, et quod de merito utrubique a singularitate incipimus; si enim
omnis multitudo ex singulis constat, recte unitas praecedit,
sequitur populositas.

(9.) Superest ut de figuris aliquid disseramus, quae cum eaedem 15
apud utresque repperiantur, nonnihil tamen peculiarius habere noscuntur.
In conpositionibus denique sunt quaedam, quae possunt ad sim-
plicitatem reverti, ut *distraho repeto*; sunt quae minime possunt, ut
suscipio conplector amplector. Multa post conpositionem ad-
missa sunt, cum simplicia non essent recepta, ut *facior* cum
minime dicatur (ab eo enim quod est *facio* passivum non *facior* venit,
sed *fio fis fit*), tamen *adficior reficior conficior* optime dicitur, et cum
grego Latinum non sit, *segrego congrego adgrego* suavissime dici-
tur. Apud Graecos quaecumque cum praepositionibus conpo- 16
nuntur numquam corrumpuntur, ut est *γράφω περιγράφω καταγράφω*,
βάλλω περιβάλλω καταβάλλω ἀμφιβάλλω, *ἄγω συνάγω ἀπάγω διάγω προ*-[149]
άγω, *φέρω προφέρω διαφέρω ἀναφέρω*, *φιλῶ καταφιλῶ*; quin immo prae-

11. *qui pengere* V. 12. *dirivantur* (ut quidem videtur) V. 14. *cum plus* V. — *reperiri* „sic Cod. h. l. uno *p.*" Endl. — *contineat* V. — *e merito* V. — *utrobique* s. — *si* etc.] Cf. de diff. c. 13, § 9. 15. *de figuris*] Cf. de diff. c. 2. inscript. — *eadem* Vs. — *nuscuntur* V. Cf. § 3. — *menimae* (etiam infra) V. — *sunt quaedam* etc.] Cf. de diff. c. 2, § 1. — *post conpositionem* etc.] Cf. ibid. § 2. — *greco* V. 16. *cum praep.*] Cf. ibid. § 5. — *ΔΙΑΦΕΡΟ*

e codicis scripturae compendio ā Sed facile patet legem grammaticam flagitare *an*.

11. *sub condicionis incerto*] i. e. ita ut incertum relinquatur et ab aliqua pendeat conditione.

12. *quod ex hoc verba alia derivantur*] Cf. de diff. c. 13, § 5. Prisciun. lib. VIII, cap. de modis.

verbialia] „Quae a Graecis ῥηματικὰ dicuntur. Cf. Diomed. p. 310 P." Endl.

13. *Personas easdem*] Cf. de diff. c. 1, § 3.

14. *dualem ex illis usum*] Pro *dualis usum* dicitur, ut de diff. c. 14. dicitur modo § 6. *Tertiam personam pluralem*, modo § 10. *tertiam pluralis*. De re cf. ibid. c. 1, § 3.

utrubique] „i. e. apud Graecos et Romanos." Endl.

populositas] „i. e. multitudo. Sic Arnob. III, 102. *populositas summa deorum*, et Fulgentius Mythol. I, 24. *Argum luminum populositate consepium interemisse fertur.*" Endl.

15. *denique*] „Τὸ *denique* aut nonnulla hic excidisse vel saltem

positionibus saepe *corruptis verba ipsa* nihilominus intaminata perdu-
rant: λέγω συλλέγω, φέρω συμφέρω, δέρω ἐκδέρω, φέρω ἐμφέρω, βάλ-
17 λω συμβάλλω, πλέκω ἐμπλέκω, τρέχω ἐκτρέχω. Apud Latinos modo
integra permanent modo corrumpuntur: curro percurro; vello vellis, re-
vello revellis; bello bellas, rebello rebellas; traho retraho detraho distraho,
pono praepono depono; fero defero praefero; item facio conficio inficio,
premo conprimo exprimo, aestimo existimo, lego eligo colligo. Et amplius
ipsa etiam praepositio simul cum verbo mutatur: facio effecio, rapio cor-
18 ripio. Apud Graecos praepositiones verbis adiectae accentum eorundem
reservant: γράφω καταγράφω, βάλλω καταβάλλω περιβάλλω, φέρω περι-
19 φέρω, καλῶ κατακαλῶ, γλύφω ἀναγλύφω. Latini accentum in aliis ser-
vant in aliis mutant, ut curro praecurro, pono praepono, prehendo
reprehendo, fero adfero, gero ingero, frico refrico, vio devio, traho con-
20 traho, lego colligo, premo deprimo. Apud Romanos nulla praepo-
sitio adiuncta verbis mutat coniugationem: clamo clamas,
declamo declamas; moneo mones, commoneo commones; emo emis, co-
emo coemis; dormio dormis, praedormio praedormis; mordeo mordes, prae-
21 mordeo praemordes; mitto mittis, praemitto praemittis. Et generaliter
omnia quae conposita sunt eandem quam in simplicitate declinationem
custodiunt: premo premis, opprimo opprimis; lego legis, collego collegis;
fio fis fit, madefio madefis madefit; calefio calefis calefit; expergefio ex-
22 pergefis expergefit. (10.) Quaeritur de his duobus verbis aufero et au-
fugio, unde conposita sint, quae Cicero in libris de oratore ex prae-
positione ab conposita esse existimat, et quia ab ante F litteram durum
[150]sonabat, versam mutatamque esse ab in au syllabam, quod vox so-
nantior fieret. Hoc Tullius potentissimus Latinitatis adsertor. Sed
plerisque placuit ex Graeco μορίῳ, id est particula αὖ, haec esse con-
posita ad similitudinem illius Αὐέρυσαν μὲν πρῶτα et alibi Ἄβρομοι
αὔταχοι, id est retrorsum traxerunt, reticuerunt, qui intellectus et in au-

(sic saepius O pro Ω) V. — *corruptis verba ipsa* addidi e coni. Endl. coniecit legendum esse: praepositionibus saepe corruptis nihilominus intaminata verba perdurant. — λέγω] Cf. l. c. § 4. — ΠΛΕΚΩ ΕΚΠΛΕΚΩ („ex em. p. m.“) V. κλέω ἐκκλέω s. — ΤΡΕΚΩ ΕΚΤΡΕΚΩ V. 18. καταγράφω] Cf. l. c. § 5. — ΚΑΛΛΩ ΚΑΤΑΚΑΛΛΩ. ΓΛΑΥΦΩ ΚΑΤΑΓΛΑΥΦΩ V. 19. praecurro] Cf. l. c. § 5. — devio contro (om. traho) V. 20. Apud etc.] Cf. ib. § 6. — obdormio, obdormis coni. Endl. 21. costodiunt V. — collego „Cod. h. l., quamvis supra habeat colligo.“ Endl. 22. aufero] Cf. l. c. § 4. — de oratore] „Non in libris de Oratore, sed in libro qui inscribitur Orator s. Brutus c. 47.“ Endl. — ex praepositione scripsi e coni. ex praepositionibus Vs. — graeco orrio (corr. in morrio) V. — Αὐέρυσαν] Cf. Hom. Il. ά, 459. — ΠΡΑΤΑ V. — Ἄβρομοι]

contextus ordinem turbatum esse demonstrare videtur.“ Endl.

16. τρέχω ἐκτρέχω] „Patet nostrum praepositionem ἐκ pro corrupta habuisse, solamque ἐξ integram considerare.“ Endl.

17. lego eligo colligo] „Melius haec exempla in classem proxime sequentem referrantur.“ Endl.

praedormio]. Propius quam id quod coniecit Endlicherus, obdormio, abesset perdormio. Derivatum perdormisco legitur apud Plautum Men. V, 5, 29.

22. Quaeritur etc.] „Ad totum hunc locum cfr. Gellii N. A. XV, 3. et Excerpta e Macrobio § 4.“ Endl. — Cf. de diff. c. 2, § 4.

αὔταχοι .. reticuerunt] „Adiectivum per verbum exposuit, reticuerunt pro taciturni. De duplici vero eaque contraria significatione v. αὔταχος cf. Lexicon Passovii s. h. v. Ceterum alter locus Homericus

fugio et in *aufero* congruit. Addit his Nigidius tertium *autumo*, cum credat illud ex eadem praepositione et *aestimo* verbo esse conpositum, ut sit tamquam *abaestimo*, dictumque intercise *autumo*, idemque significare quod *aestimo*, sicut *abnumero* idem esse quod *numero*, quod non solum id significat, verum etiam *dico censeo adsevero* vel *adfirmo*, ut apud Terentium: *et deinde facturum autumat.*

24 Haec tamquam communia praemisisse sufficiat; nunc de ea quae in ipsa declinatione sunt observanda redeamus. (11.) Declinandi autem verbi series a modis necesse est sumat exordium; nam hinc apud Graecos modus ἔγκλισις appellatur, *οἷον ἐν ᾗ ἡ κλίσις.*

II. *De indicativo modo.*

1 Omne igitur indicativum, ut iam superius diximus, id est omne thema verbi latini, quinque his litteris terminatur, *O R M T I*; sed *O* et *R* in his quae sub regulam proportionis cadunt, *M T I* in his quae anomalia sive defectiva sunt; et *M* quidem terminata haec fere repperiuntur, *possum potes potest, sum es est*, quaeque ex eo conponuntur, ut [151] *adsum praesum desum prosum insum subsum*; *T* vero, *pudet piget taedet licet poenitet miseret placet decet oportet*; *I*, ut *odi memini novi*, quod nonnulli praeteriti perfecti esse existimant a themate *nosco*.

2 (12.) Quaeritur autem a nonnullis *O* finalis verborum correpta an producta habeatur; ut constet auctores utrumque fecisse, id est tam corripuisse quam produxisse, nec in his tantummodo quae in verbis repperiuntur, sed in omnibus quae per ceteras quoque partes orationis inveniuntur. Vergilius tamen ex confesso *O* finalem in uno verbo, uno adverbio, uno nomine, uno pronomine corripuisse monstratur. — *Nunc scio, quid sit amor.* — *Nec longo distant cursu, modo Iuppiter adsit.* — *Si duo praeterea tales Idaea tulisset Terra viros.* — *Non ego dum Danais Troianam excidere gentem Aulide iuravi.*

3 Singulae quoque coniugationes certas ex vocalibus ante *O* finalem recipiunt. Et prima quidem *E I U*, ut *commeo commeas, lanio lanias,*

Cf. Hom. Il. γ, 41. 23. *Nigidius*] Cf. l. c. — *aput terrentium* V. Cf. Heaut. Prol. 19. 24. *Declinandi*] Cf. de diff. c. 13, § 13. *ΕΓΙCIC appellatur* V. — *ΚΛΗCIC* V.
II. **De indicativo modo**] Hunc titulum ipse supplevi.
1. *superius*] c. 1, § 2. 2. *Vergilius etc.*] Cf. de diff. c. 15, § 19. — *Nunc*] Ecl. VIII, 43. — *Nec*] Aen. III, 116. — *Si duo*] Aen. XI, 285 seq. — *hidaeat* V a p. m. — *Non ego*] Aen. IV, 425. „ubi nunc legitur *cum* et *exscindere*." Endl. — *excidere gai* (om. *Aulide iuravi*) V.

a sciolo male feriato additus videtur, tum quod αὔταχος significatione τοῦ *taciturnus* non componitur ex αὖ et ἴαχος, sed ex α privativo et ἴαχος interposito digamma Aeolico, tum quod hic locus apud Gellium non legitur." Endl. — Legitur in ed. Lion. Sed quicumque haec scripsit videtur legisse αὔταχον, et αὔταχον explicavisse verbo *reticuerunt*, ut αὐ ἔρυσαν verbis *retrorsum traxerunt*. Namque recte ea quae sequuntur, *qui intellectus* Endlicherus interpretatus est sic: „τοῦ *retrorsum* scilicet."

23. *Nigidius*] „Nigidius Figulus in commentariis grammaticis, ut apparet e Gellii l. c. et excerptis e Macrobio § 4. Vid. Rutgers. VV. LL. p. 266. et app. nostri voluminis." Endl.

ex eadem praepositione] „Adde *ab*." Endl.

II, 1: *proportionis*] „i. e. analogiae. Quinctil. I, 6, 4. *Analogia .. quam proxime ex Graeco transferentes in Latinum proportionem vocaverunt*." Endl. — Cf. c. 9, § 2. et c. 10, § 6.

actuo fluctuas. (13.) Secunda vero *E* tantummodo, sine qua numquam est, sed semper eam ante *O* necesse est habeat terminalem, ut *sedeo sedes.* (14.) Tertia correpta *I* et *U*, ut *rapio rapis*, *acuo acuis*, *arguo arguis.* Tertia vero producta *I* tantummodo, quae et ipsa, sicut secunda, memoratam vocalem *O* novissimam necesse est habeat antecedentem.
4 Hae enim semper in paenultimis altera *I* altera *E* vocalibus praemissis modis omnibus finiuntur, nec ullam omnino ex consonantibus admittunt, quod prima et tertia correpta fecerunt passim, prope universis receptis, ut *labo labas*, *seco secas*, *do das*, *rego rogas*, *volo volas*, *amo amas*, *sano sanas*, *aro aras*, *quasso quassas*, *lito litas*, *crepo crepas;* item *lambo lambis*, *dico dicis*, *addo addis*, *pingo pingis*, *colo colis*, *como comis*, *cano canis*, *serpo serpis*, *tero teris*, *lacesso lacessis*, *quatio quatis.* Excipiuntur in tertia producta, quae non *I* sed *E* vocalem habeant antecedentem, tria: *eo is it*, *queo quis quit*, *veneo venis venit*, et quae ex his conponuntur, ut *exeo praeeo nequeo.*

5 *De tempore praesenti modi indicativi activi.*

(15.) Omne itaque verbum modi indicativi temporis praesentis quod *O* littera terminatur, nec defectivum, ut *fero fers* quaeque ex eo conpo-[152]nuntur, secunda persona in *S* litteram exit, sua cuiusque coniugationis praecedente vocali: *amas mones legis audis*, eademque *S* littera in *T*
6 conversa fit tertia persona, ut *amat monet legit audit.* Itemque ex tertia singulari primam personam numeri pluralis efficiunt dempta *T* littera et addita *MUS* syllaba: *amat amamus*, *monet monemus*, *legit legimus*, *audit audimus.* Secunda quoque persona eiusdem numeri ex eadem tertia formatur *IS* addita syllaba, ut *amat amatis*, *monet monetis*, *legit legitis*, *audit auditis.* Nec non etiam tertia persona pluralis a tertia procreabitur in singulari, in prima quidem et secunda coniugationibus *N* littera ante *T* novissimam interposita, ut *amat amant*, *monet monent;* in tertia vero producta, et his verbis quae tertiae correptae in *IO* exeunt, ante *T* litteram *U* et *N* interpositis, ut *dormit dormiunt*, *rapit rapiunt*, in tertia vero correpta, quotiens ante *O* habuerint consonantem, *I* vocali eiusdem tertiae singularis in *U* et *N* conversa iisdemque ante
7 *T* litteram collocatis, ut *currit currunt*, *legit legunt.* — *Amo amas amat, amamus amatis amant; moneo ... monent; audio ... audiunt; lego ... legunt.*

8 De praeterito inperfecto modi indicativi activi.

(16.) Omne praeteritum inperfectum eiusdem modi per universas coniugationes *BAM* syllaba terminatur, antecedentibus in prima quidem *A* in secunda vero et tertia correpta *E* vocalibus post consonantem thematis sui, ut *amo amabam*, *moneo monebam*, *dico dicebam;* in tertia vero producta (sed et correpta, quotiens vocalem ante *O* habeat, non consonantem) eadem quidem, id est *E*, praeveniente vocali, sed post paenultimam thematis sui vocalem, ut *audio audiebam*, *rapio rapiebam*, *arguo arguebam;* nisi quod in tertia producta nonnumquam suavioris
9 gratia soni subducta *E* vocali profertur, ut est *nutribam ibam.* Eiusdemque temporis secunda persona *M* in *S*, tertia *S* in *T* conversa for-

4. *lacero lacesse. quato* V. 5. **De tempore* etc.] Titulum supplevi suadente Endlichero. — *ex e* V. — *in .S. littera* V.
6. *iisdemque* s ex coni. Endl. *eiusdemque* V.

8. *praeveniente*] i. e. antecedente syllabae *BAM.*

mabitur, ut *amabam amabas amabat*, *monebam monebas monebat*, *legebam legebas legebat*. Pluralis autem numeri persona prima ex prima singulari nascetur addita *US* syllaba, ut *amabam amabamus*, *docebam docebamus*, *audiebam audiebamus*, *legebam legebamus*: secunda vero ex prima *MUS* ultima in *TIS* commutata, *amabamus amabatis*, *docebamus docebatis*, *audiebamus audiebatis*, *legebamus legebatis*. Tertia singularis pluralem tertiam creabit *N* littera ante *T* finalem interposita, ut *amabat amabant*, *docebat docebant*, *audiebat audiebant*, *legebat legebant*. — *Amabam amabas* 10
amabat, *amabamus amabatis amabant*; *docebam* ... *docebant*; *audiebam* [153]
... *audiebant*; *legebam* ... *legebant*.

De tempore praeterito perfecto modi indicativi activi. 11

(17.) Omne praeteritum perfectum activum indicativi modi primae personae in *I* litteram desinit, cui adiectis tribus litteris *STI* fiet secunda, ut *secui secuisti*, *monui monuisti*, *nutrivi nutrivisti*, *legi legisti*. Sed interdum *VI* syllaba, cum finalis est eamque vocalis praecedit, subtrahitur, ut *nutrivisti nutristi*, *amavisti amasti*; non tamen semper hoc fieri necesse est; nam sunt quibus *εὐφωνία* memoratam syllabam subduci minime patitur, ut *cavisti pavisti*, *casti pasti* non dicitur. Eidem primae *T* littera adiecta fiet tertia, *amavi amavit*, *monui monuit*, *audivi audivit*, *legi legit*. Ex eadem oritur et prima pluralis addita *MUS* syl- 12
laba, ut *secui secuimus*, *docui docuimus*, *audivi audivimus*, *legi legimus*. At secunda pluralis de secunda nascitur singulari adiecta *S* littera, ut *amavisti amavistis*, *docuisti docuistis*, *audivisti audivistis*, *legisti legistis*. Tertia vero pluralis eiusdem temporis semper in *RUNT* syllabam desinit, et creatur ex prima singulari *I* finali eius in *E* conversa et addita syllaba supradicta, ut *secui secuerunt*, *monui monuerunt*, *audivi audiverunt*, *legi legerunt*; eademque *RUNT* syllaba nonnumquam in *RE* commutatur, ut *amaverunt amavere*, *docuerunt docuere*, *audiverunt audivere*, *legerunt legere*. Memento *V* quoque illis subduci solere, cum *VI* 13
syllaba *T* terminatur *I* vocali antecedente, ut *nutrivi nutrii*, *nutrivit nutriit*, *audivi audii*, *audivit audiit*, *cupivi cupii*, *cupivit cupiit*. — *Amavi* 14
amavisti amavit, *amavimus amavistis amaverunt* vel *amavere*; *docui* ... *docuerunt* vel *docuere*; *audivi* ... *audiverunt* vel *audivere*; *legi* ... *legerunt* vel *legere*.

De praeterito plusquamperfecto modi indicativi. 15

Omne praeteritum plusquamperfectum activum modi indicativi in *RAM* syllabam desinit. Nascitur autem de praeterito perfecto *I* finali eius conversa in *E* et addita syllaba supradicta, ut *amavi amaveram*, *docui docueram*, *audivi audiveram*, *legi legeram* . . . . . .
. . . .

9. *audebam* V. 11. **De tempore praeterito* etc.] Titulum supplevi suadente Endlichero. 12. *sunt quibus quibus* V. — *menime* V.
15. *legeram*] „Desinit hic codicis folium 16.; desunt folia duo, quibus continebantur reliqua de tempore plusquamperfecto, formatio futuri indicativi activi, declinatio indicativi passivi et initium praeceptorum de modo imperativo. Folii, quod olim proxime sequebatur particula, quatuor videlicet secundae columnae priores lineae miro casu servatae fuerunt. Cum nempe decem abhinc seculis amissa pagina atramento adhuc madida, praecedenti folio (16) incaute adplicaretur, quatuor hae lineae inversis literis in membrana expressae fuerunt, namque Fol. 16 v. col. 1. initium obruunt. Hanc ergo de formatione futuri indicativi activi, ope speculi lectam hic exhibemus." Endl.

De futuro modi indicativi.

34]. . . *MUS* syllaba, secunda vero, si eidem tertiae *IS* syllaba fuerit adiecta, tertia quoque, si ante *T* litteram ultimam eius *N* interponitur, ut *audiemus audietis audient* . . . .

III. *De imperativo modo.*

1 . . . Item qui dicit ἡ δίκη τεμνέσθω litem adhuc in conflicto esse demonstrat; qui vero dicit ἡ δίκη τετμήσθω tanta vi iubet, ut iam velit esse negotium terminatum, quod et Latinitas, quamvis circumloquendo, non tamen respuit, cum dicat *ostium clusum sit; pugna commissa sit; lis terminata sit*, quibus omnibus quam conficiendi celeritatem exigimus demonstratur.

2 (19.) De tempore praesenti modi imperativi activi.

Omne imperativum activum praesens per singulas coniugationes sua cuiusque vocali terminatur, ut *ama mone audi lege* *exceptis*. *cedo fer es*
3 *dic*. Sed *cedo* in hac tantummodo voce consistit, nec ulterius procedit, nisi quod plurale eius quidâm *cette* dixerunt, sed originem nullam penitus habere cognoscitur. In *R* vero *fer* et quae ex eo conponuntur, ut
4 *defer adfer confer praefer*. Aliqua eiusmodi sola repperiuntur *S* quoque finita, et ipsa perpauca sunt, ut *es* et quae ex eo conponuntur, *ades prodes praees*, quaeque alia ex eodem verbo figurantur, et unum his simile *potes*: quae ex infinitis suis formari technici volunt ultimis syllabis ablatis, *cantare canta*, *monere mone*, *audire audi*, *legere lege*; adeoque hoc esse certissimum, ut etiam illa sub eiusdem regulae norma sint posita, nam ab eo quod est *esse* ablata ultima fit *es*, *adesse ades*,
5 ibidemque ab eo quod est *ferre praeferre fer praefer*. *Potes* tantum vi-
[155]detur minime huic regulae consentire; sed sciendum est nunc quidem infinitum eius dici *posse*, sed apud antiquos integrum *potesse* repperiri,
6 quod posteri *posse* per syncopam dicunt. *Dic* autem vel *fac duc dedus olfac* [*olface*] *reic* [*reice*] et alia similia, ut in his quoque constet regula sua et amissione ultimae syllabae ex infinitis suis procedant, *facere face, dicere dice, ducere duce, olfacere olface, reicere reice*.

16. **De futuro* etc.] Titulum supplevi: sed plura intercidisse nemo non videt.
III. **De imperativo modo**] Titulum supplevi. Endlicherus adnotavit: „Folium in quo sequentia scripta sunt nunc in Codice, compactoris vitio, primum est. In margine superiori a manu Saec. XVI. legitur: Valerii Probi Grammatica, cui vero inscriptioni plane non esse fidendum in praefatione ostendimus.“ 1. *TEMNECTΩ* V. — *TEMNECTΩ* corr. in *TETMNECTΩ* V. — *quod et Lat.*] Cf. de diff. c. 16, § 10. 2. **exceptis** addidi suadente Endlichero. 3. *cete* V. 4. *Aliquae* V. — *componuntur* „h. l. Cod. *m*.“ Endl. — *thechnici* V. — *cantare*] Cf. de diff. c. 16, § 7. 5. *Potest* V. — *sincopan* V. 6. *ut amissione ... procedant* coni. Endl. Vid. not.

III, 1. *quam conficiendi celeritatem exigimus demonstratur*] i. e. demonstratur conficiendi celeritas quam exigimus, nisi mavis dictum pro: *quam conficiendi celeritatem exigamus*. Vid. not. ad Comm. I, 17, 7.

6. *reic*] „En novam formam.“ Endl.

Dic autem .. reicere reic] Haec non satis inter se cohaerent, neque tollitur difficultas particula *et* mutata in *ut*, id quod vult Endlicherus, apud quem quod legitur *suae ut*, mendum esse putaverim. Verba *olface* et *reice* uncis inclusi ut non suis locis posita. Praeterea post *procedant* videtur aliquid esse addendum, ut: *plenius scribenda sunt*.

Tertia persona singularis fiet ex secunda singulari, in prima quidem 7
A in *E* conversa et addita *T*, ut *ama amet*, in secunda vero et ter-
tia producta adiecta *AT* syllaba, ut *mone moneat*, *audi audiat;* in tertia
correpta *E* in *A* conversa et addita *T*, ut *lege legat*, et ut compendio-
sius dicam, eadem erit tertia singularis imperativi praesentis per omnes
coniugationes quae optativi futuri vel coniunctivi praesentis: *utinam
amem ames amet*, *utinam moneam moneas moneat*, *utinam audiam audias
audiat*, *utinam legam legas legat; cum amem ames amet*, *cum moneam
moneas moneat*, *cum audiam audias audiat*, *cum legam legas legat.*

Secunda quoque pluralis ex secunda singulari adiecta *TE* syllaba 8
procreabitur, ut *ama amate*, *mone monete*, *audi audite*, *lege legite;* tertia
enim correpta familiare hoc habet, inter *E* et *I* permutationem. Tertia
vero pluralis ex tertia veniet singulari *N* littera post *A* vel *E* paenulti-
mam interposita, ut *amet ament*, *doceat doceant*, *audiat audiant*, *legat le-
gant.* — *Ama amet*, *amemus amate ament; mone ... moneat; audi ...* 9
audiant; lege ... legant.

(20.) De futuro tempore modi imperativi activi. 10

Omne futurum imperativum declinationis activae in *TO* syllabam
desinit, et fit ex praesenti suo fini eius memorata addita syllaba, ut
ama amato, *mone moneto*, *audi audito*, *lege legito;* in tertia enim cor-
repta, ut diximus, *E* et *I* litterae vicissim sibi cedunt. Tertia aut ea- 11
dem erit quae praesentis, ut *amet moneat audiat legat*, aut unam ean-
demque vocem et secundae et tertiae tribuemus, *amato amato*, *moneto
moneto*, *audito audito*, *legito legito*, ut Vergilius: *Argolica hac galea con-
tentus abito*, et: *Esto nunc Sol testis*, et: *Ne quis ob inceptum subitum
mihi segnior ito.* Secunda pluralis eiusdem temporis ex secunda fiet 12
singulari adiecta *TE* syllaba, *amato amatote*, *legito legitote.* Tertia[156]
vero pluralis aut eadem erit quae praesentis, ut *ament moneant audiant
legant*, aut hoc modo formabitur: Omnis persona tertia pluralis modi
indicativi temporis praesentis addito sibi *O* fiet tertia pluralis impera-
tivi activi temporis futuri, ut *amant amanto*, *monent monento*, *audiunt
audiunto*, *legunt legunto.* Nonnumquam veteres non sine elegantia pro 13
coniunctivis imperativa posuerunt, ut: *Ne pete conubiis natam sociare
Latinis*, et: — *thalamis neu crede paratis*, et: *Ne*, *pueri*, *ne tanta ani-
mis assuescite bella*, *Neu patriae validas in viscera vertite vires*, pro *ne
petas*, *neu credas*, *ne assuescatis*, *neu vertatis.* — *Amato amato* vel *amet*, 14
amatote ament vel *amanto; doceto doceto* vel *doceat*, *docetote doceant* vel
docento; audito etc.; *legito* etc.

(21.) De tempore praesenti passivo modi imperativi. 15

Omne imperativum passivum temporis praesentis idem erit quod in-
finiti modi activi praesens, *amare docere audire legere*, cuius tertia per-
sona de tertia fiet activi praesentis addita *UR* syllaba, *amet ametur*,
moneat moneatur, *audiat audiatur*, *legat legatur.* Secunda pluralis ex se- 16

8. *ante .A. vel .E.* V. 9. *audiunt* V. 10. *ut diximus*]
§ 8. — *sivi* V. 11. *Vergilius* ε. *terrentius* V; sed cf. Virg.
Aen. V, 314., XII, 176., XII, 566. „ubi nunc *neu* legitur.“ Endl. — *ha-
bito* V. — *signior* V. 12. *addita* ε; in Ms. haec paene eva-
nuerunt ut in sequentibas *temporis*, *monento* (§ 13.) *Nonnumquam*, *assue-
scatis*, *amato vel amet*, *amatote.* 13. *Ne pete*] Virg. Aen. VII, 96.
thalamis] Ibid., 97. — *Ne pueri*] Aen. VI, 833 sq. — *puteri* V.
15. *infinitivi* ε; sed paene evanuit haec vox in Ms.

cunda veniet pluralis praesentis activi *TE* ultima in *MINI* syllabas
commutata, *amate amamini*, *monete monemini*, *audite audimini*, *legite le-
gimini*. Tertia pluralis ex tertia veniet plurali praesentis activi *UR*
addita syllaba, *ament amentur*, *moneant moneantur*, *legant legantur*. —
17 *Amare ametur*, *amemur amamini amentur*; *monere moneatur*, *moneamur
monemini moneantur*; *audire* ... *audimini audiantur*; *legere* ... *legimini
legantur*.

18 (22.) De futuro passivo modi imperativi.

Omne futurum tempus passivum modi imperativi ex suo fiet activo
addita *R* littera, ut *amato amator*, *moneto monetor*, *audito auditor*, *legito*
[157]*legitor*. Tertia aut eadem erit quae praesentis, *ametur moneatur audi-
atur legatur*, aut una eademque voce qua secunda proferetur sic ut in
19 activo futuro, *amator amator*, *monetor monetor*, et reliqua. Secunda plu-
ralis eiusdem temporis ex secunda formabitur activi plurali temporis
eiusdem *TOTE* syllabis in *MINOR* conversis, ut *amatote amaminor*,
monetote moneminor, *auditote audiminor*, *legitote legiminor*. Tertia plura-
lis eiusdem temporis aut eadem erit quae praesentis aut ex tertia ve-
niet activa numeri eiusdem et temporis addita in ultimo *R* littera, ut
amanto amantor, *docento docentor*, *audiunto audiuntor*, *legunto leguntor*. —
20 *Amator amator* vel *ametur*, *amaminor amentur* vel *amantor*; *monetor mo-
netor* vel *moneatur* etc.; *auditor auditor* vel *audiatur* etc.; *legitor legitor*
vel *legatur* ... *legantur* vel *leguntor*.

IV. (23.) De optativo modo.

1 In hoc etiam modo communis Graecis Latinisque quaestio ex-
orta est, si praeteritum tempus possit admittere, quia nullus
umquam quae iam facta sint sperat, cum infecta fieri non possint, sed
in praesens vel in futurum aliquid optetur. Sed transactum quoque
tempus optanti necessarium adprobatur, nam saepe cum in lon-
ginquis aliquis constitutus de re, quam desiderat, incertus sit, votis
tamen adiuvat cupidinem suam, ut id proveniat iam venisse quod cupit;
ut puta navigantibus suis, si tempestas fuerit exorta, diis supplicans
exposcat, ut parens aut filius aut cognatus evaserit discrimina vento-
rum ac vim superaverit procellarum.

2 (24.) De praesenti tempore activo modi optativi.

Omne optativum praesens idemque inperfectum activum in *REM*
syllabam desinit vocali coniugationis suae antecedente, ut *utinam ama-
rem monerem audirem legerem*. Cuius *M* littera in *S* commutata nascitur
secunda; eademque in *T* conversa fit tertia, *amarem amares amaret* et
3 reliqua. Prima pluralis ex prima nascitur singulari adiecta *US* syllaba,
ut *amarem amaremus* et reliqua. Secunda pluralis ex prima fiet plurali
MUS ultima in *TIS* syllabam conversa, ut *amaremus amaretis* et reli-
qua. Tertia pluralis ex tertia nascitur singulari *N* littera ante *T* ulti-

16. .*E*. *ultima* V. — *ex tertia* et (§ 17.) *Amare* ... *amentur* paene eva-
nuerunt in Ms. 17. *monenimi* corr. in *moneanimi* V. *mo-
neamini* s. — *legamini* V. 18. *monetur* V. 19. *plura-
lis* corr. in *plurali* V.

IV. *De optativo modo*] Cf. de diff. c. 18. 3. *conversam*
corr. in *conversa* V.

IV. *De optativo modo*] Cf. Priscian. lib. VIII, capp. de temporibus et de modis. Charis. II, 5 seqq.

mam interposita, *amaret amarent.* — *Utinam amarem amares* etc.; *uti-* 4
nam monerem etc.; *utinam audirem* etc.; *utinam legerem* ... *legerent.* [158]

(25.) De praeterito perfecto et plusquamperfecto optativo. 5

Omne optativum praeteritum perfectum idemque plusquamperfectum ex praeterito perfecto indicativo creatur, ultimae eius syllabae *S* littera adiecta et addita *SEM* syllaba: *amavi amavissem*, *audivi audivissem*, *legi legissem*; sed aliquotiens *VI* ex medio intercepta contrahimus syllabas, ut dicamus *amassem audissem*. Residuas personas in utroque numero ad similitudinem superioris temporis figuramus. — *Utinam ama-* 6
vissem etc.; *utinam monuissem* etc.; *utinam audissem* etc.; *utinam legissem* ... *legissent.*

(26.) De futuro optativo activo. 7

Omne optativum futurum activum ex primo themate verbi nascitur, in prima quidem coniugatione *O* novissimo in *EM* syllabam, in ceteris autem in *AM*, converso, ut *amo amem*, *moneo moneam*, *audio audiam*, *lego legam.* Residuae personae ad similitudinem superiorum formantur.
— *Utinam amem ames* etc.; *utinam moneam* etc.; *utinam audiam* etc.; 8
utinam legam ... *legant.*

De optativis passivis. 9

Omnia optativa passiva *praeter* praeteritum perfectum et plusquamperfectum ex activis suis, sicut in praecedentibus, formabuntur *M* in *R* commutata reliquisque sub eadem observatione deflexis. — *Utinam* 10
amarer amareris vel *amarere* etc.; *utinam monerer monereris* vel *mone-* [159]
rere etc.; *utinam audirer* ... *audiremini audirentur*; *utinam legerer* ... *legerentur.* *Utinam amatus amatus amatus*, *amati amati amati*; *utinam monitus* ... *moniti* ...; *utinam auditus* ... *auditi* ...; *utinam lectus essem (fuissem)*, *lectus esses (fuisses)*, *lectus esset (fuisset)*, *lecti essemus (fuissemus)*, *lecti essetis (fuissetis)*, *lecti essent (fuissent)*. *Utinam amer ameris* vel *amere* etc.; *utinam monear monearis* vel *moneare* etc.; *utinam audiar audiaris* vel *audiare* etc.; *utinam legar legaris* vel *legare* ... *legantur.*

V. (27.) De coniunctivo modo.

Coniunctiva Latinorum eandem, quam apud Graecos habent, 1
causam vocabuli ex una eademque origine traxerunt; non enim huic modo, ut ceteris, ex intellectu, sed ex solo accidenti nomen est inditum. Si qui dicit *lego*, nihil dubium reliquit, quia legere se indicet, 2
ideo indicativus appellatur; qui dicit *lege*, aperte quid fiat imperat, inde imperativus; *utinam legam*, cum dicitur, optatur quod fieri desideratur,

7. *residae* V. 9. **De optativis passivis** Titulum supplevi. — *praeter* addidi e coni. Vid. not. — „*Omnia optativa passiva, praesens praeteritum imperfectum itemque futurum* ... *formabuntur.* Sic haec erunt legenda. Exciderunt hic quae de formatione praeteriti et plusquamperfecti optativi passivi dicenda fuerant.“ Endl. 10. *auderemini auderentur* V. — *Utinam legerer* ... *legerentur*, et in seqq. *fuissem*, *fuisses*, *fuisset*, *fuissemus*, *fuissetis*, *fuissent* paene evanuerunt in Ms.

V. *De coniunctivo modo*] Cf. de diff. c. 17. 2. *reliquid* V. — *indiget* V.

9. *praeter praeteritum perfectum* Addita praepositione *praeter*, quam ante *praeteritum* excidisse verisimillimum est, multo facilius quam ea ratione quam proposuit Endlicherus hic locus emendatur.

reliquisque] „sc. personis.“ Endl.

et optativus vocatur; *legere* quia nullum animi definit affectum, infiniti
nomen acceperit. Si vero dixero, *cum legam*, *cum legerim*, *cum legis-
sem*, *cum legero*, ostendo nullum tempus modi istius nisi coniunctum al-
teri parti orationis posse proferri, ideo non ex sensu, qui adhuc dubius
est, sed ex sola coniunctione quae ei accidit coniunctivus modus
appellatus est, unde et Graeci ὑποτακτικὸν διὰ τὸ ὑποτε-
τάχθαι vocaverunt, quod necesse est illi praemisso aliquid subdi, ut
sensus integer fiat et planior:

Cum faciam vitula pro frugibus, ipse venito.

3 Notabis in hoc modo, quod non more Graecorum iunctim bina tem-
pora deflectunt, sed singula separatim; cum in optativo contra quam
4 Graeci bina, non singula, declinent. Sunt autem eadem quae in opta-
tivo, et insuper praeteritum perfectum et futurum sub diversa finalitate:
praesens idemque futurum optativum *cum legam*, praeteritum inperfec-
[160]tum *cum legerem*, praeteritum perfectum *cum legerim*, praeteritum plus-
quamperfectum *cum legissem*, futurum *cum legero*. Unde etiam hisdem
regulis formabuntur, nec aliqua discretio erit inter perfectum ac futu-
rum, nisi quod in prima syllaba illud in *RIM*, alterum in *RO* syllabam
5 desinet, *cum legerim*, *cum legero*. Passiva quoque eiusdem modi sub
hisdem regulis declinantur et ex suis veniunt activis ad similitudinem
superiorum, nisi quod futurum quoque per participium et *ero* vel *fuero*
6 verbum declinatur. Latini sua quadam licentia usurpationis modo in-
dicativa pro coniunctivis ponunt, modo coniunctiva pro
indicativis. Cicero: *Qui poterit socios tueri, si delectum rerum
utilium et inutilium non habebit*, pro *habuerit*; alibi idem: *Libenter tibi,
Laeli, ut cum desideras equidem concessero*, pro *concedam*. —
7 *Cum amem ames* etc.; *cum moneam* etc.; *cum audiam* etc.; *cum legam
... legant*. *Cum amarem amares* etc.; *cum monerem* etc.; *cum audirem*
etc.; *cum legerem ... legerent*. *Cum amaverim*, *amaveris* etc.; *cum mo-
nuerim* etc.; *cum audierim* etc.; *cum legerim ... legerint*. *Cum amavis-
sem amavisses* etc.; *cum monuissem* etc.; *cum audivissem* etc.; *cum legis-
sem ... legissent*. *Cum amavero amaveris* etc.; *cum monuero* etc.; *cum*
8 *audivero* etc.; *cum legero ... legerint*. *Cum amer ameris* vel *amere* etc.;
[161]*cum monear monearis* vel *moneare* etc.; *cum audiar audiaris* vel *audiare
... audiantur*; *cum legar ... legantur*. *Cum amarer amareris* vel *ama-
rere* etc.; *cum monerer monereris* vel *monerere* etc.; *cum audirer* etc.;

ΥΠΟΤΕΤΑΧΘΕ V. 3. *singulas* V. 6. *modo indicativa*] Cf. de diff. c. 17, § 6. — *Cicero*] „Locus est e Ciceronis libro III. de legibus, ut apparet e Macrobii l. c., ubi tamen non nisi quatuor verba priora fragmenti nostri habentur. Frustra haec in fragmentorum Ciceronis collectionibus quaesieris.“ Endl. — *delectum rerum* scripsi e coniectura Endlicheri. *dilectum verum* Vs. — *alibi idem ... fuerint* Vs. „Inter *idem* et *fuerint* exemplum e Cicerone petitum excidisse palam est.“ Endl. — *Libenter*] Cic. de rep. I, 13. Vid. de diff. l. c. 8. *audieris ... audientur* V.

V, 3. *more Graecorum*] Cf. de diff. c. 17, § 6. et c. 13, § 2 sqq. Endlicherus contulit Priscian. p. 807 P. [lib. VIII, cap. de tempor. verbor.] et Cledon. 1874 P.

4. *finalitate*] Cf. c. 6, § 2.

futurum cum legero] Sic etiam alii grammatici Latini futurum exactum dicunt esse coniunctivum futuri. Cf. Priscian. lib. VIII, cap. de cognat. temp. p. 814 P.: *Sed tamen in subiunctivo modo futurum quoque praeteriti perfecti servat consonantes, ut dixi dixero*, et Charis. II, 5 sqq.

cum legerer ... legerentur. *Cum amatus amatus amatus, amati amati amati; cum monitus ..., moniti ...; cum auditus ..., auditi ...; cum lectus sim (fuerim), lectus sis (fueris), lectus sit (fuerit), lecti simus (fuerimus), lecti sitis (fueritis), lecti sint (fuerint).* *Cum amatus amatus amatus, amati amati amati; cum monitus ..., moniti ...; cum auditus ..., auditi ...; cum lectus essem (fuissem), lectus esses (fuisses), lectus esset (fuisset), lecti essemus (fuissemus), lecti essetis (fuissetis), lecti essent (fuissent).* *Cum amatus amatus amatus, amati amati amati; cum monitus ..., moniti ...; cum auditus ..., auditi ...; cum lectus ero (fuero), lectus eris (fueris), lectus erit (fuerit), lecti erimus (fuerimus), lecti eritis (fueritis), lecti erint (fuerint).*

VI. (28.) De infinito modo.

1 Infinitum modum quidam minime habendum inter verba existimant, quia neque numerum et personam, quae verbi propria sunt, designat, sed adverbiis potius temporis adplicare conantur, quorum primum est, ut sensum, si cum verbo socientur, efficiant praeposita vel postposita: *latine loquor, loquor latine; facio fortiter, fortiter facio.* Ita et infinitum *scribere volo, volo scribere; disserere cupio, cupio* [162] *disserere;* praesertim cum multa sint adverbia quae ex verbis oriantur, ut a *curro cursim, stringo strictim, caedo caesim, pungo punctim* et similia: maxime cum et aliae partes a verbo nascantur, ut participia et nomina, sicut est *scribens* et *scriptor*, quae et finalitatem solitam verborum et significationem amiserint personarum, quas nonnisi cum additamento pronominis possint distinguere, ut *amans me te illum, nos vos illos.* Sed a doctoribus his refutantur: infinitum modum 2 non quidem exprimere numerum vel personam, omnes tamen recipere personas et utrumque numerum admittere; nam ipsum *scribere*, cum a me agitur, fit *scribo*, cum a te, fit *scribis*, cum ab illo, fit *scribit;* item cum a nobis, fit *scribimus*, cum a vobis, fit *scribitis*, cum ab illis, fit *scribunt;* et *scripsisse*, cum in me fuit, fit *scripsi*, cum in te, fit *scripsisti*, cum in illo, fit *scripsit*, cum in nobis, fit *scripsimus*, cum in vobis, fit *scripsistis*, cum in illis, fit *scripserunt;* et *scriptum ire*, cum in me erit, fit *scribam*, cum in te, fit *scribes*, cum in illo, fit *scribet*, cum in nobis, fit *scribemus*, cum in vobis, fit *scribetis*, cum in illis, fit *scribent.* Cum enim dico *scribo*, nihil aliud significo quam *scribere me*, cum dico *scribis*, quid aliud dixi quam *scribere te*, cum dico *scribit*, quid aliud dixi quam *scribere illum* et cetera. Deinde adverbium temporis hinc maxime esse non 3 posse, quia significationes temporum in adverbio non de eiusdem soni vel vocis inflexione nascuntur, sed, ut tempora mutentur, voces etiam permutantur, *nunc modo nuper olim dudum antea postea;* in infinito autem vox eadem paululum flexa

VI. *De infinito modo*] Cf. de diff c. 19. 1. *quidem* Vε; „rectius fortassis *quidam* Macr. l. c.; Apollonius περὶ συντάξεως p. 226 Bekk. ἡ ἀπαρέμφατος ἔγκλισις διστάζεται πρός τινων εἰ ἔγκλισις, καὶ εἰ ὅλως ῥήματα τὰ ἀπαρέμφατα." Endl. — *caedim* corr. in *caesim* V. — *quia et* V. — *maxime cum* etc.] Cf. l. c. §. 4. — *additamentum* corr. in *additamento* V. 3. *significationes* etc.] Cf. l. c. § 5. — *vices* V.

VI, 1. *amans me* etc.] Vid. not. ad de diff. c. 19, § 4.
2. *scriptum ire*] Cf. §§ 3, 6, 7. c. 1, § 7. et de diff. c. 19, §§ 5 et 23., ubi vid. not. Endlicherus contulit Prob. Art. min. §§ 23, 25 et 31.

t e m p u s i m m u t a t, *scribere scripsisse scriptum ire*, quod est proprium verbi. Alia quae de hoc modo tractantur praetermittenda existimavi, ne superfluis immorarer.

4 (29.) De praesenti infinito activo.

Omne infinitum activum praesentis temporis in *RE* desinit, ut *amare monere audire legere;* unde etiam a *fio fiere* esse deberet. Sed, licet usus aliter optinuerit (*fieri* enim nunc dicitur), Ennius tamen in [163]X. Annalium *fiere* dixit, non *fieri*. Regula autem iam superius dicta est; nam omne imperativum activum addita *RE* syllaba fit infinitum, *ama amare, mone monere, audi audire, lege legere.*

5 (30.) De praeterito infinito activo.

Omne praeteritum infinitum activum in *SE* syllabam desinit; fit autem ex praeterito perfecto indicativo *I* ultimo eius adiecta *S* littera et adsumpta *SE* syllaba, *secui secuisse, monui monuisse, audivi audivisse, legi legisse.*

6 (31.) De futuro infinito activo.

Omne futurum activum per societatem p a r t i c i p i i seu g e r u n d i sibi addito *i r e* conformatur, *amatum ire, monitum ire, auditum ire, lectum ire.*

7 *Amare amavisse amatum ire; monere* etc.; *audire* etc.; *legere legisse lectum ire.*

8 (32.) De praesenti infinito passivo.

Omne infinitum passivum praesentis temporis ex suo veniet activo *E* in *I* commutata, praeter tertiam correptam, ut *amare amari, monere moneri, audire audiri.* Ea vero quae tertiae sunt correptae, si quidem consonantem habuerint *O* ultimum praecedentem, ipsum *O* in *I* convertunt, ut *lego legi, dico dici;* si vero vocalem, quando *I* fuerit, *O* novissima subtrahetur, ut *rapio rapi, capio capi;* quando *U*, *O* finalis in *I* transfertur, ut *arguo argui, acuo acui.*

9 (33.) De praeterito infinito passivo.

Omne praeteritum infinitum passivum per societatem participii adiuncto *esse* vel *fuisse* verbo profertur, *amatum esse* (*fuisse*); *monitum ...; auditum ...; lectum esse* (*fuisse*).

10 (34.) De futuro infinito passivo.

Omne futurum infinitum passivum per eandem participii sive gerundi societatem adiecto *iri* pronuntiatur, *amatum iri, monitum iri, auditum iri, lectum iri.*

11 *Amari moneri audiri legi; amatum esse* (*fuisse*) etc.; *amatum iri ... lectum iri.*

[164] Latini peculiarius infinitis in *I* exeuntibus addunt *ER* syllabam, ut *I*, quod longum fuerat, breve efficiant, ut *accingier esse.*

4. *in .E.* V. — *in X Annalium*] „Frustra haec in collectionibus, etiam novissima, fragmentorum Ennii quaesivimus.“ Endl. — *superius*] Cf. c. 3, § 4. — *omem* V. 8. *quae tertia* V. 11. *accingier esse*] Videntur confusi esse duo loci Virgiliani. Namque legitur Aen.

3. *Alia* etc.] „Cf. de his Apollonium l. c. [*περὶ συντάξεως* p. 226 Bekk.].“ Endl.

4. *iam superius dicta est*] „Videtur auctor ea respicere quae supra § 19. de formatione imperativi docuerat. Ex illa regula inversa sequitur regula mox adferenda de formatione infiniti.“ Endl.

6. *gerundi*] „De hac forma cf. Lindem. ad Pomp. p. 265 et 275.“ Endl.

Nonnumquam infinito pro indicativo utuntur; Sallustius: *Qui* 12
ubi primum adolevit, pollens viribus, decora facie, non se luxui neque inertiae corrumpendum dedit, sed, uti mos gentis illius, equitare, iaculari, cursu cum aequalibus certare. Aliquotiens pro 13
coniunctivo ponunt. Cicero pro Sextio: *Reipublicae dignitas me ad se rapit, et haec minora relinquere hortatur,* pro *hortatur ut relinquam;* Vergilius: *Hortor amare focos,* pro *hortor ut ament.* Ponunt et pro gerundi modo; Cicero pro Quintio: 14
Consilium cepisse hominis fortunas funditus evertere, pro *evertendi;* Vergilius: *Sed, si tantus amor casus cognoscere nostros,* pro *cognoscendi;* Terentius in Hecyra: *adeamus visere,* pro *visitatum;* et: *Cantare pares et respondere parati,* pro *ad cantandum et respondendum.* Ponunt et pro participio: Varro 15
in Scaevolam: *Et ut matrem audivi dicere;* Vergilius: *Equidem Teucrum memini Sidona venire;* Cicero: *Charidemum eum testimonium dicere audistis,* pro *dicentem* et *venientem.*

VII. (35.) De inpersonalibus.

Inpersonalia, ut iam superius diximus, non modus habendus est, 1
sed peculiaris apud Latinos verborum geminata declinatio. Nam una est cum numeris et personis, haec altera sine numeris et personis per universos modos per quos illa decurrens, et hoc distat ab infinito, quod in illo quidem necesse est modis omnibus extrinsecus adsumi personas et numeros, prout usus exegerit: *scribere oportet me te illum, nos vos illos;* in inpersonali vero nullus huiusmodi ex adiectione sumitur intellectus. Nam qui dicit *legitur curritur agitur* inpersonaliter, non id dicit, 2
quid *ille* aut *illa* aut *illud*, sed rem tantum exprimere contentus praetermisit personas apud quas officium est lectionis aut cursus aut actio- [165]
nis; Terentius: *Quid agitur? Statur;* Vergilius: *Itur in antiquam sylvam; Ventum erat ad limen:* qui vero non inpersonaliter dicit, necesse est addat ipsam personam aut rem in qua est ipsum officium: *legitur Vergilius, legitur Sappho, legitur carmen Horatii.* Sunt tamen inpersona- 3
lia Graecis Latinisque communia; sunt tantum Latinitati concessa. Nam *decet me te illum, nos vos illos,* tam Graecis convenit quam Latinis, quod tunc inpersonale habetur, cum casus illi non additur, ut puta *decet legere, decet philosophari, decet artibus bonis vitam ornare.* Nam si casum acceperit, necesse est inerit illi persona, 4

VII, 640. *adcingitur ense,* et IV, 493. *adcingier artis.* 12. *pro indicativo* etc.] Cf. de diff. c. 19, § 29 sqq. — *Sallustius*] Iug. c. 6, § 1. 13. *pro Sextio*] c. 3, § 7. Vid. de diff. l. c. § 30. — *reipuplicae dignitatis* V. — *Vergilius*] Aen. III, 134. 14. *pro Quintio*] c. 16, § 53., „ubi legitur *hominis propinqui.*“ Endl. — *concilium coepisse* V. — *Vergilius*] Aen. II, 10. — *Terentius*] Hecyr. I, 2, 114. Vid. de diff. l. c. § 31. — *Cantare*] Virg. Ecl. VII, 5. 15. *Vergilius*] Aen. I, 619. — *Cicero*] in Verr. Act. II, lib. I, c. 20, § 52. Vid. de diff. l. c. § 32. — *testimonio* (V ö corr.) s.

VII. *De inpersonalibus*] Cf. de diff. c. 20. 1. *superius*] Cf. c. 1, § 3. — *nomero* V. — *in inpersonali* scripsi e coni. Endlicheri. *in* om. Vε. 2. *non indicit* V a p. m. — *Terentius*] Eunuch. II, 2, 40. — *Vergilius*] Aen. VI, 179. et VI, 45. 3. *Sunt* etc.] Cf. de diff. l. c. § 1. — *tamen* „melius abesset, ut etiam abest a Macrobii loco plane gemello.“ Endl. — *oratii* V. — *ut putat* V.

13. *pro coniunctivo*] Vid. not. ad de diff. c. 19, § 30.
15. *in Scaevolam*] Immo: *in Scaevola,* logistoricorum libro. Vid. not. ad de diff. l. c.

et inpersonale esse iam desinit, ut puta *deceo magister discipulum, deces*
magister discipulum; transitque etiam in numerum pluralem, ut *decemus*
5 *iudicia magistratus, decent domum columnae.* Item etiam Graeci: *πρέ-*
πει μοὶ σοὶ ἐκείνῳ, ἡμῖν ὑμῖν ἐκείνοις, ἀναγινώσκειν γεωργεῖν φιλο-
σοφεῖν, καὶ πρέπω ἐγώ, πρέπεις σύ, πρέπει ἐκεῖνος ἄρχων τῇ πόλει, καὶ
6 *πληθυντικῶς πρέπομεν πρέπετε πρέπουσιν ἄρχοντες τῇ πόλει.* Tale
est et *placet*, quia et per omnes personas declinari potest, ut *placeo*
places placet, placemus placetis placent, et inpersonale accipi potest, item,
ut superius, casu addito vel detracto; nam *placeo amator amicae, places*
placet, et *placemus placetis placent amatores amicae* verbi est legitima
7 declinatio; *placet* vere *scribere legere militare* inpersonalia sunt. Sic
et apud Graecos: *ἀρέσκω ἀρέσκεις ἀρέσκει ἄρχων, καὶ πληθυντικῶς ἀρέ-*
σκομεν ἀρέσκετε ἀρέσκουσιν ἄρχοντες, αὕτη μὲν συνήθης τοῦ ῥήματος κλί-
σις· ἀρέσκει δὲ ἀναγινώσκειν στρατεύεσθαι φιλοσοφεῖν ἀπροσώπως κλί-
8 *νεται.* *Contingit* quoque potest et ex integra declinatione venisse:
Scilicet ut Turno contingat regia coniunx; potest et inpersonale esse: si
enim dixeris *contingo contingis contingit iudex civitati*, ac pluraliter *con-*
tingimus contingitis contingunt iudices civitati, plena declinatio verbi; si
vero *contingit interfuisse spectaculis, supervenire coeuntibus*, nulla hic in-
[166]tellegentia certae personae, nec enim ad tertiam personam, quod pri-
ma facie occurrit, dirigitur, sed res ipsa tantum ostenditur accidisse.
9 Similiter et Graeci: *ἐπιτέτευγμαι ἐπιτέτευξαι ἐπιτέτευκται ἄρχων τῇ πόλει,*
καὶ πληθυντικῶς ἐπιτετεύγμεθα ἐπιτέτευχθε ἐπιτετευγμένοι εἰσὶν ἄρχοντες
τῇ πόλει, κατὰ τὴν ἐντελῆ λέγεται κλίσιν, συνέβη δὲ συμπαρεῖναι τῇ θέᾳ,
ἐπιστῆναι δειπνοῦσιν, ἢ πάλιν συνέβη ταραχὴν γεγενῆσθαι, πόλεμον ἐγη-
γέρθαι, οὐδεμία προσώπων ἢ ἀριθμῶν ἔμφασις ὡρισμένων, οὐ γὰρ εἰς τρί-
τον πρόσωπον ἅπερ ἄν τινι τῇ πρώτῃ ἀπαντήσειεν ἀκοῇ ἀναφέρεται, ὡς
ἔφη, Πῇ ἔβη Ἀνδρομάχη, ἀλλὰ τὸ μόνον ἀποβεβηκέναι τὸ πρᾶγμα δείκνυται.
10 Huic simile est *iuvat;* nam si dixero *iuvo iuvas iuvat aliquem sumptibus*,
integra et solita declinatio verbi; si vero *iuvat spectare, iuvat ludere,*
iuvat amare, nulla hic significatio numeri vel personae; ut Vergilius:
Iuvat evasisse tot urbes Argolicas, mediosque fugam tenuisse per hostes,
11 et alibi: *Forsan et haec meminisse iuvabit.* Idem etiam Graeci custo-
diunt; nam *ἥδομαι ἥδῃ ἥδεται ἡ κατὰ προσώπων καὶ συνήθης κλίσις· ἥδει*
12 *δὲ ἄρχειν φιλοσοφεῖν γεωργεῖν ἡ ἀπρόσωπος ἔμφασις.* *Poenitet* quoque

5. *ΠΡΕΠΙΘ* V. — *ΕΚΕΙΝΟ ΕΜΙΝ* V. — *ΓΕΟΡΓΕΙΝ* V. — *ΠΡΕΠΙ COY* V. — *ΠΛΗΘΥΝΤΙΚΟC* V. 7. *ΠΛΗΘΥΝΤΙΚΟC* V. — *ΑΡΚΟΝΤΕC* V. — *ΜΗ* V. — *ΡΕΜΑΤΟC ΚΑCΙC* V. — *ΑΝΑΓΕΙΝΩCΚΕΙΝ CΤΡΑΤΕΥΕCΤΑΙ* V. — *ΑΠΡΟCΟΠΟC ΚΗΝΕΤΑΙ* V. 8. *Contigit* V. 9. *ΕΠΙΤΕΤΕΕΥΚΤΑΙ ΑΡΚΩΝ ΤΕ* V. — *ΕΠΙΤΕΤΕΙΓΜΕΘΑ ΕΠΙΤΕΤΕΥΧΘΑΙ* V. — *ΑΡΚΟΝΤΕC* V. — *ΕΝΤΕΛΕ ΛΕΓΕΓΑΙ ΚΑΙCΙΝ* V. — *ΤΗ ΘΑ ΕΠΙCΤΕΝΑΙ* V. — *ΓΕΓΕΝΕCΘΑΙ* V. — *ΩΡΙCΜΕΝΟΝ* V. — *ΠΡΩΤΝ* V. — *ΑΝΑΦΕΤΑΙ* V. — *Πῇ*] Hom. Il. ζ, 377. — *ΑΛΛΑΙ* V. — *ΔΙΚΝΥΤΑΙ* V. 10. *solita* scripsi e coni. Endlicheri propter id quod sequitur § 11. *ἡ συνήθης κλίσις.* *solida* Vs. — *Vergilius*] Aen. III, 282. et I, 203. 11. *ΗΔΟΜΑΙ ΗΔΗ ΗΔΕΤΑΙ* V. *δέομαι, δέῃ, δέεται* s. — *ΠΡΟCΟΠΟΝ* V. — *ΚΑΙCΙC* V. — *ἔδει* sV. Vid. not. — *ΑΡΧΙΝ* V. 12. *Poenitet*] Cf. de diff. l. c. § 2. —

VII, 11. *ἥδει*] respondet antecedenti *iuvat*. Cf. Steph. Thes. Gr. L. s. h. v., ubi affertur Museu. ap. Stob. Flor. 18, 38, p. 370. *Ἡ τροφὴ .. ἥδει τὸν ἄνθρωπον*, et Clem. Alex. p. 85. *Ἥδει καὶ γαργαλίζει ἡ συνήθεια.* Quod in codice legitur, *ΕΔΕΙ*, id natum est *Ε*, ut saepe,

hoc est quod apud illos *μεταμέλει, καὶ τῶν πρότερόν μοι μεταμέλει μηνυμάτων*: *oportet* etiam idem est quod a Graecis *χρὴ* sive *δεῖ* inpersonaliter dicitur, *oportet quaerere, oportet habere, oportet parta servare, χρὴ πορίζεσθαι, χρὴ ἔχειν, χρὴ τὰ πορισθέντα φυλάττειν.* Illa iam propria La- 13
tinorum: *taedet piget pudet licet miseret, taedebat pigebat pudebat licebat miserebat, taesum est (fuit) puduit piguit licuit* vel *licitum est (fuit) misertum est (fuit), taesum erat (fuerat) puduerat piguerat licuerat licitum erat (fuerat) misertum erat (fuerat), taedebit pigebit pudebit licebit miserebit;* sic et *veritum est* inpersonaliter figuravit Tullius in secundo de finibus bonorum et malorum. *Primum*, inquit, *Aristippi Cyrenaicorumque omnium, quos non est veritum in ea voluptate quae maxima dulcedine sensum moveret summum bonum ponere.* Illa tamen omnino propria Latino- 14
rum quae in *TUR* exeunt et per singula tempora in omnibus modis[167]
ex tertia veniunt persona declinationis passivae: *Romae bene docetur, bene spectatur in circo, fortiter dimicatur in ludo.* Hoc amplius species 15
ista procedit, ut etiam ex neutris in *TUR* inpersonalia figurentur, *curritur statur sedetur discumbitur prandetur itur caletur.* Plautus in Captivis: *quasi, cum caletur, cocliae in occulto latent; egetur* idem in Pseudolo: *egetur atque amatur ampliter.* Cum igitur per tempora currant et mo- 16
dos, sine personis tamen et numero declinantur: *curritur currebatur cursum est (fuit) cursum erat (fuerat) curretur.* Hanc inpersonalium speciem Graecus sermo penitus ignorat. Hoc quoque Latinitatis est 17
proprium, quod quaedam, cum ex activa declinatione personalia sint, in persona patientis fiunt inpersonalia. Nam *maledico tibi, invideo tibi, noceo tibi* sine dubio activae significationis sunt, in persona vero patientis non recte dicitur *maledicor a te, invideor a te, noceor a te;* sed *maledicitur mihi a te, nocetur mihi a te, invidetur mihi a te,* quae forma inpersonalis est.

(37.) Declinatio inpersonalium. 18

Quae in *TUR* exeunt per singulas coniugationes ad similitudinem[168]
passivorum ex tertia persona singulari figurantur, curruntque per omnes modos, temporaque unumquisque eorum recepit.

Modo indicativo: *amatur amabatur amatum est (fuit) amatum erat* 19
(fuerat) amabitur; docetur etc.; *auditur* etc.; *legitur ... legetur.*

Modo imperativo: *Ametur ametur; doceatur doceatur; audiatur audia-* 20
tur; legatur legatur.

Modo optativo: *Utinam amaretur amatum esset (fuisset) ametur; uti-* 21
nam doceretur etc.; *utinam audiretur* etc.; *utinam legeretur ... legatur.* [169]

ΠΡΟΤΕΡΟΝ V. *πρωτέρων* s. — *pera* (corr. in *porta*) V. — *ΦΥΛΑΤΤΙΝ* V. 13. *mertum erat* V. — *de finibus b. et m.* V. Cf. II, 13, 39. 14. *per tempora*] (vid. § 16.) cf. de diff. l. c. 15. *in Captivis*] I, 1, 12. — *in occulto* (ut infra *atque*, et § 16. *igitur per tempora currunt* et *personis tamen*) paene evanuerunt in Ms. — *in Pseudolo*] I, 3, 39 (53 W.), ubi legitur *Amatur atque egetur acriter.* 17. *quae forma inpersonalis est*] Post haec verba legitur in Vs *De usurpativa. Hanc quidam .. lectum lectu*, quae transtuli in c. VIII, § 17–22., ubi vid. not.

scripto pro *H.* Non recte, id quod docet ipsum tempus imperfectum, Endlicherus recepit *ἔδει*, et antecedentia mutavit, ut cum eo aliquatenus congruerent.

16. *Graecus sermo penitus ignorat*] Hoc verum non esse, nisi referatur ad sola verba neutra (cf. § 15.), apparet et ex inpersonali usu verbi *λέγεται*, et ex accusativo absoluto participiorum perfecti passivi. Cf. de diff. c. 20, § 3.

22 Modo coniunctivo: *Cum ametur amaretur amatum esset (fuisset) amatum erit (fuerit); cum doceatur doceretur doctum esset (fuisset) doctum erit (fuerit); cum audiatur* etc.; *cum legatur ... lectum erit (fuerit).*

23 'Modo infinito eadem erunt impersonalia per omnes coniugationes, quae infinita passiva; sed haec erit discretio. Si dixero *legi Ciceronem, legi Salustium*, infiniti est; si vero *legi* tantummodo, impersonale est: non enim *hunc* aut *illum* intellegitur, sed ipsa qualiscumque lectio demonstratur. — *Amari amatum esse (fuisse) amatum iri; moneri* etc.; *audiri* etc.; *legi ... lectum iri.*

24 (37.) Quae in *ET* exeunt, quoniam ex se nonnumquam oriuntur, non referentur ad coniugationes, ut est *taedet pudet piget poenitet miseret oportet*, nisi quod potest similitudo quaedam in his esse coniugationis secundae, quantum ad tertiam personam attinet singularem.

25 Modo indicativo: *Poenitet poenitebat poenituit poenituerat poenitebit; pudet pudebat puduit* et *puditum est (fuit) puduerat* et *puditum erat (fuerat) pudebit; piget pigebat piguit* et *pigitum est (fuit)* etc.; *licet licebat licuit* et *licitum est (fuit) ... licebit.*

26 Modo imperativo: *Poeniteat poeniteat; pudeat pudeat; pigeat pigeat; liceat liceat.*

27 Modo optativo: *Utinam poeniteret poenituisset poeniteat; utinam pu-*[170]*deret puduisset puditum esset (fuisset) pudeat; utinam pigeret piguisset pigitum esset (fuisset) pigeat; utinam liceret licuisset licitum esset (fuisset) liceat.*

28 Modo coniunctivo: *Cum poeniteat poeniteret poenituerit poenituisset poenituerit; cum pudeat puderet puduerit puditum sit (fuerit)* etc.; *cum pigeat pigeret piguerit pigitum sit (fuerit)* etc.; *cum liceat liceret licuerit licitum sit (fuerit) licuerit licitum fuerit.*

29 Modo infinito: *Poenitere poenituisse, pudere puduisse puditum esse (fuisse) puditum iri; pigere piguisse pigitum esse (fuisse) pigitum iri; licere licuisse licitum esse (fuisse) licitum iri.*

30 Eodem modo etiam *miseret oportet decet taedet. Miseret miserebat misertum est (fuit) misertum erat (fuerat) miserebit; oportet oportebat oportuit oportuerat oportebit; decet decebat decuit decuerat decebit; taedet taedebat taesum est (fuit) taesum erat (fuerat) taedebit.* — Ad similitudinem superiorum et reliqua declinabuntur per omnes modos et tempora.

VIII. (38.) De formis verborum.

1 Formae verborum sive species sunt IV, quibus ex rebus quas significant indita vocabula sunt. Nam prima dicitur meditativa, quae significat meditationem eius rei quae imminet et cuius speratur effectus, ut *parturio* quod est parire meditor, *esuris* esse meditor; sic *amaturio lecturio* et similia: secunda *inchoativa*, [171]quae aliquid fieri iam coepisse testatur, ut *pallescit* cui necdum totus diffusus est pallor, et *calescit* qui incipientem sentit

22. *fuisse* (bis) V. 23. *coniugationis* V. 27. *poenituisse* V. — *puduisse puditum esse fuisse* (sic etiam in seqq.) V. 30. *miserebit misertum erat fuerat miserebit* V. — *oportebit oportuerat oportebit* V. — *decuerat* et *taesum erat fuerat* repetuntur in Mo.

VIII. *De formis verborum.*] Cf. de diff. c. 21. 1. *palescet*

VIII, 1. *parire meditor*] „Ita cod. Sic quoque Plautus in Vindularia teste Philargyrio ad Virg. Ecl. II, 63. *Nam audivi feminam ego leonem semel parire.*" Endl.

calorem: *tertia perfecta*, quae consummationem rei de qua loquitur ostendit et peractum officium actionis nec adhuc cogitari vel coeptis haerere: quarta *frequentativa*, quod uno verbo frequentationes administrationis ostendit, quae etiam *iterativa* vocitatur, quod iterati ac saepissime repetiti obsequii designat effectum, ut est *lecto lectito*. Ideo autem hoc ordine digestae sunt, quia primum est, ut de 2
aliqua re capiamus consilium: secundum, ut firmato consilio incipiamus id quod placuit: tertium, ut coepta perficiamus: quartum, ut iam perfecta repetamus. Nunc de unaquaque earum tractatus proprius proponatur.

(39.) De meditativa. 3

Haec forma tota coniugationis est tertiae productae, cuius similis apud Graecos quoque species invenitur. Inde sunt enim illa *μαθητιῶ δαιμονιῶ βινητιῶ οὐρητιῶ*: his enim verbis temptamentum quoddam rei et meditatio, non ipse effectus exprimitur; quibus similia illa etiam videntur: *ὀιγείω ὀκνείω γαμησείω πολεμησείω βρωσείω ὀψείω*.

(40.) De inchoativa. 4

Haec forma semper tertiae correptae est in omnibus verbis, a quibuscumque veniat, adeo ut, etsi a verbo primae declinationis derivetur, ad correptam tamen tertiam transeat; ab eo quod est *hio hias hiasco* et per conlisionem seu contractionem *hisco*; et semper sub activa tantum declinatione profertur, etiam si veniat ex principali quod sit simile passivo, ut a *misereor miseresco* et a *labor labasco*. *Miserescimus ultro*, et: *Labascet victus uno verbo quam cito*. Contra saepe trahitur ex verbo ac- 5
tivo et significat passionem, quamvis activa declinatione flectatur, ut *lentesco*. *Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo*. Sunt quaedam 6
inchoativa et sine substantia principalis. Vergilius: *Et tenebris nigrescunt omnia circum*, cum non dicatur *nigro*; et Lucretius: *grandescere*[172] *adauctu*, nec tamen dicitur *grandeo*. Sunt quae habent principalis sui 7
personam tertiam, cum prima non exstet; *hebesco* a verbo est *hebet*, *hebeo* autem Latinum non est; *lentesco* a verbo *lentet*, Lucilius: *Len-*

corr. in *et palescit* V. — *caliscit* V. — *consumationem* V. — *designit* V. 3. *De meditativa*] Cf. l. c. § 2. — *ΟΚΝΙΩ* V. — *ΟΨΙΩ* V. 4. *De inchoativa*] Cf. l. c. § 4. — *hiasco* „τὸ *a* perperam puncto notatur.“ Endl. — *miserisco* et infra *miseriscimus* V. — *labor* scripsi e coni. *labo* Vε. — *lavasco* V. — *Miserescimus*] Virg. Aen. II, 145. — *Labascet*] Terent. Eunuch. I, 2, 98., ubi legitur *Labascit*. — *verbo q. c.* V. 5. *flectatur* corr. in *flectetur* V. — *Sed*] Virg. Georg. II, 250. — *lentiscit* V. 6. *Vergilius*] Aen. XI, 824. — *ingrescunt* (corr. in *nigr.*) V. — *dicitur ε* (V non satis perspicue). — *Lucretius*] II, 1121. — *bauctu* V „mendo tribus punctis vocabulo impositis indicato.“ Endl. 7. *lentis a verbo* V. —

Tertia perfecta etc.] Haec forma neque de diff. c. 21. invenitur (nisi forte huc trahis § 5. verba: *nemo tamen perfectum et non inchoativum esse dubitavit*, in quibus infra § 11. legitur *perfectivum*), neque infra, sicut de ceteris, de ea disputatur. Vid. not. ad § 17.

3. *βινητιῶ*] „Apud Macrobium legitur *κινητιῶ*, quod idem significat, et habetur apud Platonem comicum Athenaei p. 442 Casaub.“ Endl. — Vid. not. ad de diff. c. 21, § 2.

4. *labor*] Sic scripsi propter antecedentia: *etiam si veniat ex principali quod sit simile passivo*. Cf. tamen c. 9, § 9.

5. *ut lentesco*] Hoc verbum ad hunc locum accommodatum non est, nisi derivatur a *leniendo*; sed cf. § 7.

tet opus, sed *lenteo* sine usu est; *aegrescit* a verbo *aegret*, Lucretius: *Saepe itaque in promptu corpus quod cernimus aegret*, *aegreo* tamen
8 dictum non est. Haec forma semper in *SCO* desinit, non tamen quidquid exit in *SCO* inchoativum est. Nam quae non sunt a verbis aliis derivata, licet in *SCO* terminentur, inchoativa non sunt, ut
9 *disco cresco senesco*. Perfectum tempus huic formae evenire non potuit, quid enim simul et adhuc incipere et iam praeterisse dicatur? Participium quoque futuri temporis abnegabit. Quid enim adhuc speratur, cum coeperit, aut quod iam extat venturum esse promittitur?
10 Semper etiam neutri est generis. His igitur quinque inchoativum quodque agnoscitur: si *SCO* syllaba finiatur, neutrale sit, coniugationis tertiae correptae, careat praeterito perfecto, non habeat participium futu-
11 rum. Hanc quoque formam sunt qui Graecis familiarem existiment, adserentes hoc esse *μελαίνομαι καὶ θερμαίνομαι* quod est *nigresco* et *calesco*; sed apud illos quoque aliqua huius significationis in *ΣΚΩ* exire contendunt, ut *τελίσκω γαμίσκω τιτρώσκω γηράσκω*. *Διδάσκω* autem, licet eiusdem finis sit, nemo tamen perfectivum, non inchoativum, esse dubitavit.

12 (41.) De frequentativa.

Huius formae verba nonnumquam uno gradu, nonnumquam duobus derivantur, ut *scribo scripto scriptito*, *cano canto cantito*, *salio salto saltito*; nec tamen est in posterioribus maior quam in prioribus frequentationis expressio, sicut nec in diminutivis secundus gradus minus priore significat, *anus*
13 *anilla anicula*. Sunt tamen quaedam eius verba quae in *SO* exeunt, ut *video viso*, *pello pulso*, cum plerumque in *TO* soleant exire: sed ea quidem quae in *TO* exeunt semper coniugationis sunt primae, ea vero quae in *SO* nonnumquam et tertiae reperiuntur, ut *viso visis*, *pulso*
14 *pulsas*. Sunt in ea nonnulla sine substantia principalis, ut
[173] *cyathissare crotalissare*: sunt in ea verba explicantia magis moram quam iterationem, ut: *Clipeoque sinistram Insertabam aptans*, et: *Hastamque receptat Ossibus haerentem*. Hic enim molitio quaedam inserendi et recipiendi difficultas sub specie fre-
15 quentationis exprimitur. Quaeritur in ea, certa verba ex quibus principalibus substantiam sumpserint, ut *sternuto*, quod a *sternuo* ve-

Lentet] „Lucil. Satir. VIII. ap. Prisc. VIII, 6, 30. [p. 800 P.] fragm. ed. Dousa p. 43.“ Endl. — *Lucretius*] III, 107., ubi legitur *utique* et *quod cernitur aegrit*. — *cernemus* V. 9. *abnecabit* V. 11. *ΘΕΡΜΕΝΟΜΑΙ quod est in greco* V. — *ΣΚΩ* scripsi monente Endlichero. *SCO* Vε. — *γεράσκω* Vε. Cf. c. 10, § 4. et de diff. l. c. — *dubitabit* ε. 12. *De frequentativa*] Cf. de diff. c. 21, § 6. — *nec non* Vε. Vid. not. 13. *quaedam eiusmodi verba* ε. Vid. not. 14. et *cyathissare* (tribus punctis impositis) V. — *Clipeoque*] Virg. Aen. II, 671 seq. — *Hastamque*] Virg. Aen. X, 383. — *receperat* V. — *insecandi* corr. in *inserendi* V.

9. *abnegabit*] sc. haec forma, i. e. a se formare non sinet. Cf. c. 10, § 9.

12. *nec tamen*] Sic scripsi, ut de diff. c. 21, § 6., quia duplex negatio *nec non* ferri non potest. Sed cum paulo infra sequatur *Sunt tamen*, dubito an non scribendum sit *nec vero*. Certe *võ* facile mutari poterat in *nõ*.

13. *quaedam eius verba*] i. e. eius formae, ut § 14. bis legitur: *Sunt in ea*. Non est ergo quod cum Endlichero scribamus *eiusmodi*.

15. *Quaeritur*] Sic scripsi, ut infra § 16., et c. 1, §§ 8 et 22., c.

nit. Propertius: *Candidus Augustae sternuit omen amor* Pulto
sunt qui accipiant pro eo quod est *pulso*, et ἀττικισμὸν quen-
dam Latinitatis existiment, ut apud illos θάλασσα θάλαττα,
πλάσσω πλάττω: sed *pultare* est *saepe pulsare*, sicut *tractare*
saepe trahere, et *habitare saepe habere*. Coelius in primo: *Illis faci-*
lius est bellum tractare, hoc est diu trahere; Ennius: *Tractatus per*
aequora campi. *Eructo* etiam a quo principali veniat, quaeritur, et est 16
a verbo *erugit*. Ennius: *Contempsit fontes quibus exerugit aquae vis*.
Grassatur iteratio est a *graditur*. Plautus in Rudente: *Sicine hic*
in umida veste grassabimur; Sallustius: *Cum inferior omni vita*
grassaretur. Hanc formam in Graecis nullus potuit invenire.

(36.) De usurpativa. 17

Hanc quidam gerundi modi et participialem vocant,[167]
quia verba eius paene omnia similia participiis sunt et sola
significatione distantia. Nam *salutandi* et *salutando* et *salutandum*
ac *salutatum* cum per se dicuntur, participia videntur casibus decli-
nanda; cum vero per hanc formam proferuntur, duce sensu aliud esse
deprehenduntur. Nam *vado salutatum* hoc est dicere *vado salu-* 18
tare, aut *ut salutem*. Vergilius: *Venatum Aeneas unaque miserrima*
Dido In nemus ire parant, id est *venari* aut *ut venentur*. Denique figura-
tur etiam ex his verbis quae passivam declinationem non habent, ut
natatum eo, *ambulatum eo*, cum nec *nator* nec *ambulor* dici possit. Item 19

15. *Quaeritur* scripsi e coni. Vid. not. *Quaeruntur* Vε. — *Propertius*] II, 3, 24. Cf. de diff. l. c. § 7. — *Coelius in primo*] „sc. historiarum. Novus locus Coelii fragmentis accensendus.“ Endl. 16. *Ennius*] II, 31. et XVIII, 2. ed. Lips. „Locus iste Ennii ex ipso hoc codice a Columna prolatus.“ Endl. — *exerugit* „τὸ *ex* tribus punctis in codice notatur.“ Endl. — *in Rudente*] I, 4, 31. „ubi nunc legitur *cum uvida*.“ Endl. — *Sallustius*] „Hist. incert. 105, p. 251. Gerl.“ Endl. 17. *De usurpativa*] Cf. de diff. c. 21, § 9. Haec (§§ 17–22.) in Vε leguntur inter cap. 7, § 17 et § 18. Vid. not. — *modi*] Cf. de diff. l. c. *modo* Vε. „Fortassis ita interpungendum: *hanc quidam gerundi, modo et participialem vocant*. Cf. Pomp. p. 119 L. not.“ Endl. — *participis* V.
18. *Vergilius*] Aen. IV, 117 seq.

2, § 2., cum constructio verborum: *Quaeruntur .. verba, ex quibus .. sumpserint*, quam forsitan quis dixerit esse Graecam, nimis dura esse mihi videretur.

17. *De usurpativa*] Haec (§§ 17–22.) in cod. et apud Endlicherum inseruntur post c. 7, § 17., ut posita sint inter ea quae inscribuntur *De inpersonalibus*, c. 7, §§ 1–17., et inter ea quae inscribuntur *Declinatio inpersonalium*, ib. §§ 18–30. Quae ita separari non posse liquet. Quam ob rem ea quae de usurpativa forma disputantur in eo loco posui in quo leguntur in libello de diff. et soc. Gr. et Lat. v., i. e. in capite (21) *de formis vel speciebus verborum*. Illuc haec pertinere ipsa inscriptio, *De usurpativa* sc. forma, demonstrat, et prima verba *Hanc quidam*, in quibus quidem ex iis quae in codice antecedunt: *quae forma inpersonalis est*, potest intelligi *forma*, id quod in inscriptione minus fieri potest. Ergo dubium esse non potest, in quo loco haec posuerit Macrobius: neque tamen contenderim ea fortuito venisse in illum locum, ubi in codice leguntur. Namque videmus § 1. auctorem huius excerpti usurpativae verborum formae substituisse aliam, perfectam. Praeterea § 22. singularum coniugationum formae usurpativae enumeratae sunt, id quod in reliquis formis verborum non est factum: sed factum est in modis, ad quos auctor ille haec transferre voluisse videtur. Quod si mutata inscriptione et ita factum esset, ut non separarentur necessario coniugenda, non reprehenderem. Ut nunc est, ordinem a Macrobio institutum restituendum esse putavi.

ad salutandum eo participium esse iam desinit, nisi adieceris vel *hominem* vel *amicum*; hac enim adiectione participium obtinebit, sed tunc cum ex verbo est habente et passivam declinationem, ut *ad videndum*, *ad salutandum*; *ad declamandum* vero cum dico, non possum dicere *illum*, quia
20 *declamor* Latinum non est. Denique cum dicit quis *eo ad salutan-*
[168]*dum* vel *ad audiendum* vel *ad videndum* vel *ad osculandum*, quia potest addi et *illum* et *ab illo*, si nihil addatur, incertum relinquitur, utrum activa an passiva significatione prolatum sit; si vero dixero *ad loquendum*, hoc significo, *ut de aliquo loquar*, non etiam *ut alius de me loquatur*, quia *loquor* deponens est, inde est: *Uritque videndo Femina*, et: *Picis in morem ad digitos lentescit habendo*, et: *Verberando necati*, quia et *videor* et *habeor* et *verberor* non deponentia sed passiva
21 sunt. Item *inter loquendum*, *inter agendum*, vel *de inperando*, *de edendo* verba usurpativa dixerunt, sed et illa: *Nec visu facilis nec dictu effabilis ulli*, verba sunt ad eandem formam pertinentia, quae Latinitati non solum praestant ornatum, sed et illud quoque, ut aliquid habere videatur, quod Graeci iure desiderent, quamvis et ipsi partem eorum aliquam, licet inter adverbia positam, habere tamen existimentur, ut est: *ποιητέον γραπτέον λεκτέον*. Haec enim illis similia
22 sunt: *Aut pacem Troiano a rege petendum*. — Sunt autem universa usurpativa: *Amandi amando amandum amatum amatu*; *monendi* etc.; *audiendi* etc.; *legendi* ... *lectum lectu*.

[173] IX. (43). De generibus verborum.

1 Quae Graeci *διαθέσεις* appellant, Latini genera nominaverunt; *διάθεσις* autem hoc significat apud Graecos, quod apud Latinos adfectus. Nam et qui agit et qui patitur mente adficitur. Sed quoniam in nominibus discretionem sexuum genera distinguunt, cum masculinum a feminino per illa segregetur, ideo discernendorum quoque
2 adfectuum notam genera vocitaverunt. Omne igitur verbum apud Latinos quod sub proportionis observationem cadit aut *O* aut *OR* syllaba terminatur, sicut iam superius dictum est. Si *O* fuerit terminatum, aut activum est aut neutrum; si *OR*, aut passivum dicitur aut deponens aut
3 commune. Activum dicitur quod in *O* desinit et necesse habet aut dativo aut accusativo iungi, potestque *R* littera recepta in passivam transire declinationem, ut *dico tibi*, *caedo te*, *dicor a te*, *caedor a te*:
[174]neutrum dicitur quod, cum in *O* desinit, aliquo ex his deficitur et *R* accipere non potest, ut *volo vivo valeo*: passivum dicitur quod, cum in *R* litteram desinat, amissa ea potest in activum redire et necesse habet ablativo casui sociari, ut *caedor a te*, *caedo*; *dicor a te*, *dico*: et ut facilius explanetur, activum est, ubi altero agente alter patitur, passivumque est, quando altero patiente penes alterum est actus.
4 Nam multa etiam *O* terminata passivae significationis sunt, ut *algeo*

20. *in incertum* Vs. — *Uritque*] Virg. Georg. III, 215 seq. *utrique* V. — *Picis*] Ibid. II, 250. 21. *Nec*] Virg. Aen. III, 621., „ubi vulgo editur *affabilis*. Cum nostro facit Servius.“ Endl. — *ΠΟΙΗΔΙΟΝ* V. — *Aut*] Ibid. XI, 230.

IX. *De generibus verborum*] Cf. de diff. c. 22. 1. *ΔΙΑΘΕCIC appellant* V. — *distingunt* V. 2. *terminantur* V. — *supe-*

IX, 2. *proportionis*] „i. e. analogiae.“ Endl. — Vid. not. ad c. 2, § 1.

esurio, sed quoniam minime altero patiente penes alterum est actus, ideo
nec passiva dicuntur: rursusque plura sunt in *O* exeuntia quibus a-
ctus aliquis inest, ut *nato ambulo curro;* sed quoniam minime altero fa-
ciente alter patitur, non activa sed neutra et absoluta dicuntur; deni-
que nec dativo aut accusativo vel ablativo sociari possunt; nam nec
nato tibi aut *te*, aut *curro tibi* aut *curro te*, nec *esurio a te*, aut *algeo a*
te, vel *vapulo a te* dicimus, quod non est Latinum, sed *vapulo te cae-*
dente. Deponens dicitur quod in *OR* quidem desinit sed amissa *R* lit- 5
tera Latinum esse minime potest, habetque interdum aliquam actionem,
quamvis passiva sit declinatio, ut *sequor luctor loquor intueor demolior*,
et itidem passionem tantummodo, uti *nascor patior;* sed non est passi-
vum, quoniam neque in activum redit ablata *R* littera, neque patiente
altero alterius est administratio. Commune dicitur quod in *OR* quidem 6
desinit, ut deponens, nec *R* littera carere potest, sed utramque recepit
significationem, tam agentis quam patientis: denique etiam his casibus
iungitur quibus activum et passivum, ut *criminor te, criminor a te; oscu-*
lor te, osculor a te. Et haec discretio est inter deponens atque com- 7
mune, quod deponens quidem alterutram, commune vero utramque signi-
ficationem recepit; ideo etiam quatuor temporum participia creat, bina
ex utraque producens, deponens vero tria tantummodo; nam caret par-
ticipio futuri temporis a significatione passiva, ideoque etiam deponens
appellari nonnulli crediderunt, vel quod unum ex participiis, vel quod
alteram ex significationibus deponat. Multa his similia apud Graecos 8
etiam reperiuntur; ac primo neutris, ut sunt illa: *ζῶ πλουτῶ ὑπάρ-*
χω ἑορτάζω τρέχω ἀριστῶ πὲριπατῶ νοσῶ ὀφθαλμιῶ; dein depo-
nentibus, ut sunt illa: *κήδομαί σου, φείδομαί σου, ἐπιμέλομαί*
σου, ἱππάζομαί σοι, μάχομαί σοι, διαλέγομαί σοι, εὔχομαί σοι,
ἄγαμαί σε, περιβλέπομαί σε; nec communibus desunt quae confe- [175]
rantur, ut sunt illa: *βιάζομαί σε καὶ βιάζομαι ὑπὸ σοῦ, ἀνδραπο-*
δίζομαί σε καὶ ἀνδραποδίζομαι ὑπὸ σοῦ, quae etiam *μέσα* vocare
consuerunt.

Hoc etiam in verborum generibus adnotandum, quod quaedam 9
verba modo quasi neutra modo quasi deponentia proferuntur, ut
lavo lavor sub una eademque significatione dicuntur *ἐπὶ τοῦ λούομαι,*
δια τοῦ μικροῦ βῆτα, lavo lavas, lavor lavaris, unde fiunt perfecta *ἀπὸ*

rius] c. 2, § 1. 6. *recipit* s. Vid. not. — *hisdem casibus* coniec. Endlicherus. 7. *utrumque* V. — *recipit* s. Vid. not. ad § 6. 8. *primum* corr. in *primo* V. — *ΠΕΡΙΝΑΤΩ* V. — *ἱππάζομαί σοι* „Ita scribendum pro eo quod Cod. habet *ΥΠΠΑΖΟΜΑΙ COY*. De structura huius verbi cum dativo cfr. Apollonium Alex. *περὶ συντάξεως* p. 296 s. Bekk.“ Endl. — *COY* etiam infra bis legitur pro *COI*. — *nec* scripsi e coni. *sed* Vs. Endl. coniecit legendum esse: *sed communibus quoque non desunt*. — *BIAZOMA* V. — *ΑΝΔ ΠΟΔΙΖΟΜΑΙ* V. — *ΥΠΟ COI* V. 9. *labo labas, labor labaris*, et infra

6. *recepit*] Nolui nec h. l. nec § 7. cum Endlichero perfectum tempus mutare in praesens, cum etiam c. 10, §§ 6. 10. 13. post praesens *deficiunt* (§ 5.) legatur perfectum *defecerunt* et *defecit* eodem sensu.

8. *nec communibus desunt*] Negatio abesse non potest. Igitur aut, ut fecimus, particula *sed*, quae legitur in cod., mutanda est in *nec*, aut scribendum *sed nec*: nam quod coniecit Endlicherus id nimis longe recedit a codicis ms. vestigiis.

9. *διὰ τοῦ μικροῦ βῆτα*] i. e. per literam *υ*.

τοῦ *lavo lavi*, ἀπὸ τοῦ *lavor lavatus sum*, et ex hoc *lautus sum*, et *AU* in *O* converso *lotus sum*; et *labo labor* itidem sub una eademque significatione ἐπὶ τοῦ ὀλισθαίνω. *Labat ariete crebro ianua*, et: *Levi cum sanguine Nisus Labitur infelix*; et *fabrico* et *fabricor* ἐπὶ τοῦ οἰκοδομῶ, et *ructo* et *ructor* τὸ ἐρεύγομαι: quod ipsum etiam ne Graeci quidem ignorant, nam inde sunt illa: βουλεύομαι βουλεύω, πολιτεύομαι πολιτεύω et his similia.

X. (43.) De defectivis.

1 Sunt quaedam in declinatione verborum quae plurimis deficiant more Graecorum, apud quos tribus modis deficiunt, aut per inconvenientiam litterarum aut ubi πεποιημένη λέξις est aut usu et
2 consuetudine desistente. Per litteras non bene sibi cohaerentes, ut νενέμκα: ideo enim intercedente *H* fit νενέμηκα, et non ἐνέμφθην
3 sed ἐνεμήθην, nec νεμφθήσομαι sed νεμηθήσομαι. Per πεποιημένην λέξιν in his quae ad exprimendum alicuius rei sonum conficta sunt, ut λίγξε βιός, σίξε ὀφθαλμός: haec enim ulterius non inflectuntur, sed his tantum vocibus, quae semel dictae sunt, permanent fixa.
4 Per usus raritatem, vel consuetudine desistente, ut illa quae in *NΩ* exeunt, λανθάνω ἁνδάνω μανθάνω, quae non nisi usque ad praeteritum inperfectum apud illos flectuntur; illa etiam, quae in *ΣΚΩ*, ut γηράσκω τελίσκω γαμίσκω τιτρώσκω, et quae in *ΥΩ* exeunt maiora disyllabis, ὀμνύω πηγνύω, et quae in *ΕΙΩ*, ut ῥιγείω ὀκνείω βρωσείω γαμησείω, et quae ex monosyllabis per iota geminantur, ut τρῶ τιτρῶ, χρῶ κιχρῶ, βῶ
5 βιβρῶ. Haec enim omnia usque ad solum παρατατικὸν illorum, nec ultra possunt extendi. Sed apud Latinos omnia usu tantum de-
[176]stituente deficiunt: nam ὀνοματοποιΐαι eorum, ut *stridet* et similia, ad declinationis ulteriora procedunt; pauca vero aut nulla sunt in quibus litterae male sibi cohaerere dicuntur, reliqua omnia vel quia non lecta
6 vel usu respuente vetantur. *Inquam* et *sum* defecerunt: nam sequentes personae minime conveniente primae syllabarum exitu terminantur; alterum enim facit *inquam inquis inquit*, alterum *sum es est*, in quibus ἀναλογία verbis amica non exstat, et illud quidem reliquis omnibus temporibus deficit, *sum* vero in aliud

labo τῷ *b* puncto notato." Endl. — *Labat*] Virg. Aen. II, 492 seq. — *Levi*] Ibid. V, 328 seq. — *ΟΥΚΟΔΟΜΩ* V.
X. *De defectivis*] Cf. de diff. c. 23. 1. *Sunt quaedam verborum quae in declinatione plurimis deficiant* legendum esse non male coni. Endl. 2. ut *NENEMHKA* V. — sed *ENENEMHΘHN* V. — nec *NEMHCOMAI* V. 3. *ad primendum* V. — *dictae sunt* et *fixa* scripsi e coniectura. *dicta est* (i. e. *dictae st*) et *fixae* Vε. „Locus corruptus, fortassis legendum: *Sed in his vocibus ea tantum quae semel dicta sunt, permanent fixa*." Endl. 4. γηράσκω de diff. l. c. Cf. supra c. 8, § 11. γεράσκω ε. *CEPACKΩ* V. — *PAMICKΩ* V. — ut *ΠΙ·ΓΕΙΩ* V. — *ΤΙΓΡΩ* V. — *ΧΙΧΡΩ* V. 6. *conveniente* scripsi e coni. *convenientes* Vε. — *in reliquis* de diff. l. c. § 7. — *in aliud* „puncto supposito τῷ *in*, quo librarius fortassis indicare voluit post *aliud* excidisse *verbum*." Endl.

X, 2. ἐνέμφθην .. νεμφθήσομαι] Vid. not. ad de diff. c. 23, § 8.
6. *reliquis omnibus temporibus deficit*] Praepositionem, quae legitur de diff. c. 23, § 7., non addidi, quia etiam infra § 7. legitur *Ferio tempore perfecto deficit*, quamquam ibid. additur praepositio in verbis *Odi novi memini in omni paene declinatione deficiunt*. Quid intersit, facile patet. Cf. etiam § 10.

transit, ut per tempora declinetur, *eram fui fueram ero*. *Ferio* 7
tempore perfecto deficit et vocem sibi aliunde mutuatur; *percussi* enim
dicimus, non *ferivi*. *Volo* non ita declinatur ut *molo*; *molo* enim *molis*
molit, *volo vis vult*, *malo mavis mavult*. *Fero* nullius coniugationis in
secunda persona regulam servat, *fero fers*. *Odi novi memini* in omni
paene declinatione deficiunt. Alia sunt quae, cum personam primam 8
non habeant, habent ceteras, ut *ovas ovat*; *ovo* enim lectum non
est: item *furis furit*, cum *furio* usus ignoret: *faris fatur*, *roras rorat*,
daris datur; nec *roro* tamen nec *dor* nec *for* admittit auctoritas. *He-*
bet aegret, cum nec *hebeo* nec *aegreo* sit relatum. *Soleo* nescit fu- 9
turum: *verro* perfectum negavit activum. *Genuit* ex quo the-
mate veniat, nullus expressit, licet Varro aliique veterum dixe-
rint *genunt*. Nec mirum: nam et apud Graecos tam praeter-
ita invenies tempora quam futura quae praesentibus ca-
reant, *ἤνεγκα ἔδραμον οἴσω*.

(44.) Declinatio defectivorum. 10

SUM verbum defectivum, quoniam defecit coniugationibus temporibus participiis genere. Coniugationis enim nullius est; tempora aliunde accipit; quid enim *eram* et *fui* ad *sum* attinet? participium praesentis temporis non habet; generis itidem nullius est; gerundia et inpersonalia non habet. Indicativo modo temporis praesentis numeri singularis:[177] *sum es est*, et pluralis: *sumus estis sunt*. Inperfecto: *eram eras* etc. Praeterito perfecto: *fui fuisti* ... *fuerunt* vel *fuere*. Plusquamperfecto: *fueram fueras* ... *fuerant*. — Imperativo modo ad secundam et tertiam personam: *es sit*, *simus este sint*. Futurum: *esto tu*, *esto ille* vel *sit*, *estote sint* vel *sunto*. — Optativo modo temporis praesentis et praeteriti inperfecti: *utinam essem esses* etc. Tempore praeterito perfecto et plusquamperfecto: *utinam fuissem fuisses* etc. Futuro: *utinam sim sis* etc. — Subiunctivo modo tempore praesenti: *cum sim sis* etc. Inperfecto: *cum essem esses* etc. Praeterito perfecto: *cum fuerim fueris* etc. Plusquamperfecto: *cum fuissem fuisses* etc. Futuro: *cum fuero fueris* etc. — Infinito modo temporis praesentis: *esse*, praeterito: *fuisse*, futuro: *futurum ire* vel, ut alii, *fore*. — Participium unum temporis futuri: *futurus futura futurum*.

(45.) Ad similitudinem prioris et quae ex eo conposita sunt decli- 11
nabuntur, ut est *PROSUM prodes prodest* etc. Praeterito inperfecto: *proderam proderas* etc. Praeterito perfecto: *profui profuisti* etc. Plusquamperfecto: *profueram profueras* etc. Futuro: *prodero proderis* ... *proderint*. — Imperativo: *prodes prosit*, *prosimus prodeste prosint*. Futuro tempore: *prodesto tu*, *prodesto ille* vel *prosit*, *prodestote prosint* vel *prosunto*. — Optativo modo praesenti: *utinam prodessem prodesses* etc.[178] Tempore praeterito perfecto et plusquamperfecto: *utinam profuissem*

9. *Varro*] „in Andabata apud Prisc. X, 7, 38. [p. 898 P.], ubi haec leguntur: *Varro in Andabata. Sed quod haec loca aliquid genunt.*" Endl. — *alique veterum dixerit* V. 10. *deficit* ε. Vid. not. ad c. 9, § 6. — *eram* scripsi suadente Endlichero; *et* addidi ipse. *erat* (om. *et*) Vε, i. e. *erā et*.

8. *furio*] immo *furo*. Cf. *furebam*, *furens*.

9. *negavit*] Cf. c. 8, § 9. *abnegabit*.

10. *fuerant*] „Deest declinatio futuri." Endl.

futurum ire] Hanc formam inprobandam esse apparet. Vid. not. ad de diff. c. 19, § 23.

11. *proderint*] „Cf. Sacerdot. lib. I, § 47. et quae ibi notantur." Endl.

profuisses etc. Futuro: *utinam prosim prosis* etc. — Subiunctivo: *cum prosim prosis* etc. Praeterito inperfecto: *cum prodessem prodesses* etc. Praeterito perfecto: *cum profuerim profueris* etc. Praeterito plusquamperfecto: *cum profuissem profuisses* etc. Futuro [modo]: *cum profuero profueris* etc. — Infinito modo: *prodesse profuisse profuturum ire*. — Participium unum: *profuturus, a, um*.

Sic et alia, ut diximus, declinabuntur: *adsum absum desum praesum insum obsum* et reliqua.

12 (46.) *POSSUM* quoque verbum et idem defectivum simile superiori, nisi quod participio deficit non praesentis temporis sed futuri. Indicativo tempore praesenti: *possum potes* etc. *Poteram poteras* etc. *Potui ... potuerunt* vel *potuere*. *Potueram potueras* etc. *Potero poteris ... poterint*. — Imperativo modo ad secundam et tertiam personam tempore praesenti: *potes possit, possimus possitis possint*. Futuro: *potesto tu, potesto ille* vel *possit, potestote possint* vel *possunto*. — Optativo modo: *Uti*-[179]*nam possem* etc. *Utinam potuissem* etc. *Utinam possim* etc. — Subiunctivo modo: *Cum possim* etc. *Cum possem* etc. *Cum potuerim* etc. *Cum potuissem* etc. *Cum potuero ... potuerint*. — Infinito modo numeris et personis, tempore praesenti: *posse*, praeteritum: *potuisse*. Futurum enim caret. — Participium unum ex eo praesentis temporis: *potens*.

13 (47.) *FERO* itidem verbum defectivum, quod et idem deficit aeque generibus et participiis et inpersonalibus. Indicativo modo tempore praesenti: *fero fers* etc. *Ferebam* etc. *Tuli ... tulerunt* vel *tulere*. *Tuleram* etc. Futuro: *feram feres* etc. — Imperativo modo: *fer ferat, feramus ferte ferant*. *Ferto tu, ferto ille* vel *ferat, fertote ferant* vel *ferunto*. — Optativo modo: *utinam ferrem* etc. *Utinam tulissem* etc. Futuro: *utinam feram* etc. — Subiunctivo modo: *cum feram feras* etc. *Cum ferrem* etc. *Cum tulerim* etc. *Cum tulissem* etc. *Cum tulero* etc. — Infinito modo tempore praesenti: *ferre*, praeterito: *tulisse*. Futurum: *latum ire*. — Participium praesentis temporis: *ferens*, futuri: *laturus latura laturum*.

14 Passiva declinatio verbi eiusdem: *Feror ferris* vel *ferre* etc. *Ferebar ferebaris* vel *ferebare* etc. *Latus sum* (*fui*) ... *lati sunt* (*fuerunt* vel *fuere*). *Latus eram* (*fueram*) ... *lati erant* (*fuerant*). *Ferar fereris* vel *ferere* etc. — Imperativo modo: *ferre feratur, feramur feramini ferantur*. *Ferto tu, ferto ille* vel *feratur, feriminor ferantur* vel *feruntor*. Optativo

12. *Cum potero ... poterint* V. — *numeris et personis confusis* et *Futuro* s. Vid. not. 13. *deficit* s. Sed vid. not. ad c. 9, § 6.

futuro modo] „Ita cod. Futurum tempus apud nonnullos artigraphos modum promissivum dici notum est.“ Endl. — At in hoc libello hoc nusquam fit, et agitur de futuro coniunctivi, quam ob rem uncis inclusi *modo*, ut e sequentibus huc translatum.

profuturum ire] Vid. not. ad § 10.

12. *Infinito modo numeris et personis*] Non est quod cum Endlichero addamus *confusis*. Cf. c. 6. et Diomed. lib. I, p. 331 P.: *Infinitivus qui et perpetuus numeris et persois, id eo dictus infinitivus, quod parum definitas habet numeros et personas*.

Futurum enim caret] In his verbis codici quam Endlichero obtemperare malui, intelligens: *hoc modo*. Cf. § 13. *Futurum: latum ire*, et § 14. bis: *Futuri caret* sc. hoc modo verbum, ubi priore loco Endlicherus etiam scripsit *Futuro*.

13. *inpersonalibus*] Videtur intelligi *fertur* numquam usurpari constructione impersonali, quod quidem factum est Comm. I, 13, 16.: quamquam Diomedes l. c. refert infinitivum a nonnullis dictum esse

modo: *utinam ferrer ferreris* vel *ferrere* ... *ferrentur*. *Utinam latus essem* (*fuissem*) *esses* (*fuisses*) etc. *Utinam ferar feraris* vel *ferare* etc. — Subiunctivo modo: *cum ferar feraris* vel *ferare* etc. *Cum ferrer ferreris* vel *ferrere* etc. *Cum latus sim* (*fuerim*) *sis* (*fueris*) etc. *Cum latus essem* (*fuissem*) *esses* (*fuisses*) etc. *Cum latus ero* (*fuero*) ... *erint* (*fuerint*). Infinito modo tempore praesenti: *ferri*, praeterito: *latum esse*, futuro: *latum iri*. — Gerundia: *auferendi auferendo auferendum*, *ablatum ablatu*. — Inpersonalia quoque exinde fient ad formam in *TUR* exeuntium: *Fertur ferebatur latum est* vel *fuit*, *latum erat* (*fuerat*), *feretur*. — Participia: Praeteriti temporis: *latus lata latum*, futuri: *ferendus a um*.

(48.) *VOLO* verbum defectivum coniugationibus generibus parti- 15
cipiis modis inpersonalibus. Indicativo modo: *volo vis* etc. *Volebam*[181] *volebas* etc. *Volui* ... *voluerunt* vel *voluere*. *Volueram volueras* etc. *Volam voles* etc. — Imperativo modo per periphrasin fiet (nam ex se non facit) hoc modo: *fac velis*, *fac velit*, *faciamus velimus*, *faciatis velitis*, *faciant velint*. *Facito velis*, *facito* vel *faciat velit*, *facitote velitis*, *faciant velint*. — Optativo modo: *utinam vellem velles* etc. *Utinam voluissem* etc. *Utinam velim* etc. — Subiunctivo modo: *cum velim velis* etc. *Cum vellem velles* etc. *Cum voluerim volueris* etc. *Cum voluissem voluisses* etc. *Cum voluero volueris* etc. — Infinito modo tempore praesenti: *velle*, praeterito: *voluisse*. Futuri caret. — Gerundia: *volendi volendo volendum*. — Participium temporis tantum praesentis: *volens*, futuri caret.

(49.) Simile est huic id quod ex eo componitur: *NOLO*. Indica- 16
tivo modo tempore praesenti: *nolo nolis nolit nolumus nolitis nolunt*. *Nolebam nolebas* etc. *Nolui* ... *noluerunt* vel *noluere*. *Nolueram nolueras* etc. *Nolam noles* etc. — Imperativo modo tempore praesenti: *noli nolit*[182] *nolimus nolite nolint*. *Nolito tu*, *nolito ille* vel *nolit*. — Optativo modo: *utinam nollem nolles* etc. *Utinam noluissem noluisses* etc. *Utinam nolim nolis* etc. — Subiunctivo modo: *Cum nolim nolis* etc. *Cum nollem nolles* etc. *Cum noluerim nolueris* etc. *Cum noluissem noluisses* etc. *Cum noluero nolueris* etc. — Infinito modo tempore praesenti: *nolle*, praeterito: *noluisse*. Futuro caret. — Participium unum habet praesentis: *nolens*. — Gerundia: *nolendi nolendo nolendum*.

(50.) Item defectiva, quae non solum his quibus superiora deficiunt, 17
verum etiam insuper gerundi modo et inperfecto: *ODI NOVI MEMINI*.

Indicativo modo tempore praeterito perfecto: *odi* ... *oderunt* vel *odere*, *novi* ... *noverunt* vel *novere*, *memini* ... *meminerunt* vel *meminere*. Tempore plusquamperfecto: *Oderam oderas* etc., *noveram noveras* etc., *memineram* ... *meminerant*. — Imperativus modus fit per periphrasin: *fac oderis*, *faciat oderit*, *faciamus oderimus*, *faciatis oderitis*, *faciant oderint*; *fac noveris* etc.; *fac memineris* ... *faciant meminerint*.

Optativo modo tempore praeterito perfecto et plusquamperfecto:[183] *utinam odissem odisses odisset*, *odissemus*; *utinam novissem* etc.; *utinam meminissem* ... *meminissemus*. — Subiunctivo modo tempore praeterito perfecto *oderim oderis* etc., *noverim* etc., *meminerim* ... *meminerint*. *Odissem odisses* etc., *novissem* etc., *meminissem* ... *meminissent*. — Eodem

15. *Futuro caret* s. Vid. not. ad § 12.

inpersonativum. Cf. § 10. et c. 7. et not. ad de diff. c. 20. inscript. *erint*] „Vid. not. ad p. 177 [c. 10, § 11.]." Endl. 16. *vel nolit*] „Paradigma numeri pluralis deest." Endl.

modo tempore futuro: *odero oderis* etc., *novero* etc., *meminero* ... *memineritis meminerint*. — Infinito modo praeteriti temporis: *odisse novisse meminisse*.

Nulla ex his participia veniunt, quamvis lectum sit *meminens*, sed apud rudem, et *osus*, unde *perosus* et *exosus*.

„*Explicit* ab alia manu eadem cui [in eodem codice] excerpta e Probo debentur, additum est.“ Endl.

16. *meminens*] „Laevius Erotopaegn. IV. *Meminens Varro corde volutat*. Vid. Prisc. I, 528. Kr. [p. 922. P.].“ Endl.

osus] „Plaut. Amphitr. III, 2, 19. *Inimicos semper osa sum obtueri*.“ Endl.

ADDENDA ET CORRIGENDA. *)

AD PROLEGOMENA.] p. I. Not. 1) 2. leg. *BR2P46.* et adde ib. 3.: *V2 in fine libri II.* — ib. Not. 5) 1. leg. *SR1GMs. Barth.* 1. — ibid. Not. 6) 2. leg. *P2* 6. — ib. Not. 7) 1. pro *APS* leg. *P5.* et ibid. 2. *M2.* p. II. 8.* add. et in cod. M *orincrisis.* p. III. Not. 13) 3. leg. *ap. le Normant.* p. IV. 10. leg. *num praefectus.* p. V. not. 23) leg. *Vid. cap. II. p. XXII. sqq.* p. VII. 12. leg.: *Ad.* p. IX. 12.* leg. *fabricatum.* p. XIII. II. a) 2. leg. *Pithoei.* — ib. b) 4. leg. *ad decem prima* (*in hac ed. ad praefationem et ad capp.* 1–9.). et ib. 6. *illis.* — ib. Not. 7. 2.* leg. *permitteret.* p. XVI. 2) 10. leg. *propria*, et ibid. 17. *vacare.* p. XVIII. 6. del. comma post *conflaverit.* p. XIX. 29. leg. *quanti pretii.* p. XX. 2. leg. *intercidisse.* p. XXII. 3) 1. leg. *Haec si consideraveris*, et ibid. 8. *illo*, et a) 3*. *CCCLXXXIV.* p. XXIV. 12. leg. *ἱεροφάντης*, et ibid. b) 8. *in lucem.* p. XXV. 17.* leg. *quae de eo pronuntiavit.* p. XXVI. not. 18) 1. leg. *Tiraboschi.* p. XXX. i) 1.* leg. *occisum.* p. XXXI. m) 2.* leg. *veteri doctrinae.* p. XXXIII. β) 3. leg. *sequente die.* p. XXXV. 7. leg. *arctoo.* p. XXXVII. 6. leg. *firmatam*, et IV) 9. *hae;* ibid. Not. 38) 3. post *chirographo* adde ", et leg. *vid. cap. V.* p. XL. 2.* leg. *et haec*, et conferas Comm. II, 16, 20.: *Dicendumne est igitur animam se in locum movere*, et ex altera parte Comm. 1, 20, 31. *diametros igitur solis centum quadraginta fere milium stadiorum esse dicenda est*, et ibid. § 32.: *ergo ex his dicendum est solem octies terra esse maiorem.* p. XLIII. 16.* post 6. adde). p. XLV. 28. leg. *i sive consonans sive vocalis.* p. XLVI. 18. In *septentrio* minus sibi constant codices mss., quam ob rem etiam in hac editione aliquoties scriptum est *septemtrio.* p. XLIX. 2.* leg. *quadam.* p. L. II) 4.* leg. *qui inscribitur de verbo.* p. LIII. not. 8) 3.* leg. *putarat.* p. LIV. not. 9) 5.* post *dedit* adde); ibid. Not. 11) 1.* post *edidimus* adde: *id et alia suis indicabimus locis.* p. LVI. Not. 17) 14. leg. *ut fere fit.* p. LVII. 10. leg. *MDCCLXXXVIII.* (*b*). p. LVIII. 3. post *Praeterea* adde: *si excipias Analecta grammatica de quibus vid. pag. L.* — ibid. Not. 22) 1. leg. 1843. N. 59. et Not. 23) 2. add. 1843. p. 295. et p. 925. p. LIX. 15 et 17. leg. „ „ et " ". p. LX. 14. expressi interpunctionem Donati, sed post *tenuerit* ponendum erat comma; ib. 20.*

---

*) *P* significat paginam, *Not.* notas in prolegomenis, *App.* apparatum criticum, *Adnot.* adnotationes, quarum columnae notantur literis *a* et *b*. Versuum numeri (ubi additur signum (*), a fine computandi), si nihil aliud additur, ad ipsam paginam pertinent; praeterea ad id quod praecedit (apparatum criticum, adnotationem, paragraphum cet.) sunt referendi. — In praefatione leg. p. X. 23. *quadam*, p. XI. Not. 2. *Gryphianam*, p. XIV. 7. (*nam.*

del. comma post *Habes*. p. LXI. 7. leg. *superes et;* ib. 8. c. 5.]: p. LXII. 2.* leg. *tractandum*. p. LXIV. 3) 1. leg. *duos* p. LXV. 21.* leg. *huc*. — ib. 1.* del. comma post *recentior*. p. LXVI. 25. leg. *trema*. p. LXVII. 5.* leg. *quodam*. p. LXIX. 3.* leg. *distrahebatur*. p. LXXIV. Not. 1.* leg. *subscriptione*. p. LXXVIII. 20) 1.* leg. *invenias*. p. LXXIX. 11 sq. leg. *Maximini*. — ib. 7.* add. comma ante *ut*. p LXXX. 4) 2. leg. *emendanda*. p. LXXXVI. Not. 1.* leg. *desunt*. p. LXXXVIII. 11.* leg. *LXXXIII*. et 3.* *LXXXV*. p. LXXXIX. 4. del. comma post *initiales*. p. XCII. 11. del. comma post *sunt*. p. XCIII. 12.* add. MDLXX. 8°. p. XCV. corrigendus est numerus paginae. p. XCVI. Not. 6.* leg. *relicta*."

AD CICERONIS SOMNIVM SCIPIONIS] P. 3. App. 10. leg. *hspb* (del. *d*). Nam legitur Somnium Scipionis in *d* praefationi subiectum; congruit autem omnino cum *s*, nisi quod II, 3. *z* habet *convertet*, d *convertit*, et VIII, 1. *z nec enim tu is es*, d *nec enim is* tantum, et quod in *s* ubique scribitur *omnes* et *urbes* et *caeteri*, sed in d *omneis* et *urbeis* et *ceteri*. p. 4. App. c. II. § 1. 1.* leg. *excindens* p. 5. App. § 2. 1. ad confirmandam coniecturam *et parumper eius audite cetera*, adde ad Att. X, 17, 1. *Vellem cetera eius*.

AD COMMENTAR. IN SOMN. SCIP. LIB. I.] P. 13. App. 1. leg. *Macrobii Ambrosii Theodosii*, et 4. add.: *Macrobii Ambrosii Theodosii V. C. et inl. comt. ex Ciceronis in somnium Scipionis*. P. et: *M. Ambrosii Theodosii SICKTINI de somnio Scipionis liber I*. Cod. Maximin. Al. Wilthemii. — ibid. 11. add. *Incipit liber Macrobii in somnium Scipionis* F. p. 15. cap. I. § 6. 1. Cum verbis *inexpugnabilium luce rationum* conf. Comm. II, 16, 31. *Huic inexpugnabilis syllogismus confessarum rerum indubitabili luce colligitur*, et ibid. 2.* cum verbis *morali gravitate* Sat. I, 5, 4. — ibid. § 7. 1. cum adverbio *observanter* conf. Comm. I, 21, 17. p. 16. ad adnot. ad § 7. *post animal* adde Martian. II. § 155. *post membrorum nexum* cum not. Koppii, et ibid. § 162. *post vitam*. p. 17. cap. II. § 1. Verborum: *a quo genere hominum Tullius memoret vel irrisam Platonis fabulam, vel ne sibi idem eveniat non vereri*, structura satis est contorta, ita tamen, ut possit expediri. Nam infinitivus *vereri* pro accusativo cum infinitivo *se vereri* positus (cf. proleg. p. XL.) pendet a verbo *memoret*, et verba *ne sibi idem eveniat* iungenda sunt cum antecedentibus *a quo genere*. Praeterea conferendus est capitis antecedentis finis. — ibid. § 2. 4. *pro ea dumtaxat parte quae huic operi necessaria est* i. e. pro ea operis Platonici parte quae affinis est Ciceronis Somnio Scipionis; cf. c. 1. § 3.; c. 4. § 1. et extrem. lib. II. Contra I, 7, 3, *praesens opus* dicitur commentarius Macrobii. p. 18. § 4. 2. Cum verbis *professoribus conveniret* conf. § 19. et adnot. ad Comm. II, 16, 26.; ibid. 5. (et p. 19. 3.*, cf. p. 20. 8.) leg. *conposita*, et cum verbis *scena figmenti* conf. II, 10, 11. *sub poetici nube figmenti;* ibid. (et p. 20.) in App. leg. Mss. BFSPR12GBER., et 2.* del. signum " post *frustra;* ibid. in Adnot. b. 5. leg. *eliminat*. p. 19. 2. del. comma post *abdicet*. p. 20. App. (cf. p. 18.); ibid. § 10. 4. leg. *Medius N. L. ep.* 84. p. 21. Adnot. ad § 14. a. 2. leg. *ἀρχῶν*, et conf. Plotin. Ennead. V. lib. I. p. 489. A. Fic. *Λέγει δὲ (ὁ Πλάτων) καὶ τοῦ αἰτίου εἶναι πατέρα. αἴτιον μὲν νοῦν λέγων· δημιουργὸς γὰρ ὁ νοῦς αὐτῷ, τοῦτον δὲ φησὶ τὴν ψυχὴν ποιεῖν ἐν τῷ κρατῆρι ἐκείνῳ. Τοῦ αἰτίου δὲ νοῦ ὄντος πατέρα φησὶ τἀγαθὸν. ... ὥστε Πλάτωνα εἰδέναι ἐκ μὲν τἀγαθοῦ τὸν νοῦν, ἐκ δὲ τοῦ νοῦ τὴν ψυχήν*. Praeterea conf. infra c. 6. §§ 8. et

20. — ibid. Adnot. b. ad § 15. citandus erat alius locus Platonis, de rep. lib. VI. p. 508. Steph. *Ἆρ' οὖν οὐ καὶ ὁ ἥλιος ὄψις μὲν οὐκ ἔστιν, αἴτιος δ' ὢν αὐτῆς ὁρᾶται ὑπ' αὐτῆς ταύτης; ... Τοῦτον τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, φάναι με λέγειν τὸν τοῦ ἀγαθοῦ ἔκγονον, ὃν τἀγαθὸν ἐγέννησεν ἀνάλογον ἑαυτῷ, ὅ τι περ αὐτὸ ἐν τῷ νοητῷ τόπῳ πρός τε νοῦν καὶ τὰ νοούμενα, τοῦτο τοῦτον ἐν τῷ ὁρατῷ πρός τε ὄψιν καὶ τὰ ὁρώμενα.* Quocum conferri potest Plotin. Ennead. I. lib. VII. p. 61. D., ubi post verba: *οὐ τῇ ἐνεργείᾳ οὐδὲ τῇ νοήσει τἀγαθὸν εἶναι, ἀλλ' αὐτῇ τῇ μονῇ τἀγαθὸν εἶναι* legitur: *καὶ παράδειγμα, ὁ ἥλιος ὥσπερ κέντρον ὢν πρὸς τὸ παρ' αὐτοῦ ἀνηρτημένον.* p. 24. cap. III. § 4. App. 2.* del. „ ante *vel.* — ibid. Adnot. b. 4. leg. *Ἐνύπνιον*, et 5. *Satir.* * p. 25. App. 5. leg. RIg-bSP, et 3.* *S*PRIBm.; ibid. Adnot. a. 7.* *ὕπνον.* p. 26. Adnot. a. 20. leg. *ἐστί.* p. 27. Adnot. b. ad § 10. Locus Artemidori ad quem spectat Pontanus lib. I. cap. 1. p. 5. sic legitur: *διὰ ταῦτα καὶ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ τεθέντος ἀπ' ἀρχῆς, ἢ παρὰ τὸ ὂν εἴρειν, ὅ ἐστι λέγειν*, in edit. Reiffii, qui confert Eustathii Comment. ad Homer. Il. I, 76.: *ὡς τὸ ὄν, ἤτοι τὸ ἀληθές, εἴροντες καὶ λέγοντες*, et Phot. Myriob. p. 1596. ed. Hoeschel.

p. 28. *) App. Enumerationi codicum addas: *C inde a § 17. verbis: si quis forte.* ibid. Adnot. a. ad § 11. pro Vopisci loco poterat afferri Comm. I, 8, 8. *qui a rerum publicarum actibus se sequestrant.* p. 29. 3.* (et p. 33. 2.) leg. *Somnii.* p. 30. § 18. Cf. apud Creuzer. ad Plotin. vol. III. p. 317. Tertullian. de anima cap. 53. p. 305. Rigalt.: *Si enim corpus istud Platonicae sententiae carcer est, interim animam conseptio sua obstruit et obturat et concretione carnis infuscat: unde illi velut per corneum specular obsoletior lux rerum est.* — ibid. App. § 18 4. leg. Mod. N. L. ep. 8. p. 31. § 2. 3.* cum verbis *arescentibus laureis* conf. Martian. I. § 10.: *lauri arentis*, et paulo infra: *lauros primores arentesque hederae*, cum adnot. Kopp. — ibid. 2* sq. verba: *inquit Laelius .. Tum Scipio*, ut reliqua verba Ciceronis erant scribenda. — ibid. App. 4. leg. *beatitudinis.* — ib. Adnot. b. 4. leg. *defectu*, et conf. Osann. ad Cic. de rep. p. 358.

p. 33. cap. V. § 1. 3. comma erat ponendum post *signavimus* et delendum post *expressimus.* — ibid. cum § 4. sqq. conf. Plotin. Ennead. VI. lib. VI. p. 689. B. et (quem citat Creuzerus vol. III. p. 376) Chalcidium ad Platonis Timaeum p. 105. p. 288. Fabric., et Martianum lib. VI. § 706. sqq. p. 34. 3. delendum est comma post *cogitatio.* — ibid. Adnot. a. 2. leg. *respondent*, et b. 3.* *adiicitur.* p. 35. § 11. 2. leg. *lineae ductum*, et § 12. 1. del. comma post *apparet.* p. 36. cum extr. § 16. conf. Martian. lib. VII. § 733. et Laurent. Lyd. II, 7. (V), p. 18. — ibid. § 17. cum verbis: *Pythagorici vero hunc* (i. e. octonarium) *numerum Iustitiam vocaverunt* conf. Martianum lib. VII. § 732., ubi de dyade legitur: *In bonis vero eadem Iustitia, quod duobus aequis gaudeat pariter ponderatis*, et Koppius adnotavit: „Theologumena Arithmeticae (p. 12, 4.) *ἀπὸ δὲ τῆς εἰς δύο τομῆς Δίκη οἱονεὶ δίχη.* Iustitia autem Pythagoreis erat *τὸ ἀντιπεπονθός* (Aristot. Magn. Mor. I, 34.)." Quae adnotatio non tam Martiano suffragatur quam Plotino, qui Ennead. VI. lib. VI. p. 675. B.: *Οἱ Πυθαγόρειοι*, inquit, *οἳ ἐδόκουν λέγειν ἀριθμοὺς ἐκ τοῦ ἀνάλογον, οἷον δικαιοσύνην τετράδα*, ad quae adnotavit Creuzerus vol. III. p. 368.: „Respicit

---

*) Quum § 12. 3. et 4. legatur *so-mnii*, sed pag. 24. App. 8. et 9. *somnium*, semel moneo in syllabis dirimendis me invito factum esse quidquid abhorreat a ratione quam proposuit Madvigius (Latein. Gramm. § 13.).

hanc appellationem Aristoteles Metaphys. I, 5, p. 15. Brandis. ..., Locus autem classicus est Iamblichi in Nicomach. Arithmet. Introduct. p. 20., ad quem adhibe Ioach. Camerar. p. 48. sq. et Sam. Tenullium p. 108. Adde Wyttenbach. ad Plut. de Isid. et Osir. p. 264. Ad rem faciunt etiam haec in Theologumenis Arithmet. p. 24. p. 28. Astii: *ἐτίμων δὲ αὐτὴν* (*τὴν τετράδα*) *οἱ Πυθαγόρειοι ὡς δεκάδος γεννητικήν. Καλεῖται δὲ αὐτή, ὥς φησιν ὁ Ἀνατόλιος, δικαιοσύνη, ἐπεὶ τὸ τετράγωνον τὸ ἀπ' αὐτῆς κ. τ. λ.* cf. ibid. p. 28." At Plutarch. de Is. et Osir. p. 561. dicit: *Δίκην δὲ τὴν τριάδα* (*ἐκάλουν οἱ Πυθαγόρειοι*). In H. Stephani Thesaur. Gr. l. s. v. *Δίκη* p. 1487. ed. Par. legitur: „*Δίκη* cognomen *πεντάδος* in Theol. Arithm. p. 31. ad quem l. vid. Ast. p. 176." Octonarium numerum praeter Macrobium Iustitiam, quod sciam, vocavit nemo. Ceterum de numeris Pythagoreorum et Platonicorum conferri iubet Creuzerus: Brandis Rhein. Mus. für Philol. u. Philos. II, 2, p. 209-241. Ritter Gesch. d. Pythag. Philos. p. 92. Rudolbach de ethicis principiis p. 109. De octonario numero conf. praeterea Martian. lib. VII. § 740. Laurent. Lyd. II, 51. (XV.) p. 53. p. 37. Cum cap. VI. § 1. sqq. conf. Martian. VII. § 738., Laurent. Lyd. lib. II, 11. (IX.), p. 26. et lib. III, 6. (III.), p. 23., Creuzer. ad Plotin. vol. III. p. 375. — ibid. Adnot. b. 5. leg. *quadratum*, et 2.* *intellegi*, et adde Comm. II, 10, 11. *sapientibus intellegi dedit.* p. 38. Cum § 8. conf. II, 2, 8. et 14, 24. Martian. lib. VII. §§ 731. et 745. sqq. Plotin. Ennead. III. lib. VIII. p. 350. C. Laurent. Lyd. II, 3. (II.), p. 14. et 5. (III.), p. 16. — ibid. cum § 8. conf. Plotin. Ennead. VI. lib. VI. p. 679. E., cum adnot. Creuzeri vol. III. p. 371. — ibid. App. (et p. 44.) in enumerat. codd. del. *M.* p. 39. cum § 8. verbis *mens ex summo nata deo* conf. infra § 20. et supra cap. 2, § 14. et Plotin. Ennead. V. lib. I. p. 481. A. — ibid. cum § 9. verbis *silvestris contagione materiae* conf. c. 12. § 7. et c. 22. § 6. — ibid. cum § 11. verbis *ut Pallas quoque vocitetur* conf. Martian. lib. I. § 40., lib. VI. (init.) § 567., lib. VII. § 738. Laurent. Lyd. III, 6. (III.) p. 33. Aliter Plutarch. de Is. et Osir. p. 561. *τὸ μὲν γὰρ ἰσόπλευρον τρίγωνον ἐκάλουν Ἀθηνᾶν κ. τ. λ.* — ibid. cum § 13. (cuius numerus ponendus est in margine ad versum 3.*) conf. Martian. lib. VII. § 736. Laurent. Lyd. II, 10. (VIII.), p. 24. p. 40. Adnot. b. 1. leg *ὀζωθῇ*, et ibid. 4.* *ζῇ* p. 41. cum § 19. conf. Martian. l. c. § 736. et Laurent. Lyd. II, 9. (VII) p. 26. — ibid. cum § 20. supra § 8. p. 42. § 24. 2.* cum verbis *iugabilem competentiam* conf. II, 2, 1 et 18. — ibid. Adnot. a. 1.* leg. *intelligas*. p. 44. § 38. 1. tolle punctum post *aerem*. — ibid. App. conf. p. 38. et § 35. 2. post *linea crescit* adde *D.* p. 45. cum § 41. conf. Martian. lib. II. § 104. sqq. et lib. VII. § 733. sqq. — ibid. § 41. 1.* del. unces ante *Per* et post *quaternum*. Nam in Commentariis, ubi plerumque Graeca afferuntur in Latinum versa, non ut in Saturnalibus, versio Latina est pro spuria habenda. App. 1* leg. *iuris iurandi*. — ibid. Adnot. ad § 41. *Οὐ μὰ τὸν* etc. adde: Conf. adnot. Koppii ad Martian. II, § 107.: „Macrobius versum illum a Plutarcho plac. phil. I, 3. p. 877. [p. 527. Wytt. ubi legitur *ῥίζωμά τ' ἔχουσαν*]. Adde Iamblichum in vita Pythag. 28. p. 127., Porphyrium in ead. p. 29., Sextum Empir. 7. adv. logic. 94. et Stobaeum in ecl. I, 11, 12. p. 302. Heer." et Wyttenbach. ad Plutarch. de Is. et Osir. p. 264.: „Denique tetractyn et iusiurandum nemo ignorat: ... sed illa erat pervulgata numerum denarium significans, qui addendis invicem numeris quatuor primis 1, 2, 3, 4. existit. Haec [quam commemorat Plutarch. de Is. et Os. c. 76.] est

exquisitior, et haud scio an alibi memorata numeri 36, qui existit addendis quatuor primis imparibus 1, 3, 5, 7. = 16. et quatuor primis paribus 2, 4, 6, 8 = 20." et Creuzer. ad Plotin. vol. III. p. 371. p. 46. § 45. 4. leg. *literas*, et cum sequentibus conf. Martian. lib. VII. § 738. cum adnot. Koppii. — ib. App. § 45. 4. leg. *vocabatur Edd. Gn.12V3. nuncupabatur „Mss." Gron. (L2V2).* — ib ad Adnot. b. 46. *Monade* etc. adde: Kopp. ad Martian. lib. II. § 106.: „Hactenus Macrobius Plutarchum de anim. procreat. pag. 1017. secutus; cui adde doctam Boeckhii commentationem in Daub. et Creuz. stud. III. p. 54." p. 47. cum § 48. conf. Martian. lib. VII. § 738. et lib. VIII. § 864. cum adnot. Koppii, et Laurent. Lyd. II, 8. (VI.), p. 22. et III, 8. (V.) p. 40. — ib. App. § 50. 4. del. *S* post *BF*.

p. 49. App. 7.* del L1. p. 50. App. § 64. 3. leg. *Edd.GBrn.* — ibid. Adnot. a. ad § 63. 3.* leg. *natura.* Ad hanc adnot. adde Cic. N. D. II, 22, 58. et Plin. N. H. II, 65, s. 66. § 166. p. 51. cum § 66. conf. Martian. lib. II. § 108., ubi Kopp. adnotavit: „Adde Censorinum 7, 2., Gellium 3, 10." et lib. VII. § 739., ubi Grotius affert Hippocratem lib. Epid. 3. sect. 270. Plin. N. H. lib. VII. cap. 5. [s. 4. § 38.]. Plutarch. de philos. plac. lib. V. c. 18. — ibid. cum § 69. conf. Martian. lib. VII. § 739., Censorin. 14, 3. p. 52. cum § 73. verbis *se fortior* conf. proleg. p. xxxix. et cum Adnot. a. Arnob. V. 13. cum nota Hildebr. — ibid. cum § 76. conf. Martian. lib. VII. § 742. et Creuzer. ad Plotin. vol. III. p. 371. p. 53. Cum § 77. conf. Martian. lib. VII. § 739. — ibid. App. 1. leg. (*i. e. V1 et Gn2 in marg.*), et 7.* *FSvL* (del. 1.), et 3.* *subdendum esse;* — ibid. Adnot. a. 6. leg. *vacatio.* p. 54. cum § 80. conf. Martian. l. c. qui habet *pectus et ventrem* et omittit *pudenda.* — ibid. Adnot. b. ad § 81. conf. Sat. VII, 14, 23. et Plotin. Ennead. IV. lib. III. p. 389. B. ἡ τοῦ αἰσθάνεσθαι δύναμις καὶ ἡ τοῦ ὁρμᾶν ... ἐπέθη τοῖς καλαιοῖς ἐν τοῖς ἄκροις τοῦ ζώου παντός. — ibid. cum §. 81. *septem foraminibus sensuum* conf. Martian. l. c. et cum *septem motibus* Laurent. Lyd. II, 11. (IX.) p. 28. Aliter infra II, 14, 30 sq. — ibid. cum § 83. *summa tibi fatalis* conf. Martian. II. § 108.: *fatalis temperamenti cursus*, ubi Kopp. affert Censorin. 14, 3. et Gell. III, 10. p. 55. cap. VII. App. § 4. 1. leg. *Mod. N. L. ep.* 40. — ibid. Adnot. b. 4.* leg. *ad* I, 5, 1. p. 56. del. commata post § 6. 2.* *mentiendi* et post § 7. 2.* *oraculo.* — ib. App. 2.* leg. *Mod. N. L. ep.* 72.

p. 57. cap. VIII. App. § 2. 3. leg. *L2* (del. 1.); et ibid. 5. post *Gron.* adde: *qui in suo exemplari e versione Planudea enotavit ἀνελίξωμεν.*

p. 58. § 4. sqq. de virtutibus vid. Kopp. ad Martian. lib. II. § 128.

p. 59. § 7. 3.* post *unicuique* del. comma. — ib. Adnot. a. ad § 7. adiiciendum est etiam codicem Gothanum (I) habere *politici prudentiae.* Conf. Cic. p. Sest. 40. § 86. *Hec sentire prudentiae est, facere fortitudinis.* De re vid. Wyttenbach ad Platon. Phaed. p. 216. et Plotin. Enn. I. lib. I. p. 13. C. — ibid. Adnot. b. 8. leg. *Theaeteto.* p. 61. Adnot. a. ad cap. IX. § 2. Oraculum a Camerario allatum legitur apud Xenophontem Cyrop. VII, 2, 20. — ibid. sequenti adnotationi adiicias Plutarch. περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἔμμετρα c. 29., et περὶ τοῦ ΕΙ ἐν Δελφοῖς cc. 2. et 17. — ibid. b. 3.* del. verba: *ab Arnoldo Vesal.* p. 62. App. § 5. 7. post *proponendo* add. *Brn.*

p. 63. 3.* del. comma post *reditio.* — ib. App. § 8. 3. post *H2* add. *solem suum ac sidera* (om. *sua*) *chsp*, et 4. leg. *Mod. N. L. ep.* 40. — ibid. Adnot. a. 2. del. comma post *Macrobius.* p. 64. cap. X. 2. leg. *non tam*, et 3. del. comma post *ipse.* p. 66. App. 2.* del. *L1*, et 1.* leg. p. *m*). — ibid. Adnot. b. 4.* *allusit* literis vulgaribus erat describendum.

p. 67. App. 4. del. *L*1. et ibid. 9. post *Gron.* add. *B*ʌ*n.* — ibid. Adnot. b. 5.* leg. 150. p. 68. App. 3. leg. *L*2. (del. 1.). p. 69. 3. leg. *autem.* — ibid. cum Adnot. a. ad § 6. *ipsamque* cet. conf. Martian. II. § 155. Varron. apud Augustin. VII, 6. Plotin. Ennead. II. lib. I. p. 97. C. 99. F. Laurent. Lyd. III, 8. (V.), p. 40. — ibid. Adnot. b. 6.* leg. *Fur.*

p. 71. Adnot. a. 4. leg. *Tursell.* p. 72. Adnot. b. 1. leg. *Aquarium.* p. 73 Adnot. b. cum c. XII. § 12. verbis *Lethaeum fluvium* conf. Plotin. Ennead. IV. lib. III. p. 392. D. *Μόνης δὲ οὔσης* (*τῆς ψυχῆς*) *αὐτῆς ἀνάγκη τὴν τοῦ σώματος φύσιν κινουμένην καὶ ῥέουσαν λήθης αἰτίαν ἀλλ' οὐ μνήμης εἶναι· διὸ καὶ ὁ τῆς Λήθης ποταμὸς οὗτος ἂν ὑπονοοῖτο*, et Creuzer. ad Plotin. vol. III. p. 221., et Wyttenbach. ad Plat. Phaed. p. 189. p. 74. cum § 14. conf. Creuzer. ad Plotin. vol. III. p. 27. — ibid. App. § 16. 2. leg. *accersita*, et § 17. 1. *GBen.L.* p. 75. cum § 17. verbis: *cum rursus e corpore* etc. Koppius ad Martian. lib. II. § 142. (p. 193.) conferri iubet Platon. Phaed. p. 69. p. 76. cum cap. XIII. § 6. conf. II, 17, 12. — ibid. App. 2.* leg. *Mod. N. L. ep.* 40., et Adnot. b. 5.* *accersere.* p. 77. Cum § 9. praeter Plotinum l. c. conf. Creuzer. ad eundem vol. III. p. 83. et Ioann. Sarisber. Policrat. II, 27. p. 138. — ibid. App. 1. 2. *addidit* ponendum erat ante *dominorum* cet. — ibid. Adnot. a. § 9. *post hominem*] conf. I, 10, 5. p. 78. § 14 sqq. Haec ex Plotino Ennead. I. lib. II. p. 164. sumpta sed dilatata esse demonstravit Creuzer. l. c. — ibid. Adnot b. del. *et II*, 14, 12 *sqq.* coll. prolegg. p. XL sq.

p. 80. cum cap. XIV. § 6. *Haec mens* cet. conf. I, 2, 14. et I, 6, 8 et 20. et Plotin. Ennead. V. lib. I. p. 481. A. *Τί ποτε ἄρά ἐστι τὸ πεποιηκὸς τὰς ψυχὰς πατρὸς θεοῦ ἐπιλαθέσθαι, καὶ μοίρας ἐκεῖθεν οὔσας καὶ ὅλως ἐκείνου ἀγνοῆσαι ἑαυτὰς καὶ ἐκεῖνον*, et Enn. IV. lib. VIII. p. 476. B. *Πᾶσα γὰρ ψυχὴ ἔχει τι καὶ τοῦ κάτω πρὸς σῶμα καὶ τοῦ ἄνω πρὸς νοῦν*, et ibid. lib. III. p. 382. A. *Ψυχὴ δὲ ἐκ τοῦ πλησίον μᾶλλον κατὰ τὸ ἐκεῖθεν διακεῖται εἶδος καὶ δίδωσι τοῖς ὑπ' αὐτήν*, et ibid. C. *καὶ ἔστιν ἐκεῖνο πᾶν ψυχῆς εἶδος ἐκείνου πλησίον, πρὸς ὃ τὴν διάθεσιν τὴν ἐν αὐτῇ ἔχει.*

p. 81. App. § 9. 3. post *Ban.* adde *s-z.* p. 82. Adnot. b. 4. del. comma post *Popius.* p. 84. Adnot. a. 8. adde: *Martian. lib. I.* § 7. *et lib. II.* § 213. *cum nota Koppii, Plutarch. Quaest. Platon. VIII.* 2. *p.* 97. *Wytt. et Creuzer. ad Plotin. vol. II. p.* 676. — ibid. 21. post p. 1214. adde: *Heynii Opuscc. acad. vol. III. p.* 103 *sqq.* — ibid. 5.* post 1113.: *de Critiae cf. Aristot. de an. I,* 2. — ibid. p. 4.* post p. 1147.: *de Boethi conf. Real-Encyclop. s. h. v.* p. 85. App. § 24. 4. del. *L*1, et post *desiderantur*) adde „*tres Angli*", et 5. post *v-g* adde: *Linc. a. p. m.* p. 86. App. 2. leg. *Si-b.* — ib. Adnot. ad cap. XV. 2. a. 1.* post *Capella* add. [lib. VIII. §§ 815. et 826.]. p. 87. cum § 2. *Solus ex omnibus* cet. conf. Kopp. ad Martian. lib. VIII. § 816. qui citat Proclum de sphaera cap. 2. extr.: *μόνος γὰρ ἐν τῷ κόσμῳ κύκλος ἐστὶν αἰσθητὸς ὁ τοῦ γάλακτος, οἱ δὲ λοιποὶ λόγῳ μόνον θεωροῦνται.* — ibid. Adnot. ad § 3. conf. Martian. l. c. §§ 826. et 835. p. 89. cum § 13. conf. Martian. l. c. § 817 sqq., et § 17. eundem lib. VI. § 603. et lib. VIII. § 836. et Sen. Nat. Quaest. V, 17. p. 90. Adnot. a. 2. post *seqq.* add. comma. p. 91. App. cap. XVI. § 4. 2. *quam* videtur legisse etiam Planudes *), qui

*) Conf. prolegg. p. XLVIII sq. Versione Planudea uti mihi licuit tantum cum typis describebantur quae leguntur a lib. I. c. 20. § 12., usque ad c. 21. § 11. E reliquis quae alicuius momenti esse viderentur hic inserui cum iis quae adnotavit Ch. F. Matthaeius.

vertit: ὅπερ (sc. μέρος) ἡμεῖς ἐν ἀλλήλοις γινώσκειν ἔχομεν (in cod. Aug. add. sup. οὐκ). p. 92. § 6. *terrae globositas* Planudes vertit τὸ σφαιροειδὲς τῆς γῆς, sic etiam infra § 22. 8., sed c. 19. § 23. *de lunari globositate* idem vertit ἐκ τῆς σεληνιακῆς σφαίρας. Idem pro *habitantibus* videtur legisse *habitationibus*, nam vertit: πρὸς τὰς οἰκήσεις. — ibid. § 7. *sine offensa terreni obicis* vertit: δίχα τινὸς γηΐνης ἐπιπροσθήσεως. — ibid. § 9. *fecit* bene vertit ἀπετέλεσεν, et ibid. 1.* scripturam *licet* confirmat vertendo ἔξεστι.

p. 93. 1. cum verbis *brevitatem sui* conf. § 11. et vid. prolegg. p. xxxix. — ibid. 4. *puncti modum optinere docuerunt* Planudes vertit: κέντρου λόγον ἐπέχειν ἐδίδαξαν. Conf. § 6. et Martian. lib. VI. § 584., ubi Koppius citat Cleomedem theor. cycl. I, 11. p. 56 sq.: ὅτι ἡ γῆ σημείου λόγον ἐπέχει πρὸς τὸν οὐρανόν, et Plin. N. H. II, 68. [§ 174. Sill.] *Hae tot portiones terrae, immo vero, ut plures tradidere, mundi punctus*, et Sen. quaest. nat. I. praef. [§ 6.] *Hoc est illud punctum*. — ibid. 6. *constitit* Planudes (et c. 20. § 20.) vertit καθίσταται, sed c. 20. § 30. συνάγεται, quo verbo ibid. § 32. vertit *constat*. — ibid. § 11. *ad circum suum* vertit πρὸς τὸν ἑαυτοῦ κύκλον. — ibid. § 12. 1.* *vere* παντάπασιν, sed § 13. 2.* *si vere* εἰ ἄρα. p. 94. cap. XVII. § 2. 1. Planudes non legisse videtur *tibi*. — ibid. § 4. 1. idem vertit ἐπὶ δὲ τῆς γῆς, i. e. *in terra autem* pro *infra autem*. — ibid. App. § 3. 8. Moserum secutus sum. Nunc Freundio assentior qui pro adverbio habet *subter*, quod omnino omisit Planudes. — ibid. App. § 4. 3. leg. *vc-gdzbFSR2Bzz*. et 4. *PR1Gisp*. p. 95. 4. leg. *versantur*. — ibid. § 8. 2.* verba: *ne umquam vivendo deficiat* Planudes vertit: ἵνα μή ποτε ἀπαγορεύσῃ τοῦ ζῆν: ut equidem etiamnunc censeo *ne umquam* h. l. idem valere ac ὥστε μή ποτε. Infra (c. 20. § 7.) vertit ἧς αὕτη φύσις ἐστὶ τὸ μηδέποτε τῆς κινήσεως παύεσθαι. — ibid. App. 5. leg. *v-d*. p. 96. § 11. 3.* Planudes videtur legisse: *et corpus in se ipsam* (vel *in ipsam* tantum) *et per ipsam retorquet*, quia vertit: ἀεὶ καὶ (ἡ ψυχὴ) τὸ σῶμα περὶ ἑαυτὴν καὶ δι' ἑαυτῆς στρέφει, ut *corpus* sit obiectum verbi *retorquet*. — ibidem § 11. 2.* *Plotino auctore* pertinet ad Ennead. II. lib. II. Conf. Creuzer. vol. III. p. 93. p. 97. 2 sq. pro *inditae* Planudes scripsit θεσπεσίου (λόγου), ut legisse videatur *inclytae*. — ibid. § 14. 4. Virgilii versum Planudes falso vertit: τὸ τὰ πάντα πλήρη Διὸς εἶναι καὶ πρὸς αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν εἶναι ταῖς Μούσαις. Nihil autem, ut putat Matthaeius, deest in Latino. — ibid. cum § 15. verbis: *Est autem Iuno aer*, conf. not. ad Sat. I, 17, 54. — ibid. 2.* leg. *volvuntur*. p. 98. cap. XVIII. § 2. 3. *diurna conversio* Planudes vertit ἀΐδιος στροφή, ut legisse videatur *diuturna*. — ibid. § 2. 4. idem legisse videtur: *non solum literarum profanis*, cum vertat οὐ μόνον τοῖς ἀμυήτοις γραμμάτων. — ibid. § 4. idem servavit constructionem indirectam vertens: φερομένους ... στρέφεσθαι. — ibid. App. 3.* leg. *Mod. N. L. ep. 72*. p. 99. § 7. 2.* Planudes confirmat scripturam *signorum* vertendo τῶν ζῳδίων. — ibid. § 8. 1.* codex Gothanus (I) habet *volubilitati*. Planudes vertit: φορὰν εἰς τὸ πρόσω καὶ τῇ κοσμικῇ στροφῇ σύμφωνον. — ibid. App. 1.* post *recessione* add. “. p. 100. § 11. 1. Planudes *adeo* vertit καὶ οὕτως. — ibid. § 11. 3.* *quamdiu* Planudes vertit μέχρις ἄν. — ibid. § 12. 1.* *discurrit* Planudes vertit περιέρχεται. Adnotationi addas II, 10, 10. *quam sol cum quinque vagis et luna ultro citroque discurrunt*. — ibid. App. 4. post *H2* adde —. p. 101. Planudes § 13. 1.* scripturam: *partes .. non multo post solem mergentes* confirmat vertendo: μέρη .. οὐ πολλῷ μεθ' ἥλιον δύνοντα. — ibid. App. 3. leg. *R2Edd.FSGBzz*.

p. 102. cap. XIX. § 2. 1.* Planudes scripturam *rationem* confirmat ver-

tendo: *ὡς τὸ λόγον μέντοι καὶ καταλαβεῖν καὶ εἰπεῖν.* p. 103. cum § 3. sq. conf. quae Koppius adnotavit ad Martian. lib. VIII. § 852.: „De variis temporum spatiis quibus singuli planetae cursus suos perficiant amplius conferendi sunt Cicero N. D. II, 20., Vitruv. IX. 1. s. 4., Plinius N. H. II, 8., Plutarch. de placit. philos. II, 32, p. 892., Eusebius praep. evang. XV, 54. p. 849., Achilles Tatius isag. 18. p. 137. Petav., Geminus ibid. § 4., Cleomedes I, 3., Stobaeus eclog. phys. p. 262. Heer.“ — ibid. § 3. 1.* *peragat* Planudes reddidit verbo *περαίνειν*, contra § 4. 2. *peragrandum* verbo *ἐκπεριελθεῖν*. — ibid. § 4. *caelum* Planudes vertit *σφαῖραν*, quam ob rem Matthaeius coniicit legendum esse *circum* vel *circulum*, sed conf. c. 20. § 12. — ibid. App. 4.* leg. *Tr.Ben.* p. 104. Adnot. a. 6. Martianus Capella, quem citat Copernicus, habet lib. VIII. § 854.: *Venus vero ac Mercurius non ambiunt terram*, et § 857.: *Nam Venus Mercuriusque licet ortus occasusque quotidianos ostendant, tamen eorum circuli terras omnino non ambiunt, sed circa solem laxiore ambitu circulantur; denique circulorum suorum centron in sole constituunt, ita ut supra ipsum aliquando, infra plerumque propinquiores terris ferantur*, cet. — ibid. Adnot. b. 10. leg. *opponuntur*.

p. 105. § 10. Planudes bis legisse videtur: *una pars*, nam vertit: *ἐπεὶ παντὸς τοῦ κόσμου ἕν ἐστιν ἡ γῆ μέρος, ἓν δ' αὖθις τοῦ αἰθέρος μέρος ἐστὶν ἡ σελήνη*. — ibid. § 12. 2. Planudes pro *emittit* scripsit *αὖθις ἀντεκπέμπει*, ut videatur legisse *remittit*, vel, ut infra 1.*, *rursus emittit*. — ibid. § 12. 4. idem verba *extrema vastitate* levissime vertit: *ἡ ἐπιφάνεια*. — ibid. § 12. 2.* non servavit attractionem quae est in verbis: *multo tamen terreno purius fit* (vid. not.), sed scripsit *πολὺ καθαρωτέρα* sc. *ἡ γῆ*. — ibid. App. § 10. 2.* leg. *Mod. N. L. ep.* 91. et § 12. 2.* *ep.* 72. p. 106. § 15. 2. cum voce *pronuntiatio*, quam Planudes vertit: *ἀπόφασις*, Matthaeius confert Ciceron. de fato cap. 11. [26]: *omnis pronuntiatio aut vera aut falsa.* — ibid. App. § 15. 2. leg. *L2* (del. 1), et 3. del. verba: *in L1 legitur adiectio tantum.* p. 107. § 19. 2. leg. *terribilem*. — ibid. § 19. 4. verba *ex tractatu eorum* Planudes vertit: *ἐκ τῆς ἐκείνων δόξης*. — ibid. App. § 18. 3.* del. *L1* et 1.* leg. *L2* (del. 1). p. 108. 1. Planudes suffragatur eiectioni verbi *ascribatur*. — ibid. § 21. 2. Verba *iugabilis competentia*, quibus Macrobius usus est I, 6, §§ 24, 31, 33. et II, 2, §§ 1. et 18., Planudes h. l. vertit *ὁμόλογος συμφωνία:* II, 2, §§ 1. et 18. lacunae sunt, omissa priore loco voce utraque, altero loco posito tantum substantivo *συμφωνία*. — ibid. App. 1. del. *L1* et 5. leg. *L2* (del. 1.). p. 109. § 25. 2.* *commodant* Planudes recte vertit: *εἰσὶν ὠφέλιμοι*. Vid. not. ad de diff. c. 18. § 1. — ibid. § 26. 5. verba *vitae auctoribus* idem vertit: *τοῖς διαιτηταῖς τῆς ζωῆς*. Matthaeius coniecit legendum esse *actoribus:* at *auctor* h. l. fere idem est quod tutor. Conf. Cic. p. Caec. 25. § 72. *quod mulier sine tutore auctore promiserit*, et § 73. *dotem quam mulier nullo auctore dixisset* cum adnot. Hotomanni. — ibid. § 26. 3.* *ad alterum tractatum eodem modo atque ego* interpretatus sum vertit Planudes: *ἑτέρᾳ τοῦτο ἐξετάσει προσήκει*. — ibid. § 27. 1. falsae suffragatur scripturae *sic* vertendo: *οὕτως κοιλὶ τὰ ἄστρα*. — ibid. § 27. 3. *decreti necessitas* vertit *ἡ τῆς θείας οἰκονομίας ἀνάγκη*, unde Matthaeius (coll. c. 20. [§ 6.]: *divina ratione*) censet addendum esse *divini:* at vid. not. — ibid. App. § 25. 1. leg. *Mod. N. L. ep.* 40. *p.* 184. (pro quo numero in ipso libro legitur 164). p. 110. cap. XX. 2. Planudes vertit *πράγματα τῷ ὄντι ἐκφαίνεται:* legit ergo: *res vere ... exprimuntur*. — ibid. § 2. 2.* idem tuetur scripturam *secundo* vertendo: *ἐν τῷ κύκλῳ τῷ ὑπὲρ γῆν δευτέρῳ*. — ibid. § 3. 1. scripsi: *Vides, ut haec definitio*

vult, esse omnium sphaerarum lumen in sole, in parenthesi positis verbis *ut .. vult*. Aliter Planudes, qui vertit: ὁρᾷς, ὅπως ὁ διορισμὸς οὗτος πασῶν εἶναι βούλεται τῶν σφαιρῶν τὸ φῶς ἐν τῷ ἡλίῳ, ut verba *ut .. vult*, pendeant a verbo *vides*, et ab illis accusativus cum infinitivo: *esse ... lumen*, quae ratio nunc mihi magis convenire videtur mori Macrobii qui saepe indicativum in eiusmodi sententiis ponit pro coniunctivo. — ibidem § 3. 4. Planudes, qui habet: φωτὸς στερουμένην οἰκείου, favet scripturae *proprio lumine carere*, et 4. scripturae a me retentae vertendo: καὶ δεικνὺς ἐν τῷ ἡλίῳ μέγιστον φῶς ὄν, οὐ μόνον φησὶν ἡγεμὼν ἀλλὰ καὶ ἄρχων κ. τ. λ. — ibid. 3. 3.* *Adeo* vertit: καὶ δῆλον ὡς. p. 111. 3. *accedere* Planudes vertit προϊέναι, et ibid. 4.: *ad directi cursus consueta* πρὸς τὸν ἐπ' εὐθείας καὶ συνήθη δρόμον. — ibid. App. 7. 3.* leg. *Mod. N. L. op.* 11. p. 112. § 8. 2.* verbum *extulit* Planudes vertit: προήνεγκε. — ibid. § 9. 3. idem habet: ἐν τοῖς περὶ διαμετρήσεως βιβλίοις, i. e. *in libris dimensionum*. Osannus, de Eratosthenis Erigone, Gott. MDCCCXLVI. e cod. Gothano (I) affert *in libro*, quod probat. Conf. ind. auct. s. v. *Eratosth*. — ibid. ad § 10. adnotavit Matth.: „De hoc vitiose demonstrationis modo monuit Stephanus ad Sextum Empir. ed. Fabric. p. 209.“ — ibid. § 11. Planudes vertit *ad coniecturam* πρὸς ἐπίδειξιν, et *sequestrato* κεχωρισμένη τῶν ἄλλων, et *per magnitudinem eius* διὰ τοῦ μεγέθους αὐτοῦ. — ibid. App. 3.* leg. *L2* (del. 1), et 1.* *b P G*. p. 113. § 12. 1. Planudes vertit οὐκ ἂν εἴη ἀμφίβολον, ut legisse videatur *dubitabitur*, certe non *dubitabatur*. — ibid. § 12. 3. pro *discretio* habet: τὴν καταγραφήν, i. e. *descriptio*. — ibid. § 12. 5. pro *per mensuram caeli*, τῆς διαμετρήσεως τοῦ κύκλου γνωσθείσης, et infra § 13. 3.*. pro *qui caeli modus sit*, τί ποτ' ἂν εἴη τὸ τοῦ ἡλιακοῦ κύκλου μέτρον, quare Matth. coniecit legendum esse *circi*, sed conf. infra § 18. et c. 19. § 4. — ibid. § 13. 1. vocem *otiosus* omisit Planudes. Conf. I, 2, 3. *augustissima irrisit naturae seria*, et II, 16, 26. *quem vis naturae, quem ratio manifesta non movet*. — ibid. cum § 14. 2. conf. Cic. Tusc. I, 17, 39. *terram in medio mundo sitam ad universi caeli complexum quasi puncti instar obtinere, quod κέντρον illi vocant*. — ibid. App. 2. leg. *R1* et *Fs—s*. p. 114. § 16. 5. *uncias* Planudes vertit πόδας, et § 19. 1. *Prodendum est* φανερόν. — ibid. § 19. 3. verba: *ad tractatum mensurarum quas promisit* (sc. oratio) offendunt Matthaeium, qui putat verum esse *ad ea quae promisit*, et *tractatum mensurarum* glossae deberi. — § 20. 2. de verbo *constitit* vid. Addenda ad p. 93. 6. p. 115. § 20. 2.* de *regulariter* vid. not. ad § 13. et de diff. 6, 1. in Exc. Vindob. — ibid. § 22. 1.* Planudes habet εὑρεθήσεται, i. e. *invenietur*. — ibid. App. § 21. 2.* leg. *v3—s*. p. 116. § 24. 1. Planudes suffragatur scripturae: *quae diametron facit*, scribendo: τῆς γὰρ ποιούσης τὴν διάμετρον. — ibid. § 26. 3. pro *infra* habet ἐντός, i. e. *intra*. — ibid. § 27. 2. Planudes videtur legisse *ut sciamus*, ut R1, quia vertit: ἵν' εἰδῶμεν. — ibid. § 28. 1.* omisit verba *notae impressione*.

p. 119. cap. XXI. § 3. 2. *adsignet* Planudes vertit ἱστορείτω. — ibid. § 5. 3. leg. *intra se*. p. 120. 8. 2.* leg. *temptata*. p. 121. § 13. 1.* *revertitur* Planudes vertit ἐπανῆλθεν. — ibid. App. § 13. 2.* leg. *revertit D*. — ibid. Adnot. a. 5.* leg. σφαίρας, et b. 1. ἀπό. p. 122. § 16. 2. Planudes vertit: τῆς ἄλλης νυκτὸς καθ' ἣν ἤδη τὸ τοῦ οὐρανοῦ μέρος κ. τ. λ., ut legisse videatur: *nocte alia in qua illam iam caeli partem* etc. — ibid. § 17. 3.* scripturam *qui oriebatur* confirmat Planudes vertendo: τοῦ ἀνατέλλοντος τόπου. p. 123. § 21. 1.* Planudes videtur legisse: *paribus aeque vicibus annotavit*, quia vertit: ἴσοις ἐσημειώσατο

διαστήμασι. — ibid. § 22. 2. *maluerunt* Planudes vertit *εἵλοντο*: infra § 23. 2. *maluerint* *ἠθέλησαν*. — ibid. § 23. 3. Planudes videtur legisse: *Aiunt enim*, quia habet: *φασὶ γάρ*. — ibid. App. § 21. 2. leg. *So-pl*. — ibid. Adnot. a. 3. adde: II, 1, 11. *cumque sibi ... annotasset*. p. 125. § 32. 2.* pro *numinum* Planudes habet *ἀστέρων*, ut legisse videatur *luminum*. — ibid. § 33. 2. idem omittit *sacra*. — ibid. § 34. 1 et 2. verba *nihil infra lunam* et *divinum* vulgaribus literis erant scribenda. Cum iis quae sequuntur conferendus est Plotinus Ennead. II. lib. I. p. 97 C. et 99 F. — ibid. § 34. 2.* *exulat* etiam Planudes vertit singulari numero *ἀποδημεῖ*. p. 126. § 36. 1. *de aere* Planudes vertit *περὶ σφαιρῶν*. — ibid. cap. XXII. § 2. 2.* et 1.* verba: *quae inseparabiliter ... iunxit* vertit: *ἅπερ ἀχωρίστως ἡ συνεσπειραμένη πρὸς ἑαυτὴν τῶν ὄντων ἀνάγκη συνέσφιγξεν*. — ibid. App. c. XXII. 1. leg. *immobilis*. p. 127. § 6. 1. verba: *de omni silvestri tumultu* Planudes vertit: *ἐκ πάσης τῆς ὑλώδους συγχύσεως*, et § 7. 2. verba: *stupore spiraminis densioris* *τῇ πυκνότητι τοῦ πνεύματος*. p. 128. 2. *Quae* Planudes videtur retulisse ad verba *ipsa sphaeralis extremitas*. Vertit enim: *αὐτὸ τὸ σφαιρικὸν αὐτῆς πέρας ὅπερ κ. τ. λ.* — ibid. § 8. 3. suffragatur scripturae *Argumenta* vertendo *ἔλεγχοι δ᾽ εἰσί*. — ibid. § 9. 2. vertit: *καὶ οὕτως εἰς ὑετὸν ῥήγνυνται* (sc. *τὰ νέφη*), i. e. *et ita abrumpitur in imbres*, sed paulo supra § 8. 3 sq. habet *οἱ ὄμβροι .. οἳ καταῤῥήγνυνται τοῦ ἀέρος*. p. 129. App. 3.* add. *Macrobii Ambrosii in Somnium Scipionis liber primus finit. secundus incipit*. S.

AD COMMENTAR. IN SOMN. SCIP. LIB. II.] p. 131. cap. I. § 1. Planudes vertit: *τέκνον Εὐστάθι* (sic) *καὶ τοῦ φωτὸς αὐτοῦ φαιδρότερέ μοι καὶ ποθεινότερε*, i. e. *clarior dilectiorque*. et ibid. 3. *περὶ μουσικῆς καὶ τοῦ ταύτης ἐμμελοῦς*, et § 2. 1. *Τί τοῦτ᾽ ἔφην, τίς .. ἦχος*, i. e. *quid hoc inquam*, et 2. *διαστήμασι περίττοις συνημμένος*, i. e. *coniunctus*, sed 3. *τῇ συμφώνῳ τῶν μερῶν ἀναλογίᾳ διωρισμένοις*. — ibid. App. § 1. 3.* leg. E2 in mg. p. 132. 2. Planudes habet *ἐν ἕδρᾳ μιᾷ*, i. e. *una sede*, et § 6. 2. *προφέρεται*, i. e. *educitur*. — ibid. Adnot. b. 11. leg. *Locro*. p. 133. § 9. 2. Planudes vertit *ἐλαυνόντων σφυραῖς*, quod videtur significare *ictibus molientes*, et 1.* *καθεστηκότι .. τῷ μέτρῳ*, ut dubium sit, utrum legerit *statuta* an *stata*. p. 138. cap. II. § 5. 1. Planudes non statim in directam orationem transit, sed pro *efficit* habet *ἀποτελεῖν*.
p. 140. § 12. 2. *credatur* Planudes vertit *πιστεύεται*. p. 141. 2.* addendus est in margine numerus 17. p. 142. § 21. 2.* Planudes pro *disiunctus* ut c. 1. § 2. et c. 3. § 12. habet *συνημμένος*. p. 143. cap. III. § 1. 2. pro *volubilitate* habet *τῆς εὐγενείας* i. e. *nobilitate*. — ibid. Adnot. b. 1.* adde: Arnob. III, 21.: *In caelo enim cantatur et psallitur, ut intervalla et numeros vocum novem conserant scitulae ac modulentur sorores*, ubi Hildebrand. citat auctor. de coel. music. Op. VII. p. 25. ed. Arco.: *philosophi Musas novem finxerunt qui a terra usque ad coelum novem consonantias deprehenderunt quas homini naturaliter insitas invenerunt*. p. 144. 3. leg. *ἀπασῶν*. p. 145. Adnot. b. 6. leg. *in sublime*. p. 146. § 8. 2.* Planudes *molles* vel *mobiles* vertit *εὐχερῆ*. — ibid. § 9. 2.* *suggerit* non recte vertit *πραΰνει*, nam verba *iram suggerit* et sequentia *clementiam suadet* eodem modo inter se opponuntur atque antecedentia: *curas et immittit et retrahit*. p. 147. § 11. 5. leg. *sub aequore*. — ibid. § 12. 2. Planudes non videtur legisse *ad*, quia vertit: *αὐτὴ δὲ τὴν σφαιρικὴν κίνησιν, τουτέστι τὸ τοῦ κόσμου σῶμα, κινοῦσα*. p. 149. in summa pagina leg. LIB. II. — ibid. cap. IV. § 2. 3. verba: in *gravius frangit audi-*

tum Planudes liberius vertit: *βαρύτερον αὐτὸν τῇ ἀκοῇ παραχίκτειν ποιεῖ.* — ibid. App § 3. 5. post *Gron.* adde: *Vid. notam Pontani in apparatu ad* § 2. p. 151. Adnot. a. 1. del. 8, nam pertinet haec nota ad § 7. p. 152. § 13. 3. leg. *enarmonium.* — ibid. Adnot. b. 10. leg. *modulandi.* p. 153. Adnot. a. 6.* leg. *angustis.* p. 154. Adnotationi ad cap. V. § 5. adde Sat. V, 11, 11. *velut coloribus Maro pinxit.* p. 155. b. 3.* leg. *λόγον.* p. 157. Adnot. b. 3.* leg. *Tethysq.* p. 160. 4. leg. *opinari.* p. 161. Adnot. a. 2. adde: *de diff.* 19, 23. — ibid. a. 1.* leg. *ἄντοικοι.* p. 163. § 5. 2. leg. *ab N*, et in App. § 5. 3. *a p usque ad o v–z. an usque ad i* b. p. 167. 1.* et Adnot. b. 6.* leg. *γνώμονα*, et ad apparatum adde: *γνόμονα vi. γνώμωνα c–b.* p. 169. cap. VII. § 20. comma post *loca* (4.) potius quam ante *quasi* (5.) erat ponendum. p. 170. Adnot. b. 1. leg. *οἰκουμένης.* p. 172. cap. IX. § 3. 2.* *eveniunt* referendum est ad *accessio et recessio*, quare dicendum erat *evenit*, ut supra (§ 3. 3.) *nascitur.* Fortasse Macrobius scripsit *eveniunt*, ne *evenit* referatur ad antecedens *idem.* p. 174. Adnot. b. 9. leg. § 2. p. 175. 6.* leg. *sulcis.* p. 176. Adnot. b. 4. pro *inventoribus* leg. *populis apud quos inventa sunt.* p. 177. cum cap. X. § 11. 2. verbis *sub poetici nube figmenti* conf. I, 2, 4.: *conposita advocati scena figmenti.* p. 178. App. 3. leg. *vi*, et Adnot. a. 5. post *παλαιὸς* adde colon. p. 183. 1. Conf. Arnob. II, 7. *Ipse denique animus qui immortalis a vobis et deus esse narratur*, ubi Orellius citat Cic. Tuscul. I, 26.: *ergo animus qui, ut ego dico, divinus, ut Euripides audet dicere, deus.* — ibid. App. 12. leg. *chs–b.* p. 184. 5. 1.* del. comma post *immortalem.* — ibid. § 7. 3 sq. verbis *Plotinus magis quam quisquam verborum parcus* suffragatur Creuzerus ad Plotinum vol. III. p. VI. ei tribuens Thucydideam brevitatem. — ibid. cap. XII. § 8. 4. duobus sententiae membris: *utrum merae animae an vero animae utentis corpore* addit tertium Plotinus p. 1. A: *ἢ τρίτου τινὸς ἐξ ἀμφοῖν*, quod a Macrobio neglectum esse animadvertit Creuzer. ad Plotin. vol. III. p. 1. p. 185. Adnot. a. 6.* leg. *ὀλιγοχρόνιον*, et b. 9. *Phot.* Adde Arnob. II, 25. p. 188. App. 1. leg.: *de verbo*). — ibid. Adnot. b. 1. leg. *ratiocinati.* p. 189. 6.* leg. *etsi.* p. 191. cum cap. XIV. § 11. conf. Simplic. in Categ. fol. 81. b. ap. Creuz. ad Plotin. vol. III. p. 333.: *παρὰ φύσιν οἷον τὸ ἐν τοῖς ζώοις πῦρ κάτω κινούμενον καὶ ἡ γῆ ἄνω.* — ibid. Adnot. a. 12.* leg. *ἄνω.* p. 193. Adnot. b. 9. leg. *ὑφ'.* p. 194. Adn. a. 3. leg. *πολὺ.* p. 195. Adn. a. 12.* leg. *κινήσεων* et 5* sq. *ἡ δὲ.* p. 196. Adn. a. 5. leg. *ἐκείνῳ.* p. 200. Adnot. a. 11.* *coniventem.* p. 202. Adnot. b. 10.* leg. *inprimis.*

p. 204. Adn. a. 3. leg. *Caec.* p. 205. Adnot. b. ad cap. XVI. § 5. *ut meminimus*] vellem aliud me pretulisse exemplum. Nam in Ciceronis illo loco videtur construendum esse: *Meministi quid dixeris.* Propius ad nostrum locum accedit Quintil. XI, 2, 16. *Neque omnino huius rei meminit usquam poeta ipse.* p. 207. Adnot. b. 7.* leg. *iteraveris.* p. 208. App. 9. leg. *quaerenda.* p. 209. 1. post *adiciemus* leg. colon pro puncto. — ibid. Adnot. b. 16. addas: I, 6, 24. *insolubili vinculo inter se elementa devinxit.* p. 211. Adnot. b. 2. add.: Sat. VII, 4, 11. *morborum scaturigo.* p. 212. Adnot. ad 26. *Aristoteli* cet.] adde exemplis Ciceronianis: p. Deiot. 10, 28. *tamen hoc maledictum minime in illam aetatem convenire*, et b. 3. Macrobianis: I, 2, 4. *quoniam nullum figmenti genus veri professoribus conveniret.* p. 215. 8. leg. *conplectitur.* — ibid. § 16. 6. nunc malim iungere *superum arcanum*, quum genitivi

forma um pro orum alias non legatur apud Macrobium. — ibid. § 17. *hoc opere* idem est atque Ciceronis Somnio Scipionis. Cf. § 13. *in conclusione operis*, et vid. addenda ad I, 1, 2. p. 216. 4. leg. P6.

AD EXCERPTA MATHEMATICA] p. 219. Adnot. a. 7. lemma *distantiae* est delendum et sequentia subiicienda sunt adnotationi sequenti.

p. 220. *LXXX. stadia* significat octoginta milia stadiorum, id quod notandum est, quia in priore hoc excerpto saepius numeri maiores, ut in superioribus editionibus, positi sunt etiam pro numeris simplicibus, quum in altero hi tantum milia significent et numeri simplices indicentur minoribus numeris. p. 225. Adn. a. 5. post *excerpsimus* add. signum ".

AD EXCERPTA E LIBRO DE DIFF. ET SOC. GR. LAT. QVE VERBI] p. 229. Cum inscriptione huius libri conf. Comm. II, 15, 25.: *Hi ergo duo motus et differentia separantur et societate iunguntur.* — ibid. cum *praef.* 2.* verbis: *quae Graece idiomata vocantur*, conf. Sat. VII, 16, 21: *proprietas, quam Graeci ἰδίωμα vocant.* p. 232. Adnot. a. 4.* del. comma post δέρω. p. 234. 9. leg. *coniugationum.* — ibid. cap. III. § 3. 4.* Quam in cod. P. legatur *ZH aut duo ΣΣ*, videtur scribendum esse, ut in excerptis Vindob., *Z ἢ δύο ΣΣ.* p. 235. App. § 6. 4.* vide ne scribendum sit *circumflexibilibus.* Sic certe legitur in Excerptoris monitione (p. 277. 17.) et de verbo 1. p. 238. § 7. 2.* post *correpta* add. comma. — ibid. § 8. 1. leg. υἱοθετῶ et υἱοθέτουν; ibid. 2.* verba *quia ... nonnumquam pro brevibus habeantur* spectant ad accentus. — ibid. § 9. 2. ηὔδουν, quod est in omnibus exemplaribus, corrigas in ηὔδων. — ibid. 3. et 5. verae formae sunt ἐούρουν et ἐωνούμην, (cf. Buttm. Ausführl. Gr. § 84. Not. 9.). Alia ergo exempla erant proferenda. — ibid. § 11. 1.* legendum est οἰνοχοῶ, et in App. οἰνοχόω Edd. p. 239. § 12. 1.* leg. ἐπεῖχον, et § 13. 3 sq. *nominibus.* p. 241. cap. VI. § 10. 1.* συνγράφω et συνγέγραφα scriptum est cum Edd. P. pro συγγράφω et συγγέγραφα. p. 242. Adnot. a. 10.* sq. leg. *ΔΗΜΟΦΑΓΩΝ, ΛΑΓΟΚΑΓΩΝ.* Sic Priscianus p. 547. Putsch. Pontanus scripsit Δημαφαγων. p. 244. Adnot. a. 6.* leg. *demonstrent.* p. 245. cap. VIII. § 12. 2. vide ne legendum sit: *Item in τρέφω.* — ibid. § 15. 2 sq. in verbis: *aut recipit aut tenuit* tempora sic explicanda sunt, ut intelligatur: *aut recipit aut nunquam amisit.* p. 247. cap. XI. § 2. 4. et § 3. 2., ut infra c. XIV, §§ 2, 9, 10, 16, 19, 20; c. XV. § 2, σῖγμα e superioribus editionibus in hanc transiit pro σίγμα, quod legitur p. 277. 18 et 18*. — ibid. § 5. 3. *mutat et hunc efficit* ponitur pro: mutando hunc efficit. Conf. prolegg. p. XLI. p. 250. Adnot. b. 2. leg. ἦ. p. 251. 4.* leg. ἀρο-. p. 253. 3.* leg. ἐτρέχον ἐκεῖνοι. Apud recentiores grammaticos nihil inveni eiusmodi. p. 254. 7. leg. ἐπεποιήκεις. — ibid. cap. XV. § 1. 4. ponendum est comma post ἀροτριῶμαι. p. 256. 15.* leg. λέγηται, et 8.* ἐσφραγισμένοι. p. 257. cap. XVI. § 2. 4.* vide ne deleto *in* legendum sit: *quem MΩ habuerunt.* p. 258. § 6. 5. vide ne legendum sit *faciant.* — ibid. App. 3. add.: *Lucilius*] *ex libro incerto. Cf. Gerlach. p.* 97. — ibid. Adnot. a. δάμηθι δαμῆται] cet. ponendum erat post *magis*], aut ante *excepta sunt*] cet. mutato ordine δαμῆναι δάμηθι. p. 259. 2. del. comma post *imperfecto.* — ibid. § 10. 2. vide ne comma ponendum sit ante *quid*, ut sit pronomen interrogativum. — ibid. App. 2. leg. ἢ ἤ, et Adnot. a. 5. addas ZEVN. p. 261. 6. leg. *ΣΙΝ.* — ibid. c. XVII. 1.* *concessero* habetur pro coniunctivo futuri. Conf. de verbo cap. V. §§ 4. et 6. — ibid. Adnot. b. 3.* leg. *dic.* p. 264. 5.* leg. ἴσχον.

p. 265. 8 sq. leg. *di-phthongus.* p. 267. App. 2. leg. *equitare, iaculari..* p. 268. Adnot. a. 2. leg. *logistoricorum*, et pone commata a. 4. post *scholarum*, b. 5. post *modos.* p. 271. cap. XXII. § 1. 1. Nunc maluerim me scripsisse διαθέσεις, quum in codice legatur ΔΙΑΘΕCIC. Vid. not. — ibid. Adn. a. 3. leg. §§. 6. et 14. p. 272. 12. leg. περικατῶ σε, et 1.* ἐπιμέλομαί σου, et App. 1.* ἱππάζομαί σου. p. 273. 11. del. comma post ἐγραψάμην. p. 274. App. 2. leg. σιζ'. p. 275. App. 4. leg. *discendas.* — ibid. Adnot. b. 1.* conf. Hildebrand. ad Arnob. IV, 21. p. 276. In optativo fortasse ubique addendum est εἰ. Particula additur c. XIII. §§ 1-3., c. XV. § 15., sed omissa est c. XVIII. — ibid. in excerptoris monitione p. 5. del. comma post *utendo.* p. 277. 2. interpungas: *litera producta, scilicet Ω.* — ibid. 8. leg. *concluditur.* — ibid. 23.* leg. ἦτα. — ibid. 20.* videtur legendum esse *aequisyllabae*, quamquam in edd. P. legitur *aequasyllabae.* — ibid. 15.* leg. φιλῷ. — ibid. 5.* φιλοῦσιν pd. μεν.

AD FRAGMENTVM DE VERBO] p. 282. Adnot. a. 4.* leg. *referrentur.* p. 283. 7. leg. *ad ea.* — ibid. Adnot. a. 2. comma ponendum est post *intellectus.* p. 284. cap. II. § 3. 2* sq. verba: *quae et ipsa ... habeat antecedentem* sic sunt construenda: *quae et ipsa, sicut secunda* (vocalem E), *necesse est habeat memoratam vocalem* (I) *antecedentem novissimam O.* — ibid. § 4. 5. verba *crepo crepas* ponenda erunt ante *aro.* p. 285. § 11. 5. *cum finalis est* idem significat quod „*si ad terminationem pertinet*". — ibid. § 13. verba *cum VI syllaba T terminatur I vocali antecedente* non congruunt cum iis quae sequuntur: *audivi audii.* — ibid. App. 4.* del. comma post *madida.* p. 287. 15. leg. *moneant.* p. 290. cap. V. § 6. Si conferas de diff. 17, 6., ubi legitur tantum: *Qui poterit socios tueri*, exspectes: *pro potuerit.* p. 291. cap. VI. § 2. 1. *his* idem est quod *his verbis.* p. 297. cap. VIII. § 6. Verba: *Sunt .. sine substantia principalis* repetuntur infra § 14. In libro de diff. semel leguntur c. 21, 8. de frequentativo verbo. p. 301. 1.* leg. διά. — ibid. Adnot. b. 4. leg. *quod.* p. 304. Adnot. a. 1.* leg. *ideo*, et b. 1 sq. *personas et numeros.*

Fig. I.
ad Comm. I, 6,




Fig. I, a.
(In o-g invenitur ad II, 2, 16.)




Fig. III.
ad Comm. I, 22, II.

Fig. IV.
ad Comm. II, 5, 13 sqq.

